BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 A
15

DUPL.
1915

13-6.D.1


M

Digitized by Google

PRACTICA CRIMINALIS D. HIPPOLYTI DE MARSILIIS I.V.D. Bononienſis.

AVEROLDA NVNCVPATA
Iudicibus, cæteriſq; in foro uerſantibus, per quàm utilis, ac neceſſaria.

A' CLARISS. IVRISCONSVLTO
D. Gabriele Saraina Veronenſi infinitis prope erroribus ſumma fide, ac diligentia repurgata.



VENETIIS
M D LXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A3 5 14.15

HIPPOLYTVS DE MARSILIIS I. V. D. BONONIENSIS

REVERENDISSIMO IN Chriſto patri, & do. Reuerendiſ. do. Altobello Aueroldo Brixiano Epiſcopo Polenſi benemerito,

REFERENDARIO APOSTOLICO *digniſſimo, ac Bononiæ, exercituſque Rauennæ, & totius Aemiliæ Gubernatori optimo, & Vicelegato digniſſimo, Plurimum ſe commendat.*

SAEPIVS *Reuerendiſſime præſul repetens ueriſſimum illud* Stoicorum, *uideri omnia à natura producta, ad uſum hominis fuiſſe creata, & homines hominum gratia procreatos, ut ſibi inuicem præſidio & auxilio non deeſſent. Mihi expediens uiſum fuit ad hominum commodum & utilitatem, Practicam cauſarum criminalium, unà cum theorica tradere, & in medium adducere, tum propter tyronum eruditionem, & multorum uerſantium in palatiis, tum etiam propter maximum periculum, & immenſum pondus, quod in ipſis cauſis criminalibus uerſari dignoſcitur.* Nam *in talibus cauſis tractatur de morte, pariter & uita hominum, Ideo in eis non immeritò dici poteſt conſiſtere pondus diei & æſtus, vt inquit Bald. in addi.* Specu. *in titu. de confeſ. in verſi. confeſſio iſta. Quod etiam patet. Nam quælibet pœna corperalis etiam minima, eſt maior quacunque pecuniaria: vt l. in ſeruorum. §. fin. in fin. ff. de pœnis. Et quoniam conditorum in quacunque diſciplina mos eſt opus ſuum cuipiam principi, ſeu inſigni uiro dirigere, dedicareque: ne labores, vigiliæ, ac lucubratio nes ſuæ abſque nomine in medium pro ducantur. Quod iamdiu mente uoluntas cui præſens hoc*

Practicæ opus aſſignare & inſcribere debeam: Tu ſolus mihi ac tempeſtate occurriſti inter Italiæ præſules Mecœnas nouus, & inter ſapientes alter Plato ſapientiſſimus oblatus es. cui inclyta hæc ciuitas Bononiæ mihi patria plurimum, cum non modo ipſius conſeruandæ, verum etiam mirum in modum augendæ curam ter ſuſceperis. Primum, videlicet ſub Iulio ſecundo: Et iterum ſub Leone x. Ac tertiò ſub Adriano vi. & Clemente vii. Pontificibus maximis: adeo vt te auſpice, & duce aliarum omnium Florentiſſima hoc tempore dici poſſit. Et ut de ſummis diuiniſque moribus tuis loquar, omni integritate fulges. continentia Fabium, liberalitate Cæſarem, gloria Pompeium, ſapientia Catonem, fide Regulum, ac denique quoſuis Romanorum illuſtriores antecellis. Quare admirentur alii & Latium obſtupeſcant incredibilem tuam in gubernando ſcientiam, in adminiſtrando prudentiam, in deliberando grauitatem, in apparando diligentiam, in conficiendo celeritatem; Extollant alii perfectam, ac ſummam ſapientiam, & ingenii acumen velox, Altiſſimum mentis conſilium, animi magnitudinem atque conſtantiam. Prædicent alii quam ſis cordatiſſimus, & oculatiſſimus: teſtentur alii te non ſolum per hanc inclytam vrbem, & vniuerſam Romandiolam nominis claritate, & ſplendore clareſcere ſed etiam per totam Italiam celebrari. Exclament alii quòd omnium hominum iudicio ſis aſſequutus, vt in quibuſcunque rebus peragendis uniuerſa Romana curia primas tibi prudentiæ & fortitudinis ſine controuerſia concedat. Tu inſuper adeò literarum ſtudioſos beneficiis foues, meritis ornas maximiſque ſtipendiis proſequeris, vt omnium bonorum artium profeſſores tibi vni quam maxime debere fateantur, tibique de omnibus bonarum artium ſtudiis optimè merenti quiſque officium ſuum exhibeat. Qui ingenuas artes profitentur, omni ſtudio enituntur nomen, & famam tuam perpetuis, ac indelebilibus literis celebrare, & te poſteris imitandum præponere: Tu vnus doctorum virorum patronus. Tu præcipuus fautor, at quòd adiutor nuſquam deſinis augere bonarum artium diſciplinas: tueri doctos, & eos honoribus, commodis, beneficiis, maximiſque ſtipendiis proſequi, cum intelligas literas omnium virtutum

tutum

tutum eſſe fundamentum. Illud etiam præcipuè admiror, & obſtupeſco, quòd iuſtitiam quam maximè colas; & obſeruas, ac iuſtitiæ trutinam tanta rectitudine teneas, vt nullum fauori, nullum gratiæ, ac potentiæ locum concedas. Non ſinis eos qui viribus præſtant imbecilliorum iura opprimere; non ſinis inopes a diuitibus, aut plebeios a nobilibus peſſundari. Nullius niſi ſolidæ iuſtitiæ rationem tenes: librata eſt tibi in iure reddendo æquitas, mixta ſeueritati miſericordia: & in facile ignoſcendo naturalis clementia. Quæ à te ſapienter ſunt prudentius excogitata, celerrimè, ac fortiſſimè confecta. vniuerſus populus & prædicat & admiratur. Omnem Bononiæ, & Romandiolæ molem altiſſima prudentia, & præſtantiſſimo conſilio ita modeſte, & integrè adminiſtras; vt in Octauiani, ac Antonini felicia tempora rediiſſe credamur. Subditorum quippe querelas libenter exaudis, & faciles interpellantibus aditus præſtas. Tu in publicis concionibus publicam (vt aiunt) audientiam omnibus præſtas: omnes ad te pro iuſtitia confluunt; omnibus pro iuſtitiæ debito ſatisfacis. Nemo quamuis humilis, & deploratus, te iudice, ſuo iure diffidit. Quos iudicas ita prius rationibus conuincis, vt inuitiſſe ſe meritò conuictos: & qui pleƐtuntur, ſe pœna iuſtè affectos, fateantur. Et ſi quid vnquam aſperius decernere coactus fueris, miſericordia, lenitate, & beneficiorum largitate compenſas. Mirum eſt, cum ad præſentiam tuam cauſarum patroni accedunt, poſtquam multis verbis hinc inde diſceptatum eſt, quam velox, & perſpicaciſſimum ſit tibi ingenium illicò percipis vbi difficultas conſiſtat, & illico difficultatis nodum reſoluis. Procuratorum cauillationes, & uerſutias adeò calles, ut eos qui verborum figmenta fabricant, eos acutis interrogationibus captas, ut uel ſibiipſis contradicere oſtendas: uel eos apertè mentiri, & fallacias conſtruxiſſe patefacias hac tua præcipua Iuſtitiæ, & æquitatis obſeruatione cunctos ſub bene, recteq; uiuendi norma redegiſti. Iuſtitiæ enim obſeruatio concordiam, & tranquillitatem in ciuitatibus parit, & ad componendum hominum uoluntates quam maximè conducit. Et ut inquit Ariſtoteles in v. Ethicorum. Iuſtitia res eſt, cui (ut Euripides atteſtatur) non poteſt matutina, aut ueſpertina ſtellarum

na ſtellarum claritas comparari, & quam virtutum & omnium reginam Cicero in iii. officiorum appellat. Talem (non fallor) te præſulem, ac iuſtitiæ moderatorem præſtas, vt ſub tuo nomine recte diffiniri poſſit quicquid iuſti, æqui, pii conſecrare ac ſanctificare voluerimus. Non omitto etiam nonnullorum ſuperioribus menſibus machinationes huic ciuitati pernicioſas, & grauiſſimas, quibus tua vigilantia, & ſagacitate prouidiſti, & ſolita ſapientia irritas reddidiſti & inanes: cùm decipi nulla arte poſſis, vbi animum interponis ad cauendum. Nec putet quiſpiam ſermonem meum aliqua tui aſſentatione prolatum. Quoniam abſurdum, & temerarium foret admodum, ſi ego humilis ſeruus tuus, & tenue mancipium tibi præſuli, & antiſtiti digniſſimo aſſentarer, imò qui te minus laudant, admirantur, obſtupeſcunt, prædicantq́; ſummis meritò laudibus inſani mentis incompotes, inuidi, ac detractores potius cenſendi ſunt, quàm aſſentatores. Qui enim calumnioſè me aſſentatorem affirmarent, ponderent incredibilem tuam gubernandi ſcientiam, altiſſimam adminiſtrationis prudentiam, & animi magnitudinem, & conſtantiam contemplentur, aliaq́; egregia opera tua rimentur diligenter, & poſt omni liuore ſemoto iudicent. Tu quippe vaferrimi vir ingenii aliorum doctiſſimus hoc æuo diceris. Tu conſilii plenus in rerum omnium experientia cędis nemini. Tu res quocunq; cędant prouidentia vteris ſapientiſſimus. Scis tempora cum aduerſo vel tranquillo tempore, vt res expoſtulat, conſtantiſſimus fortiter inſequi. Et quantum tua valeat apud Pontificem maximum autoritas, & cum principibus orbis amicitia, ac beniuolentia, exploratum vbiq; ſatis extitit. Domus equidem tua omnibus apertum eſt refugium, liberale hoſpitium, conſilii ſtudium, virtutis tutela, & Apollinis aditus. Et cùm tantæ vir ſis diſciplinæ, facundiæ, integritatis, nobilitatis, fidei, grauitatis, iuſtitiæ, ac religionis lumen ſplendidiſſimum, vt te nihil dignius, nil præſtantius, nil deniq; excellentius inter Romuleos faſces comperiri poſſit. Magnus in vrbe ſplendor, ac magnum decus, ſolaq́; Brixiæ felicitas hac ætate nuncuparis. Sed quid plura? in te conſpicimus quicquid virtutum humanum genus vniuerſum poſſidet. Es quidem naturæ opus mirabile, & virtutum, morumq́; omnium viua imago: fidei & probitatis ſimulacrum:

crum: ſcientiarum theatrum: literarum, ac literatorum præſidium, & noſtri æui ſpeculum & exemplar admirandum, & quodam diuinæ prouidentiæ dono genitum: quem indulgentiſſima natura ſuis quibuſcunq; peculiaribus dotibus exornauit, vt quas poſſet in te virtutes locaret, & locatas experiretur, & expertas cæteris imitandas proponeret. Et non ſolùm laudandus, & extollendus, ſed tanquam ſol radians ſummoperè admirandus omnibus eluceſcis. Taceo prætereà virtutes alias quamplures immenſas, quæ meritò de te dici, enarrari, & prædicari poſſent. Nam ſi membra, artuſq; mei omnes in linguas diſertiſſimas verterentur, totuſq; efficerer lingueus, adhuc etiam illas ſufficienter exprimere non poſſem, iuxta illud Maronis

Si mihi ſint linguæ centum, ſint oraq; centum;
Ferrea vox, omnes non poſſem dicere laudes.

Has igitur præſulum decus lucubrationes (vt iis demum finem imponam) accipias quæſo, in quibus ſi quid aut magnitudine tua, aut auribus dignum extiterit plurimum delector, ſin minus, non ſanè ideo feci vt rem tibi facerem inſuauem. Spero tamen tua ſingulari humanitate fretus, te munuſculum hoc non recuſaturum: non enim minus Imperatoris eſt (vt Rex ille Perſarum Artaxerſes dicere ſolebat) parua munera accipere, quàm magna elargiri. Proinde ſi quid mihi maius, vel fortuna mea, vel ingenium tuliſſet, id tibi longè libentius præſtitiſſem. Tanta enim eſt magnitudo in me tuorum meritorum, vt ſi mihi illa Ciceronis facundia, & Craſſi opes forent, nunquam mihi ſatis vel in te laudando, vel gratiam referendo ſatisfacere poſſem. Commentariolum igitur hoc læto animo accipies, & ea frontis qua ſoles hylaritate, quod tanti quidem apud omnes futurum eſt, quantum tu ipſe exiſtimandum putaueris. Nam ſola autoritas tua, quæ per vniuerſam Italiam celebratur huic famam afferre poteſt, cùm etiam minima quæq; tuo nomini dedicata, maxima eſſe cenſeantur. Sic enim Apelles cum Alexandrum Macedonem pinxerit, immortalitatem conſequutus eſt. Quid mihi de te futurum putem, diuine præſul, qui tantò eminentior es Alexandro magno virtute, quantum Apelles me pictura? Reliquum eſt ne pluribus agam, vt ſimul hoc cum opuſculo & operam quoque meam, ſtudium, & diligentiam, fi-

dem, & omnes cogitationes, tuæ R. D. conſecrem: meq; totum ei, & vſu, & poſſeſſione dedam, quæ nunquam præcipua quadam pietate deſtitit, me & omnem familiam ſummis honoribus, & emolumento proſequi, fertiliſſimosq; agros imitata, qui longè plura, ac potiora ferunt, quàm acceperint. Vale præſulum decus, & virtutum exemplar admirandum, inauditum, & incomparabile.



PRACTICA CAVSARVM CRIMINALIVM

EXCELLENTISSIMI I. V. D. DOMI. HIPPOLYTI DE *Marſilijs Bononienſis, quæ Auerolda nuncupatur.*

SVMMARIVM.

1 ☞ *Practica eſt vtiliſſima, & eſt rerum magiſtra.*

2 *Vſus promptum reddit artificium.*

Experiẽtia cuilibet artificio prębet incrementum.

3 *Interpretatio vera a practica ſumitur, nec eſt ab ea recedendum.*

4 *Experientia artis eſt mater, quam cognitio ſequitur veritatis.*

Experientia eſt maxima rerum inuentrix.

5 *Delictum debet iudici innoteſcere antequam ad vlteriora progrediatur. 6 & 19.*

6 *Statutum deferens iuramentũ damnum paſſo, intelligitur probato prius damno illato.*

Furtum

7 *Furtum ex coniecturis probatur.*

Præſumptiones ex coniecturis elicitæ an dicantur manifeſtæ.

8 *Credendum eſt bono viro.*

Aſſertioni magni vri creditur.

9 *Teſtis pauper quando admittatur,& fidem faciat.*

10 *Teſti domeſtico, & familiari creditur,ſi eſt bonus vir.*

11 *Frater religioſus tanquam bonus vir in teſtem admittitur in cauſa fratris.*

12 *Bonus vir admittitur cum iuramento ad probãdum cõtra p̃ſumptionem iuris & de iure.*

Bono viro credens excuſatur.

13 *Probatio per coniecturas, in quibus admittatur.*

14 *Probatio ex coniecturis facta dicitur euidens.*

15 *Probationis appellatione, an & quando cõtineatur coniecturalis probatio.*

16 *Tortura an poſſit dari in ſecretis tractatibus, & conſiliis propter probationis difficultatem.*

17 *Iudici ante oĩa an neceſſe ſit, quòd ſibi conſtet de delinquente,& de offenſo.*

Homicidium fuiſſe perpetratũ, an ſufficiat allegare ſine occiſi nomine,& idem de furto.

18 *Delinquens incognitus qualiter oſtendi debeat teſtibus.*

20 *Maleficii denuntiatio etiam p miniſtralem loci facta nullam facit probationem,vel indiciũ, niſi in leuibus delictis.*

21 *Denuntiatio criminis cum fama facit indicium ad torturã.*

22 *Denuntiatio de per ſe eſt ſufficiens ad inquirendum.*

23 *Denuntiatio facta per ſaltuarium ſine iuramento an valeat, & aliquid operetur, remiſſiuè.*

Principium.

ETsi ſuperioribus annis in operibus, & lecturis meis, maxime in lectura mea ſuper titulo.ff.de queſtio.& in lectura.ff. ad legem Corneliam de ſica.et in repeti.mea.l.ſi.C.de proba. & in aliis operibus meis, & in ſingularibus quoque meis plura dixerim circa materiã cauſarum criminalium,ut in dictis operibus meis dignoſcitur. Attamen vt materiam ipſam omnibus reddam pinguiorem, & dem Lectoribus lac in potum, Statuti ultra omnia prędicta ad perpetuam ſcholarium,& verſantium in palatiis vtilitatem, practicam cauſarum criminalium, vna cum theorica tradere,& illam,quãtum in me erit, docere,ſequendo dictum Imperatoris in auth. vt diuinæ iuſſ. ſubſcriptio.habe.in prin.verſ. Ideo namque. & Papæ in c.frequens.in prin.verſi.& propterea.de reſti.ſpol. in vj. vbi dicunt

ſunt: voluntarios labores appe timus, vt quietẽ nobis, & alijs
1 præparemus. † Practica enim magnam affert vtilitatem, cum videatur rerum magiſtra: vt in c. quam ſit. in prin. de elect. in vj. & in c. cupientes. in princi. eo. tit. & in c. ſtatutum. in prin.
2 de reſcript. eod. lib. † Et vſus promptum reddit artificium, & cuilibet artificio præbet experientia incrementum, vt in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & in l. milites. la ij. & ibi glo. in ver. exercitio. C. de re mili. lib. xij. & voluit
3 glo. in d. c. quam ſit. † Et vera interpretatio a practica ſumitur, ſecundũ Bal. in c. j. in prin. de feu. ſine culpa non amit. quẽ refert & ſequitur d. Phili. Deci. in conſi. ſuo. xj. incip. quoniam &c. in v. col. in fi. verſi. ad hoc fundamentum. vbi etiã dicit, ꝙ hac actione a practica non eſt recedendũ. allegat Bal. in l. illud. per illum text. ff. de excuſa. tuto. pro quo facit carmen illud vulgatum. Ediſcas vſum quamuis perceperis artẽ. Et facit quod dixit Bal. in conſil. ſuo cccij. incip. proponitur &c. in ij. col. iij. volu. & in c. contingit. in ij. colum. de dolo
4 & contuma. vbi dicit † ꝙ experientia facit artem. Et ibi ſubdit, ꝙ multa experimenta cognitio veritatis inſequitur. Quod etiam dixit Spec. in tit. de lib. concep. in prin. vbi allegat etiam Ariſtotelem in prin. Mataphiſices dicentem, ꝙ experientia facit artem, & dicit ꝙ Vſus & ars docuit, ꝙ ſapit omnis homo. de quo latius ibi per Spec. vbi etiam dicit, ꝙ experientia eſt multum neceſſaria ad regimẽ iuris & iuſtitiæ. Vnde Imperator in auth. de appel. & intra quæ temp. in prin. dicit ex rerum experientia inuenimus. Pro quibus facit in argu. tex. in c. vt conſtitueretur. in verſi. experius credo. ibi. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. 50. diſt. Et facit etiam tex. in l. legaui. in verſ. quotidiana enim ſunt. ff. de lib. leg. & tex. in l. iuſto. in prin. in ver. ibi enim propter aſsiduã, & quotidianam. &c. ff. de vſuc. & l. certi condictio. in. §. ſi num mos. ver. cũ quotidie. ff. ſi cert. pet. & l. palam. in. §. ſi qua cauponam. verſi. vt multæ aſſolent &c. ff. de ritu nupt. Attento ꝙ parum prodeſſet habere theoricam ipſarum cauſarum criminalium ſine practica, maxime tyronibus qui cupiunt ſe exercere in officijs. Idcirco practicam ipſam conabor quã breuius, & clarius potero tradere & explicare, ponẽdo etiam aliquas quæſtiones circa materiã ipſarum multum vtiles, quotidianas, & neceſſarias, non tactas, nec examinatas ab aliquo docente antiquo, nec moderno, vſque ad hæc tempora. Practicam ergo iſtam gratioſe ſuſcipite, curioſe perlegite, & fructuoſe memoriæ commendate, vt digni efficiamini reſpublicas diuerſorum principum, & locorum veſtro patrocinio gubernare, vt inquit Imperator in proœmio inſtitutionum. in fi. & in l. aduocati. C. de aduocatis diuerſorum iudic. Præmiſſa igitur inuocatione omnipotentis Dei, & glorioſiſsimæ virginis

nis Mariæ, ac totius cœleſtis
curiæ, deuenio breuiter ad rem
ipſam.

SCITOTE igitur ꝙ quãdo
commiſſum eſt aliquod delictũ
cuiuſcunque conditionis, iudex
loci non poteſt procedere regu-
lariter ad capturam alicuius
perſonæ, nec ad inquirendum,
nec aliquid aliud facere cõtra
aliquem, niſi primo, & ante om
nia ſibi cõſtet tale delictum eſ-
ſe commiſſum. Et ideo quando
aliquis venit ad iudicem, & di
cit, Domine iudex, apotheca,
vel domus mea fuit fracta, &
bona mea ibi exiſtentia fuerũt
derobata. Et quia habeo ſuſpi-
tionem in tali, puta in Titio,
Ideo peto & requiro, vt eum
capi faciatis, & contra eũ pro-
cedatis iuris remedijs oportu-
nis. Tunc iudex regulariter nõ
poteſt procedere ad capturam
alicuius, niſi primo mittat iudi
cem maleficiorum, militẽ vel
notarium ad locum commiſsi
delicti, vt videat oſtium fractũ,
vel parietem, vel ſimilia, & re
ferat ipſi poteſtati, vel iudici
quæ inuenit, vel reperit. Si-
militer ſi factum fuit homici-
dium, iudex antequam contra
aliquem procedat, debet mitte-
re eodem modo ad locum, vbi
eſt cadauer illius mortui, & de
bent ſcribi vulnera quot et qua
lia habet, & poſtea ipſe nota-
rius, vel miles debet facere re
lationem in ſcriptis in libro
Maleficiorũ de his, quę vidit,
& reperit, quę relatio commu-
niter per totam Italiam dici-
tur, ſeu appellatur, Viſum et re
pertum fuit &c. quia ſemper il-
la relatio ſic incipit, Viſum &
repertum fuit per me ſer Ioan.
notarium Maleficiorum domi-
ni Poteſtatis Bononię cadauer
Titij de tali domo, vel caſata,
habens tria vulnera, videlicet,
Vnum in capite, aliud in tergo,
aliud in crure. Et iſtud quod
ante omnia debeat conſtare iu
5 dici de delicto, alias † nõ poſ-
ſit contra aliquem procedere.
probat tex. not. in l. j. §. item il
lud. ff. ad Syllania. & ibi Bart.
hoc videtur ſentire, & voluit
Tancre. de Corneto in Com-
pendioſa ſua in ti. de citatio. &
dilatio. & in tit. de quęſtio. cir-
ca ꝓbationes, in xv. q. & Bar.
& Ludo. Ro. in l. fi. in j. col. ff.
de quæſtio. & Bart. in l. j. ff. de
teſtam. milit. ſentit hoc. & hoc
etiam probat tex in l j. C. vbi
cauſæ fiſca. & facit l. ſi quæra-
mus. ff. de teſta. & in l. ſi quis
ne quæſtio. & quæ ibi latę di-
xi. ff. de quęſtio. Et idem voluit
Ange. de Are. in tract. ſuo Ma-
leficiorum. in verbo, fama pu-
blica. in xviij. char. in verſic.
duodecimo tu iudex &c. vbi
inter cætera dicit, ꝙ ſi dicitur
eſſe commiſſum furtũ, uel aliud
maleficium, iudex debet mitte-
re ad locum ad videndum, vt
ſupra dixi. & ſubdit ꝙ ſi ali-
ter fiat iudex, ſeu poteſtas tene
tur in ſyndicatu. Et hanc partẽ
firmat Gandy. in ſuo tract. ma-
leficiorum. ſub rubrica de præ-
ſumptionib. & indicijs dubita-
tis. in ij. col. in ver. itẽ lex præ-
ſumit aliquem potius ſimplici-
tate, quam malicia deliquiſſe.
Ibi. Aliud etiam notatu dignũ
obliuioni non trade. & voluit
Bal. in addit. Spec. in tit. de ſen
tentijs. in xviij. col. in fin. vbi
dixit, ꝙ ſi quis confitetur ſe ho
minem occidiſſe, & illum poſt-

ea

ea proieciſſe in mari, ſi nõ conſtat de corpore mortuo, ille nõ poterit occidi, nec puniri de homicidio, ſaltem niſi probetur per famam illũ fuiſſe mortuũ, de quo latius dixi in l.j.ĩ prin. in ij.col.ff. de quæſt. Pro q̃bus faciunt dicta per Alex.in cõſ. liij.inci.viſo themate.ĩ ij.vol. per totum.& per Iaſ.in l.error in iiij.col.ver.adde quod vult. nu.6.&c.C.de iur. & fa.igno. vbi etiam ad prædicta allegat Ang.in l.vnica.in ij.col. C.de confeſ.& in l. certum.in prin. ff.e.& Bal.in c.at ſi clerici.in ij.col.extra de iud.Et ꝙ primo ante oĩa debeat conſtare iudici de delicto, voluit ẽt Bal.in l. ſi qñ.C.vnde vi.& Alex.in cõſ. xix. incip. circa primum.in j. ij.iij.& iiij. col. in vij.vol.Et
6 adeo hoc verum eſt, ꝙ † ſtante ſtatuto, ꝙ de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi: tñ non ſtabitur eius ſcrõ. niſi primo ſit probatum dãnum eſſe datum.ita no.dicit Bar.in l.diuus Traianus.ver.item ſunt ſtatuta.ff.de teſt mil.quem refert et ſequitur d.Phili.Dec.in conſi. lxxxiij.incip.in cauſa accuſationis &c.in ij.col.ver.& primo,quia cũ tale ſtatutum.& vide infra eo. nu.19. Sed circa hanc concluſionẽ,& prædictas doctrinas, videlicet, ꝙ ante oĩa debet conſtare iudici delictum eſſe commiſſum, oriũtur aliquę dubitationes notabiles,& quotidianæ non omittendæ.Quarũ prima hæc eſt, videlicet, qñ directe, nec per teſtes non poteſt conſtare delictũ eſſe cõmiſſum, an tali caſu aliquo remedio poſsit ſuccurri damnum paſſo? Exemplum poteſt poni tale, qđ vere contigit his proximis diebus in hac noſtra ciuitate Bononiæ.Quidam ſcholaris forẽſis reuerſus a patria ſua portauit certam quãtitatem pecuniarum, vt cõmuniter faciunt ſcholares forenſes, & dictas pecunias poſuit in quadam eius capſa in camera ſua, exiſtente in domo cuiuſdam viri, cum quo incępit ſtare ad dozinã, & vna die dũ iſte ſcholaris eſſet extra domum, vel ad ſcholas, vel alibi, cum quadã claue adulterina fuit aperta eius camera, et ſimiliter eius capſa, et fuerũt furatę & aſportatę p̃dictę eius pecunię. Poſtea vero fuit clauſa capſa,& camera, adeo ꝙ nõ poterat apparere de violẽtia, nec de aliqua fractura, nec de aliquo furto. Ipſe aũt ſcholaris vna die volens accipere aliquas pecunias, reperit illas fuiſſe furto ſubtractas,& ſtatim de hoc cõqueſtus eſt cũ ſocijs,& cũ amicis ſuis,& cũ alijs pſonis. Qui ſcholaris acceſsit ad Poteſtatẽ, & fecit eius q̃relã,& ab eo petijt, vt deberet procedere de tali furto contra dñm domus, in qua morabatur, quẽ habebat ſuſpectũ,& contra quẽ erant nonnulla indicia. Qui poteſtas vocari fecit dictum dominum domus,& eũ incœpit interrogare ſuper dicto furto, qui dominus domus primo, et ante oĩa dixit, ꝙ aliquod furtum non fuerat factum dicto ſcholari, nec modo aliquo conſtabat de tali furto, ideo ipſe, nec alius debebat vexari, moleſtari, nec inquietari pro dicto aſſerto furto. Iſte aũt ſcholaris non poterat probare tale furtũ fuiſſe cõmiſſum. Quærebatur quomõ hoc caſu poſſet

ſuccurri

ſuccurri dicto ſcholari? In quo
ego conſultus dixi, ꝙ licet non
poſſet plene, nec directe proba-
ri dictũ furtum fuiſſe commiſ-
ſum, tñ poterat qno ad inquirẽ-
dum ſatis hoc probari ex con-
iecturis, & præſumptionibus.
7 Nam † furtum probatur ex con
iecturis, ſecundum Bart. in l. ſi
quis ex argentarijs. in. §. an ve
ro. ff. de edẽ. argumẽto. l. oẽs. §.
a barbaris, ff. de re. mil. & di-
cit ꝙ ita not. Doc. in l. ſi credi-
tor. C. de pig. actio. Et ſubdit
Bar. in d. §. an vero. ꝙ tales p̄-
ſumptiones dicentur manifeſtę
licet ex coniecturis proueniãt.
arg. ff. de lega. j. ibi. ſi non fue-
rit euidens &c. & de manumiſ.
teſt. l. ſi quis locuplex in fine:
ibi. vt apertiſsime curare vi-
deatur. Et hanc doctrinã Bart.
refert & ſequitur Alexand. in
conſi. l. inci. viſis & oportune.
in v. colum. in j. vol. & in d. l.
ſi quis ex argentarijs. in. §. præ
tor ait. in vlti. colũ, vbi etiam
ad hoc allegat Bar. in l. ſi quã-
do. C. vnde vi. & Spe. in tit. de
fur. in fin. & in titu. de pign. in
. §. j. in verſi. & not. cum verſi.
ſeq. & Bar. in l. j. ff. fur. aduer.
nau. & Bald. in rub. C. depoſi.
& in l. j. & in l. certi. C. loca.
de quo etiam vide per eundem
Alexand. in conſi. cxlvj. in-
cip. viſo themate. in vj. volu.
Sed in dicto caſu concurrunt
plures coniecturæ, quod dictum
furtum fuerit factũ dicto ſcho-
lari vt ſtatim oſtendam: ergo
dictum furtum dicitur eſſe pro
batum. Quod autem adſint cõie
cturæ dicti furti patet. Nam
ſtatim ꝙ ipſe ſcholaris vidit
ſuas pecunias non adeſſe, ſed
exportatas fuiſſe, de hoc con-
queſtus eſt cum ſocijs, & ami-
cis ſuis, & hæc affirmabant di-
cti ſocij & eius amici: ergo hęc
eſt vna coniectura dicti furti cõ
miſsi, per quã probatur ipſum
furtum, vt dicit Bar. & alij in
locis præallegatis. Alia etiam
concurrit coniectura dicti fur-
ti, videlicet, bonitas, & legali-
tas, & vita honeſta in tempus
præteritum dicti ſcholaris, &
ego ſequens conſilium do. Ale-
xan. quod ipſe dat in conſi. ſuo
liij. incip. viſo themate. in ij. vo
lu. fieri feci capitulum ſuper bo
nitate, & legalitate dicti ſcho-
laris, & ſuper illo feci exami-
nare teſtes, qui depoſuerunt di-
ctum ſcholarem fuiſſe, & eſſe
hominem probum, & morige-
ratum, bonæ conditionis, vitæ,
& famæ, ac conſcientię, & non
ſolitum mentiri in aliquo. Ex
quibus teſtibus reſultat alia
præſumptio & coniectura præ
ſtans iuſtam & iuridicam cau-
ſam iudici credendi dicto ſcho
lari dictas pecunias fuiſſe ſibi
furto ſublatas. Nam clarum eſt
8 in iure, ꝙ † credendum eſt bo-
no viro: vt glo. not. in l. Titio
fundus in ver. actiones. ff. de cõ
di. & demonſtra. quã dicit ſing.
Bald. in c. ſanctorũ, de præſcri.
& in c. cũ contingat. de reſcri.
& Pe. de Anch. ĩ c. fi. extra de
appel. et Ang. ĩ l. j. ff. de eo per
quem fact. erit. & Ioã. de Imo.
in conſi. ſuo ciiij. & Bald. in l.
inditia, C. de rei ven. in fin. &
Ang. in l. in bonæ fidei. ff. de
rei ven. & Alexã. in conſi. ſuo
xxxj. inci. viſis & accurate. in
iiij. col. in ij. volu. & in conſi.
cxc. incip. viſis atteſtationibus
in iij. col. in vij. vol. Et ſimilis
eſt glo. in c. cupientes. in prin.

in ver.notitiam.de elect. in vj.
Pro quibus gl.videtur text. in
c.nobiliſsimus . xcvij. diſt. &
ibi gl.vlt.& illum tex. ad hoc
allegauit Inno.in c.cum in iu-
re.in prin.de offi.dele.& Ang.
in l.quæcunque.in fin.ff.de pu-
bliciana.& Iaſ. in repeti. in l.
admonendi.in lxxvij. colũ. de
iureiu.Et idem quod dixit gl.
in d.l.Titio fundus. dixit Cy.
in l.j.in iiij. q. circa fin. C. de
ſer.& aqua.& Bar.in l. de pu-
pillo.in.§.ſi quis ipſi prætori.
in viij.qõ.in fin.ff. de ope. no.
nun.& Bar.in l.qui fundum.in
.§.procurator.ff.de vſucap.pro
empt.& in l.fi.eo.tit. quem re-
fert & ſequitur Alex.in d.con
ſi.ſuo xxxj. Pro quibus facit
optime glo.in l.j.ff.de ripa mu
ni.in verſi.qualitatem quæ di-
xit, ꝙ ſi quis tenetur ſatiſdare
in aliquo caſu ex forma legis,
vel ſtatuti, ꝙ tamen ſtatur ſuæ
iuratoriæ cautioni ſi ſit perſo-
na bonæ conditionis, vitę, & fa
mæ. Et illam gl.pro ſing.alleg.
Bald.in c.ij. de iudic.& Barb.
in c.coram.& in c.cum R. ca-
nonicus.de offic.deleg.Et facit
quod voluit d.Ant.in c.cũ olim
de dolo, & contu. in prin. vbi
dicit, ꝙ aſſertioni magni viri
creditur,& ſic qualis qualis fi-
des ei adhibetur ſine iuramen-
to.ad quod alleg.dictum c. no-
biliſsimus . Et facit qđ voluit
Io.And.in additio.Spec.in tit.
de locato.in rub.vbi dixit,ꝙ ſi
Caſtellanus alicuius arcis ha-
buit cauſam ſe abſentandi, &
arcem commiſit bono viro cu-
ſtodiendam,ſi ille poſtea ſe re-
bellauit domino Arcis,vel cõ-
tra eum fecit tractatum,ꝙ ipſe
Caſtellanus non tenetur,ſed eſt
excuſatus, quia credidit bono
viro. Et facit quod voluit do.
Anto.in c.cum oporteat.de ac-
cuſa. quem refert & ſequitur
Ang.in l.ea quidẽ. in xxxiij.
col.C.de accu. vbi dixit,ꝙ cre
ditur teſti coniuncto in cauſa
coniuncti, quando ipſe teſtis eſt
bonæ conditionis, vitæ, & fa-
mæ. Et facit dictum do. Alex.
in l.j.in ij.col.ver. Adde etiam
ꝙ non poteſt imputari . ff. de
eo per quem fac.erit.vbi dixit
ꝙ dictum boni viri cauſat titu-
lum putatiuum aptum ad præ-
ſcribendum.Et facit ẽt,nam bo
no viro creditur, ſi eſt exami-
natus in teſtẽ, licet ſit pauper,
9 †ſecundum Ang.de Are.in tra
cta.maleſi.in verbo,& ad quę-
relam.col. ix.ver.decimoocta-
uo quæro &c. licet alias teſtis
pauper repellatur, vt habetur
in l.iij.in prin.ff.de teſti.& in
.§.ſi vero abſunt in auth.de hę
redi.& fal.de quo articulo an.
& qñ teſtis pauper admittatur
in teſtem vide ẽt do. Franc.de
Are. in conſi.xiij. incip. viſo
diligenter.in x.col.ver.ex prę
dictis &c.& do. Alex.in conſi.
ſuo xciij.inci.repetitus.ĩ ij.co.
in vj.volu.& in conſi. cxxxj.
incip. pſpectis,in vj.vol. & ibi
in cõſ.237.inci.pſpectis ĩ j.col.
& in cõſi.clxxvj.inci.viſis. in
ij.colũ. in vij.vol. & in conſi.
lxv.incip.habita ſuper conten
tis &c. in vltimis verbis . in
j.voe.& in conſi.ccxxxviij.in
cip.viſo proceſſu. in ij. col. &
d. Philip.Deci,in conſi.cv. in-
cip.& pro tenui facultate. col.
iij.in fi.verſi. accedit ꝙ iſte te-
ſtis eſt pauper.& in cõſ.clxiij.
incip. in cauſa matrimoniali .
col.iij.in prin. verſ.ſed ad iſta

etiam reſpondetur. & in conſi. cccx. incip. viſis &c. in vltima col. ver. & maxime prędicta videntur procedere. & Iaſ. in authen. præterea. in vlt. col. C. vnde vir & vxor. & in l. fideiuſſor. in j. col. ff. qui ſatiſda. cog. ad quæ vide etiam glo. nota. in l. ij. in verſi. ſi inopia. C. de tut. vel curato. qui non ſatiſde. Fa-
10 cit etiã, nam creditur † teſti domeſtico & familiari, ſi eſt bonus vir, ſecundum Inn. do. Ange. & Io. de Imo. in c. in literis. de teſti. Bald. & Saly. in l. iij. C. de teſti. licet regulariter talibus teſtibus familiaribus, & domeſticis non credatur: vt habetur in c. repellantur. extra de accuſa. & in l. penul. ff. de teſtib. & voluit Specu. in titu. de teſte. §. j. verſi. item ꝙ eſt familiaris &c. Et dixit Ioan. de Imo. in c. cum R. Canonicus.
11 de offic. delega. † ꝙ frater religioſus tanquam bonus vir admittitur in teſtem in cauſa fratris, licet alias frater non admittatur pro fratre, vt in l. parẽtes. C. de teſtib. & voluit Specu. in d. titu. de teſtib. in d. §. j. verſ. item ꝙ eſt frater. Et dixit Bal. in addi. Specu. in tit. de homi. in verbo, an mortuus &c. ꝙ ſtatur dicto vnius ſolius medici, an vulnus ſit letale, ſi talis medicus eſt homo bonæ conditionis, vitę, & famę, licet alias requirantur duo medici, vt late dixi poſt Bar. in l. fi. in fi. ff. ad legem Cor. de ſica. Et facit dictum domi. Anto. in c. vidua. de regula. in fi. vbi dixit ꝙ bonus vir admittitur cum iuramẽto ad probandum contra præſumptionem iuris & de iure, licet alias contra talem præſum-
12 ptionem † non admittatur probatio in contrarium, niſi per confeſsionem partis: vt in authen. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. & voluit gloſſ. in authen. de æqualitate dotis. in §. aliud. in ver. ſcribat. & Azo in ſumma. in titu. de dona. ante nup. et glo. in l. in contractibus. in prin. in ver. nullo modo. C. de non numer pecu. & ibi Bal. in iiij. qõ. & Salyc. in l. ij. C. de dolo. Et facit quod voluit Pet. de Ancha. in c. fin. extra quod metus cau. vbi dixit, ꝙ excuſatur credẽs bono, ſeu fide digno viro, alleg. ad hoc Cy. in l. iiij. de ſer. fugi. & idem dixit Bal. in c. cum contingat. de reſcrip. & in c. ſanctorum. de præſcrip. Et facit no. verbum Angel. in l. in bonæ fidei. ff. de rei vendi. vbi dicit ꝙ ipſe alias iuuit quendam Poteſtatem a pœna tẽpore ſyndicatus. Nam ille Poteſtas dum erat in officio, habebat quendam hominem captum, qui erat bonę conditionis, vitę, & famę, & ipſe permiſit illum ire per palatium, habita tamen prius fide ab ipſo, ꝙ non recederet de palatio ſine ſui licentia: tamen poſtea aufugit illicentiatus. dubitabatur an Poteſtas teneretur creditori ſuo ſatisfacere. & dicit ibi Ange. ꝙ non, quia eſt excuſatus, q̃a credidit bono viro. per gl. in d. l. Titio fundus. cum ſi. ff. de conditio. et demonſtratio. & idem dixit Oldra. in conſil. xcij. incip. Rex habebat &c. quem refert et ſequitur d. Fely. in c. Petrus. in j. col. de homic. Pro quibus etiam faciunt dicta per domi. Fely. in c. ſuper his. in vltima col. de accuſa. & per

Iaſ.

Iaſ. in l.j.in iij.colum.ff. de eo per quem factum erit in verſi. ſecundo limita. Et poſſent adduci plures & plures aliæ doctrinæ, quas ſimul reduxi in repetitione mea.l.fina.C. de proba.in ij.& iij.char. vbi adduxi forte centum iura, & doctrinas ad propoſitum dictæ gloſ. quas breuitatis cauſa non refero. Et ex prædictis in caſu dicti ſcholaris dixi, quod ex dictis præſumptionibus, & coniecturis erat probatum furtum fuiſſe commiſſum. Et tanto magis per dictas coniecturas poteſt dici probatum eſſe dictum furtum; quia in tali probatione nõ tractatur de præiudicio alicuius: quia an ſit probatum furtum eſſe commiſſum necne in genere, & non ſpecialiter per aliquem, hoc non facit alicui præiudicium, vt de ſe patet. Concurrebat etiam alia ratio in caſu dicti ſcholaris, quod probatum eſſet dictum furtum fuiſſe commiſſum,& perpetratum. Nam furta communiter clam & occulte committuntur, vt omnibus notum eſt. Sed vbi tractatur de probando clandeſtina; & occulta, & illa quæ ſunt difficilis probationis, vt eſt fur-
13 tum:† admittitur probatio per coniecturas: vt habetur in capit. præterea. de teſtibus. & voluit Bartol. in l. in illa ſtipulatione,ſi calendis in finalibus verbis.ff. de verbo. oblig. & in l. de pupillo. in.§.ſi quis ipſi prætori.in viij.quæſt.ff. de ope.no.nuntia.& in d.l. ſi quis ex argentarijs.§.an vero.ff. de edend.& Fede.de Senis in cõſi. ſuo cxix. incipien. nulli dubium. vbi plura iura ad hoc allegat. & Iaſon late in l. cum ea.in ij.colũ. C.de tranſact. & Alexan.in conſi. cxlvi. incip: viſo themate.in vj.volumi. & ibi in conſil. clxxxix. incipiente,in cauſa & lite.in iij. colum. & volunt doctores in pluribus alijs locis, quos retuli ego in repetitione mea rub.C. de probatio.in lxiiij.colum. in
14 princ. Et talis probatio† quæ fit per coniecturas, dicitur euidens probatio. & illud dicitur euidenter apparere, quod apparet ex coniecturis, ſeu ex præſumptionibus. text. eſt & hoc notat expreſſe Bart. in l. licet Imperator.ff.de legat.j.in verſicu. ſi non fuerit euidens diuerſa voluntas. & probatur. in l. ſi quis locuplex.ff. de manumiſ. teſtamen.& habetur in l. ſi creditor.C.de pigno. actio. & in l.ſi tutor petitus.C. de periculo.tut.vel cura.& voluit Ludo.Roman.in l.j. C.de teſtam. mili.& Io.de Ana.i cõſi.xlix. incip.dubium de quo quæritur. & in conſil.ſuo iij. incip. viſo teſtamento.in ij.colũ. & Abb. in cap. licet cauſam. in iij. colum.ver.nota vndecimo.de probatio.& Ludo.Roma. in conſi. ſuo cclxxj.incip. vis tota &c. in finalibus verbis.& Barb. in c.ſuper quæſtionum.in §.intentionis. in ij. colum. de offic.delega. Pro qua faciunt dicta per Bald.in cap.j.in.§.conuenticulam.in iij.col.de pace iuramento firman. vbi dixit, quod ap-
15 pellatione probationis† continetur etiam probatio coniecturalis,dummodo lex habeat cõiecturam pro veritate. allegat l.Lucius.ff.de conditio. & de-

monſtra. Et faciunt etiam dicta per Bal. in c. per tuas. in ij. col. ver. opponitur. extra de proba tio. vbi dixit, ꝙ illud, quod nõ poteſt clare probari per rerum naturam, probatur argumentis, & indicijs, de quibus latius dixi in repetitione mea rubricæ. C. de probatio. in lxiij. colum. Et facit ad prędicta quod voluit Bald. in l. quicunque. in pen. colum. C. de ſeruis fugiti. in verſi. octauo nota &c.
16 † vbi dixit, ꝙ in ſecretis tractatibus, & conſilijs propter difficultatem probationis peruenitur ad torturam, & quandoque ad condemnationem, vel abſolutionem ex ſolis indicijs, ſi ſunt ita certa, ꝙ vix denegare ſufficiat. alleg. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. & Dyn. in l. ij. ff. de excuſatio. tuto. Et iſtud dictum refert & ſequitur do. Catal. in ſuo tractatu ſyndica, in verſicu. ccccvj. incip. adde quod alibi dicit Bald. &c. & domi. Franciſ. de Curte in conſi. lvj. incipiente, ſuper proceſſu. in viij. colum. Et ſic ex iſtis omnibus in caſu dicti ſcholaris Poteſtas habuit dictum furtum pro probato, & proceſsit ad vlteriora ad fauorẽ dicti ſcholaris, adeo quod ipſe recuperauit magnam partem pecuniarum ſuarum a prędicto domino domus, & hoc per intermiſſam perſonam cuiuſdam religioſi, qui ſibi portauit tales pecunias, & rogauit dictum ſcholarem, vt non vellet vlterius quærere, & ita quieuit dictus ſcholaris &c. Modo quæri poteſt de alia dubitatione. vidimus ſupra quod ante omnia debet conſtare iudici de delicto commiſſo, antequam iudex ipſe poſsit procedere contra delinquentes. Sed quæro ego an etiam ſit neceſſe ꝙ ipſi iudici ante omnia cõ-
17 ſtet † de delinquente & de offenſo, videlicet de illo contra quem eſt commiſſum delictum. in quo reperio Angel. de Aret. in. §. quadrupli. in j. colũ. verſi. Quarto inducitur iſta glo. inſtitu. de actioni. vbi dicit, ꝙ valet, & tenet inquiſitio, licet ignoretur nomen occiſoris: dũmodo de corpore cõſtet. alleg. ad hoc glo. in l. j. in. §. item illud. ff. ad Syllani. ſed dicit poſtea ꝙ contra hoc videtur tex. & hoc ibi not. Bald. in l. licet gratis. in. §. poſſumus. ibi, vt certi hominis factum arguamus. ff. nautę, caupo. ſtabular. & hoc tenet ibi do. Floria. ſcilicet, ꝙ non poſsit inquiri, niſi ſciatur contra quem, & perſona delinquẽtis deſignetur nomine. Attamen dicit Angel. quod contrarium tenet illa gloſ. & ideo ipſe ſic diſtinguit, videlicet, aut eſt præſens qui deliquit, & tunc licet ignoretur nomen: vt quia ignotus vel mutus eſt, vel non vult loqui, vel nõ intelligitur, & ſic nomen eius non poteſt ſciri. & clarum eſt ꝙ cõtra hoc corpus præſens, de quo conſtat per teſtes, quod commiſit maleficium, ꝙ procedit accuſatio, vel inquiſitio, Aut eſt abſens a longe, vt quia aufugit: & tunc dicit quod eſt fienda diligentia per officialem de inueniendo nomine: ſed ſi non poteſt habere nomen, debet inquirere de ſignis: vt quia eſt claudus in tali crure, vel habet talem manum aridam, & eſt breuis

ſtaturæ,

ſtaturæ, vel habet talem cicatricem in facie, vel tale ſignũ in perſona: nam omnia iſta ſiunt ad recognoſcendum l. ad recognoſcendum. C. de ingenu.& manumiſ.& facit l. certum.ff. ſi cert.petat.& quod notat glo. in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de lega.j. & facit l. fina. ff. de his qui deiece. vel effuder. & l. demonſtratio. in princi.& ibi Bartol ff. de condītio. & demonſtratio. & in proceſſu deponent teſtes de delicto,& de omnibus iſtis, & de ætate,& de alijs. Et tunc ſi aliquo tempore talis inquiſitus, & condemnatus rediret in locum delicti, & caperetur, fieret recognitio vtrum eſſet ille homo,& idem corpus, qui fuit tali tempore inquiſitus & condemnatus de tali homicidio, vel delicto, & an ipſe commiſerit dictum homicidium, vel delictum: & facta recognitione per legitimam & ſpontaneam confeſsionem, dato ſine præiudicio veritatis, ꝙ nõ fuiſſet verum, quod ipſe non fuiſſet ille, qui non cõmiſiſſet illud delictum,tamen ex noua confeſſione in iudicio ſponte facta poterit decapitari. vt in l. inde Neratius.in .§.fina. cum l. ſequen.ff. ad leg. Aquil. & in l. qui ſeruum. & ibi do. Floria. ff.de interrogat.actio. ita dixit Angel. in d.§. quadrupli. Et ſubdit etiam, quod iſta recognitio delicti, & identitatis perſonæ,eſt neceſſaria, allegat plures doctores ad hoc,de quibus ibi per eum. De qua recognitione banni dixi in ſingulari meo lxxij.incipiente, per totam fere Italiam &c. Quo autem ad offenſum an valeat accuſatio, vel inquiſitio ſi ignoratur offenſus,vel eius nomen, in quo Angel. de Aret. vbi ſupra tenet, quod valeat, dummodo de corpore conſtet. allegat ad hoc glo. in l. ſi cum exceptione.in.§.in hac. in verſi. ignorantiam.ff.quod met. cauſa.& ibi dicit domi. Floria. ꝙ hoc etiam voluit glo. ordinaria.ij.quæſt. viij.cap. fina.§.libellorum in gloſ. ij. ita reſidet Angel. in d.§. quadrupli. in j. colum. inſtitu. de actioni. De quo etiam per Alexan.in cõſi. xxiij,incip. viſo proceſſu &c. in vj. volu.& per domi. Flor. in l.item Mella.in.§.ſed ſi plures.in vlt. colum. ver. quarto caſu principali. Ibi. Et ideo procedit libellus. ff. ad legem Aquil. Tu autem ad prædicta adde quod glo.illam in dicta l. j.in.§.item illud.ff. ad Syllan. refert & ſequitur domi. Felyn. in cap.ſignificante. in iij.colũ. de reſcriptis.Et dictam glo. in d.§.libellorum. ad hoc pro ſingula.allegauit Ioan. de Imo.in c.tuæ.in ij. colum. de procura. & Bald. in l. data opera. in xv. colum.C. qui accuſa. non poſ.& in d.l. licet gratis. in.§. poſſumus.ff.nautæ,caupo. ſtab. & in repertorio ſuo.in verbo, homicidium.in j.verſicu. & in l.quoties.§.ſi quis nomen.ff. de hæredi. inſtituen.vbi etiã ſubdit, quod ipſe vidit de facto, ꝙ fuit facta inquiſitio contra vnũ, qui occiderat quendam, cuius nomen ignorabatur, qui fuit poſtea miſſus ad furcas. Et illam gloſ. etiam refert & ſequitur Angel. in l. j.in.§. interdũ, ff. ſi pars hæredita. peta. vbi

dicit ibi eſſe caſum pro illa gloſſ. videlicet, ꝙ ſi conſtat Titium hominem occidiſſe, & ignoratur quis ſit occiſus: Vel conſtat furtum eſſe factum, & ignoratur cui ſit factum, vt videmus quotidie in iſtis furibus qui capiuntur cum diuerſis rebus ſubtractis, & ignoratur cuius fuerint illæ res. quod tamē poteſt formari inquiſitio contra eum hoc modo, videlicet, Talis, puta, Gaius occidit vnū hominem in tali loco, & tali tempore cuius nomen ignoratur; & ꝙ in tali loco, tali tempore talis rem ſubtraxit contra voluntatem domini ipſius rei. Ita dicit Angel. in dicto. §. interdum. & ibi ſubdit, quod vidit vtrunque practicari, ſcilicet formare inquiſitionē maleficij, quando non cognoſcitur delinquens, & quando non cognoſcitur offenſus: & dicit quod eſt bona practica ex quo non poteſt conſtare de nomine, per illum text. Ad quod facit ſecundum eum l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæredi. inſtituē. & alia allegat de quibus ibi per eum. Item d. gloſ. in dicto. §. libellorum. refert & ſequitur Angel. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, hæc eſt quendam inquiſitio. in vlti. verſicu. & Bald. in l. ſolam. in iiij. colum. C. de teſtibus. & plura dicit de illa gloſ. domi. Augu. Ari. in additio. ad Angel. de Aret. in dicto vltimo verſicu. & domi. Felyn. in cap. ſignificante. in iij. colum. de reſcriptis. Adde etiam prædictis Bald. in additio. Specu. in titu. de accuſatio. in verſi. ſed nunquam procedit &c. vbi dicit allegando dictā gloſſam, quod ſufficit allegare corpus humanum fuiſſe occiſum, licet neſciatur cuius ſit, aut vnde venerit. Et idem dicit, quando conſtat de furto, licet perſona damnum paſſa ſit incognita. & illam gloſſ. d. §. libellorum. refert & ſequitur Bald. in authen. ſed nouo iure. in penult. col. C. de ſeruis fug. & Angel. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Syllan. & l. falſus. in §. penul. ff. de fur. & in l. j. in ij. colum. C. de confeſ. Et idem dicas etiam eſſe in confeſſo occidiſſe aliquem quem non cognoſcebat, ſecundum Bald. in additio. Specu. in titu. de confeſ. & Angel. in dicta l. vnica. in ij. col. C. de confeſ. & Bald. & Imol. in dicta l. quoties. in §. ſi quis nomen. ff. de hæredi. inſti. & ibi Angel. Et de materia iſta & illius gloſſ. vide do. Felyn. latius loquentem in c. auditis. in xvij. colum. de præſcrip. & in dicto cap. ſignificante. Et vltra prædictam circa dictam materiam adde, quod quando delinquens eſt incognitus teſtibus, non eius perſona, ſed eius nomen & cognomen, 18 quod tunc debet oſtendi † perſona talis delinquentis ipſis teſtibus in habitu conſueto ut illum recognoſcant, an ſit ille, qui deliquit, ita dicit Bald. poſt gloſſ. ibi in cap. cum cauſam. in penulti. colum. in verſi. item quæro nunquid teſtes &c. extra de teſtib. de quo latius di xi in l. data opera. vltra med. C. qui accuſ. non poſ. Et idem dixit Bald. in addi. Specu. in titu. de accuſa. in verſicu. ſed quid ſi ſtatutum dicit. & Bald. in l.

in l.j.in ſ.col.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.& Bal. in reper. ſuo in verbo, Exhibere,[de quo ēt per Ludo.Roma in l.j.§.fin.ff. de publi.& Floria.in l.iij.in.§. ideoque diuus. ff. de teſtib. & Bald. in reper. ſuo. in verbo, Accuſatio. in verſicu. Accuſator poteſt petere &c. Modo vlterius circa materiam ſupra tactam,videlicet,quod ante omnia debet conſtare iudici delictum eſſe commiſſum, de quo vult inquirere & procedere, Aduertas & teneas menti, ꝙ
19 tali caſu nō ſufficit etiā† quod hoc conſtet iudici per denuntiationem maleficij factam per ſaltuarium, vel per miniſtralem ad hoc deputatum:quoniā non obſtante tali denuntiatione iudex etiam debet aliter ſe informare de ipſo maleficio cō miſſo: quia talis denunciatio non ſufficit, ita not. dixit do. Anton. de But. in cap. veſtra. in xxxviij. colum. in ſua repe. de coha. cleri. & mul. quē refert & ſequitur domi. Nico. Mileus in reperto. ſuo. in verbo. Inquiſitio. in ij. not. ſeu verſicu. Nec etiam talis denū
20 tiatio† facit aliquam probationem, vel indicium, niſi in leuibus delictis, ſecundum Bart. per illum tex. in l.diuus. la ij. in iij.q.ff.de cuſt.reo. & Saly. in l.ea quidē.C.de accu. & voluit Alex.in conſi.j.in iij. vol. inci. viſo proceſſu. in iij. colū. verſi.accedit &c.& Angel. de Aret.in tract.maleſi.in verbo, necnō ad denunciationē.in iiij. char.in ver. quæro an iudex.
21 Talis denuntiatio† tamen cum fama facit indicium ad torturā ſecundum Bartol.in conſi. cxj. incip. do. Paci de Burgo &c. de quo latius dixi in cōſi. meo extraordinario xxx. incip. quia mei oris eſt &c.ī ij. char.
22 † Item denunciatio de per ſe eſt ſufficiens ad inquirendum, ſecundum Bart.in l.diuus.la ij. ff.de cuſt reo.in ij.col. in d.iij. q.& Ang.de Aret. in d.tracta. in ver.necnon ad denunciationem.col.ij.ver.tertio quæro ra
23 tione finis,& effectus.† An aūt talis denunciatio facta per ſaltuariū ſine iuramēto valeat, & aliquid operetur, vide d.Barth. Cæpo.in conſi.xxxix.inci.Lucius in v.colū.nu.41. verſi.ſed poſſet quis dubitare.

SVMMARIVM.

1 *Indicia capturam debent præcedere.*

2 *Indiciis non præcedētibus ēt in crimine læſæ maieſtatis nō poteſt deueniri ad capturam, nec torturam.*

3 *Indicia capturam cur debeant præcedere.*

4 *Innocentē capi faciens qua pœna teneatur ſiue cauſa ſit ciuilis ſiue criminalis.*

5 *Iudex in criminalibus an poſſit a captura incipere.*

6 *Reum culpatū capere nō præcedētibus indiciis iudex quādo poſſit ſine metu pœnæ.*

7 *Multa propter moram concedi quæ alias non concederentur.*

Res tempore perituræ fallentiā imponunt iuris regulis de non alienando.

8 *Magiſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri, niſi actio ſit tempore peritura.*

9 *Teſtes in mortis articulo examinati per notarium non commiſſum, faciunt præſumptionē.*

10 *Confiteri peccata laicus laico quando poſſit.*

Sententia quo caſu de nocte ferri poſſit.

11 *Lex, canon, & ſtatutum quo caſu poſſint contenni in eorum obſeruantia.*

Mora iuncta periculo eſt multi. priuilegii.

12 *Fama, ſeu infamia rei inquiſitionem debet præcedere.*

13 *Statutum ſuperioris quòd poſſit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum, non valet.*

14 *Reus confeſſus non eſt interrogandus de criminibus, quorum indicia non extant.*

15 *Gloſſæ dictum maioris autoritatis eſt quàm doctoris.*

Conſuetudo contra ius commune non ſeruanda eſt.

16 *Famam præcedere verba inquiſitionis non probant, licet dicant.*

17 *Fama bona inquiſiti facit corruere inquiſitionem.*

18 *Reus an poſſit interrogari de ſociis, de qbus non ſunt indicia.*

19 *Indicia quando ſunt loco diffamationis.*

20 *Iudex in quibus caſibus poteſt procedere ad inquirendum non præcedente infamia, vel diffamatione.*

21 *Inquiſitio de conſcientia principis emanans valet, non præcedente infamia.*

22 *Regens ciuitatem habetur loco principis.*

23 *Diſpoſitionem nō inducit quod lege cautum non eſt.*

24 *Dictio, libera poteſtas, non tollit iuris ſolennitatem.*

25 *Princeps non vult vnico verbo totam iuris machinam deſtruere.*

26 *Iudex non poteſt denegare reo defenſionem prætextu alicuius liberi arbitrii.*

27 *Poteſtas habens generale arbitrium, an poſſit torquere non præcedentibus indiciis.*

Modus in torquendo ſeruandus.

28 *Poteſtas Iudici libera in maleficiis data qualiter limitāda.*

29 *Iudex liberum habēs arbitriū in procedendo an teneatur ſeruare inſtantiam.*

30 *Iudex æquitatem ſeruare debet, etiā in his quæ arbitrio ſuo committuntur.*

31 *Confeſſus ſponte non poteſt opponere de ineptitudine, vel inualiditate libelli.*

32 *Inquiſitio ſuccedit loco libelli.*

33 *Inquiſitio non præcedentibus indiciis an formari poſſit.*

Actio

34 Actio ciuilis ex delicto vbi nõ oritur parti, nec actio, vel inquiſitio criminalis oritur reipublicæ.

35 Iudex non poteſt agentem audire, quem ſcit ius non habere.

36 Furtiue res ſuas accipere ab iniuſto detentore an liceat.

37 Creditor creditum probare nequiens, an debeat bona debitoris ad ſatisfactionem quomodocunque capere.

38 Iudex contra occiſorem banniti inquirens an debeat quemlibet admittere pro defenſione homicidæ.

39 Iudex inquirens quid obſeruare debeat.

40 Inquiſitio de auxilio an valeat, niſi prius iudici conſtet de principali delinquente. Et quid ſi non apponatur verbũ aſsiſtẽdo. nu. 42. & 77.

43 Inquiſitio in qua dicitur, alterum alteri præſtitiſſe auxiliũ, an valeat ſi ſint plures.

44 Dictio alter, a um. in duobus tantùm verificatum.

45 Auxiliatores alicuius delicti ad hoc vt aliqui dicantur, quid requiratur.

46 Quilibet in congregatione tenetur de proprio facto, niſi tulerit auxilium.

47 Ciuitas quando ex delicto teneatur.

48 Caſualia non conſideranda, ſed præcogitata. Et an in dubio præſumenda nu 61.

49 Teſtis dicens caſualiter ſe homicidam an puniendus.

50 Auxilium ad hoc vt ſit punibile, quid requirat.

55 Aſſocians poſt delictum an faciat præſumptionem occulti auxilii, per quam cogatur probare contrarium.

56 Auxilium præſtaſſe an dicatur, qui armatus in maleficio aſſiſtit licet arma non moueat. Et an dicatur vim cum armis intuliſſe. 57. & 60.

58 Auxiliari an dicatur ille ex cuius præſentia aggreſſus redditur timidior.

59 Clericus incitans pugnantes ſit irregularis, ſi fiat homicidium.

62 Auxilium præſtari an dicatur acclamando contra eum, qui offenditur.

61 Auxiliatori non nocet ficta cõfeſſio principalis contumacis habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti 74.

64 Iudex Inquirens de auxilio quid dicere debeat.

65 Auxiliator ad delictum nõ punitur non ſequuto delicto.

66 Auxiliator an poſſit agere actione mandati, vel ex ſtipulatu aduerſus delinquentem, qui promiſit damna reficere.

67 Auxiliator tenetur de pace violata,

violata ſicut principalis. 76.

68 *Auxilium præſtare an dicatur, qui bannito pecuniam præbet. & qui in aduocando, vel fideiubendo, & nu. ſeq.*

70 *Auxiliator an veniat puniendus pœna ſtatuti de committente maleficium.*

71 *Auxiliũ quot modis p̃ſtetur.*

72 Auxiliator plurium an teneatur vna pœna tantum. Et an, & quando mitius puniatur quàm principalis remiſſiue. numero 73

Et an probationes contra principalem noceant auxiliatori. nume. 75.

78 *Verbum, pertinere, qualiter ſtet, & quid comprehendat.*

79 *Inquiſitio furti an valeat per verbum, ſubſtraxit, ſine dictione furto.*

81 *Iudex an poſſit inquirere poſt datum terminum ad accuſandum. & cur. nu. 82.*

83 *Inquiſitio an requirat ſolennitates, quæ in accuſatione requiruntur.*

84 *Pœna legalis quãdo poſſit per iudicem ex cauſa minui, vel mutari.*

85 *Statutum, ꝙ poſt ſex menſes non poſſit de maleficio cognoſci, qualiter intelligendum.*

86 *Præſcriptio currit ignoranti. Et habet tempus continuũ, niſi ſpecialiter contrarium cautum reperiatur nu. 87.*

88 *Tempus omne eſt continuum vbi de odio finiendo agitur.*

89 *Actio omnis habet tempus cõtinuum, ſi aliud non dicatur.*

90 *Iudex originis an poſſit inquirere de delicto commiſſo in alieno territorio.*

91 *Delictum eiuſdem hominis nõ debet ſæpius quæri.*

92 *Inquiſitio an ceſſet, ſi pendente inquiſitione ſuperueniat accuſator.*

93 *Iudex an poſſit formare inquiſitionem contra ſocium criminis propter dictum ſocii criminis.*

94 *Iudex iniuſte inquirens tenetur ad ſumptus litis. Et quid ſi ad ſyndici denunciationẽ male inquirat, an faciat litẽ ſuã. nu. ſeq. & 98.*

96 *Indicia releuant iudicẽ quantumcunque iniuſte inquirentẽ.*

97 *Probatio ſemiplena an et quando releuet accuſatorem a calumnia.*

99 *Teſtes examinati extra iudicium per ſyndicum ſuper inquiſitione ipſum excuſant.*

100 *Iudex an poſſit reo ſtatuere inducias, vt reſpondeat.*

§. CONSTANTE vero ipſi iudici de maleficio cõmiſſo, non tamẽ põt ſecure nec debet ipſe iudex procedere ad capturã alicuius

ſſetti rei, niſi primo contra um, quem vult capi facere p̄cedant indicia, quoniam regulariter indicia † debent præcedere capturam, vt habetur in l. in prin. ff. de quæſt. & in l. pe. bi eſt gl. no. in ver. Innocen. a. C. eo. ti. & habetur per ſcribentes in Cle. j. de homi. de quo atius dixi in d. l. j. in princ. in j. col. ff. de qō. vbi etiam poſui liquos caſus in quibus deuenitur ad torturam ſine indicijs, e quibus etiā habetur p Aug. e Ari. in ſuis add. ad tra. Ang. e Are. ſuper maleſi. in ver. fama publica. in xj. char. in additio. incip. tum autem adde q̄ Gandi. in tract. ſuo maleficiorum, in rubri. de quæſtio. & tormen. in ver. Nunc videndū eſt, uo ordine ſint habenda tormē. Attamen regulariter nō deuenitur ad capturam niſi præcedant indicia vt dixi, † imo ēt n crimine læſæ maieſtatis non oteſt deueniri ad capturam, ec torturam, niſi præcedant ndicia ſecundum Bal. poſt gl. n l. ſi quis alicui. C. ad le. Iul. maieſt. Et ratio quare indicia ebent præcedere capturam po ſt eſſe: † quia qui facit aliquē api, qui poſtea apparet innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicij, ſecundū Bald. l. ij. in fin. C. de his qui latr. ccul. vbi dicit, q̄ ratio eſt: quia nocens non debet, nec in ſumptibus nec in aliquo vexari c grauari, vt ibi per eum. In auſa autem ciuili, qui † facit iquem capi indebite, tenetur ctione iniuriarum, per quam ā conſequitur dānū. l. pe. vbi r ſcribentes. C. qui bonis ce. f. & habetur in l. ſi credito-

res in fin. de priuil. credito. & in l. ſi vero. §. j. ff. qui ſatiſd. cogan. & not. Bald. in l. fina. in §. & ſi præfatam. C. de iure delibe. & Ange. in l. nemo carcerem. C. de exac. tri. lib. x. quos refert & ſequitur Alexand. in conſil. ſuo xvij. incip. requiſitis in cauſa. pen. colum. in vj. volu. † Fateor tamen q̄ ſi vult 5 iudex, poteſt in iſtis criminalibus incipere a captura perſonæ, ſecundum Bal. in l. ij. C. de his qui latr. & Ange. in l. item apud Labeonem. in §. quæſtionis verbo. ff. de iniu. & in auth. vt iu. ſine quo. ſuf. in §. ſcientes. & ideo dixit Sal. in l. nullus. C. de exhi. re. q̄ in maleſi. Iudex ſtatim poteſt capere maleſactorem præhabita aliquali informatione. quod etiam dixit Bald. in Reper. ſuo in ver. Iudex. in ij. colū. in ver. Iudex in criminalibus &c. vbi alle. ad hoc glo. quam dicit not. ad hoc in l. ſed & ſi is. in ver. nemo extrahi. ibi, ſecus in criminali &c. ff. de in ius vo. Sed poterat ad hoc alle. tex. no. in c. ſi clericos. extra de ſen. excom. in vj. de quibus etiam dixi in l. j. in prin. in j. col. ff. de qō. & in ſingu. meo xcij. incip. iudex &c. de quo etiam vide per Alexan. in conſi. ſuo ccxl. inci. perſpectis &c. in j. col. in ſi. vj. vol. Et ſcias q̄ etiam in vno caſu licitum eſt iudici, etiam nō præcedentibus aliquibus indicijs capere reum inculpatum, & hoc quando talis aſſertus reus eſſet ſuſpectus de arripiendo fugam, vt quia componeret farcinulas, vel ſe præpararet aliter ad fugam: & ſic quando periculum eſſet in mora: quo caſu

iudex

6 iudex eum licite † capi faciet ſine metu pœnæ. ar. tex. & quę ibi habentur in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. cred. Pro quo faciunt dicta per Bal. in c. ij. §. ſi quis vero. in ij. col. de pace iura. fir. et in c. dilectus. in iij. col. de ap.
7 Nec eſt hoc incõuenies, † quia quando res eſt tempore peritura, & periculum eſt in mora, conceduntur a iure plura, quæ alias non concederentur. Et ideo dixit Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Fal. ꝙ ſententia eſt ferenda ad inſtantiã partis, alias non valet. dicit tamen ibi Bar. ꝙ hoc fallit, niſi iuriſdictio ſit tempore peritura: quia tunc iudex poterit ferre ſententiam etiam ſine requiſitione partium: quod dictum refert & ſequitur Barba. in c. conſuluit. in iij. col. de offic. deleg. Et facit tex in l. pro hærede. §. 1. ff. de acqui. hære. vbi dicitur, ꝙ licet ſe immiſcens hęreditati, & vendens res hæreditatis videatur velle adire hæreditatem: fallit tamẽ niſi alienaret res hæreditarias tempore perituras. & illum text. dixit ad hoc ſin. Io. de Ana. in c. ſi. in v. col. de accuſ. vbi etiam ſubdit, ꝙ licet res litigioſa, & ſequeſtrata non poſsit regulariter alienari, tamen fallit, niſi talis res ſit tempore peritura, quia poterit tunc alienari. al. le. l. ſi oleum. et quod ibi voluit Bar. & Bal. ff de dolo. Pro quo etiam facit authen. ſi omnes. C. ſi ſe ab hære. abſti. & l. Ariſto. ff. de iur. deli. Et facit etiam,
8 † nam magiſtratus temporales durante officio non poſſunt conueniri. c. prohibentur. ij. q. j. l. pars literarum. ff. de iudi. l. ij. ff. de in ius voc. & facit c. aduerſus. §. fi. iuncta glo. pe. de immu. eccle. compelluntur tamen præſtare cautionem de reſpondendo finito officio, vt dicit tex. in l. ſi adulterium cum ince ſtu. §. fi. ff. de adul. & voluit gl. in d. c. prohibentur. in ver. magiſtratum. attamen hoc fallit, niſi actio ſit tempore peritura: quia tunc tales magiſtratus coguntur ſuſcipere iudicium vſque ad lit. conteſta. l. Senatuſconſulto cauetur. ff. de offi. præſid. & ita tenet Saly. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repe. de quo etiam per Bart. in l. nec magiſtratus. ff. de iud. & ibi per Ange. & per doct. in c. legebatur. de ma. & obe. & in. §. ſi quis autem. & in. §. neceſsitatem. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuf. in auth. vt diff. iud. in. §. ſi tamen. Et adduci etiam poteſt quod voluit d. Anto. in c. fi. extra de iureiur. in vj col. & Lud. Ro. in l. ſi vero, §. de viro. in iiij. fal. ff. ſolu. matr. vbi dicunt, ꝙ
9 teſtes † examinati in mortis articulo per notarium etiam ſine cõmiſsione iudicis propter anguſtiam temporis faciunt aliqualem præſumptionem. Et facit glo. not. in c paſtoralis. §. ij. in verbo præterquam in mortis articulo. de off. ordi. quæ dixit, ꝙ propter neceſsitatem qñ res eſt tempore peritura, vt qñ quis eſt ſtatim moriturus, quod
10 † tunc laicus poteſt confiteri peccata ſuo laico. quod etiam voluit glo. in c. ij. in vl. glo. de pœ. & remiſ. in vj. & glo. in c. cum inferior. in j. glo. de ma. et obe. & glo. in c. vnum. in. §. nomine autem criminis. in verſi.

quia

nia facile.xxv.diſt. Et hoc ēt
oluit tex.in c.quem pœnitet.
e pœ.diſt. j.& tex.in cap. qui
ult.de pœ.diſt.vj. Et facit etiā
l prædicta quod voluit Bald.
ı c.j. in vlt.verbis.in tit. qua-
ter debet iurare vaſal. vbi di
it ꝙ ſi ſunt duo domini eiuſdē
aſtri, & vnus ipſorum cōmit
ıt delictum,ꝙ alter non pote-
t eum punire de tali delicto,
ım par in parem non habeat
nperium : vt in l. ille a quo.
ı §.tempeſtiuum. ff. ad Treb.
ım ſi. Hoc tamen fallit ſecun-
um eum , niſi periculum ſit in
ıora: quia tunc poterit eum pu
ire. Et facit l. diuus Pius. ff.
e pet. hære. & c. licet. extra
e fer. & faciūt dicta per Bar.
ᵹ Bal. in l minorem. C. de trā
ıc. vbi dixerunt, ꝙ licet ſentē
a debeat ferri de die & nō de
octe. per tex. in. §. ſedebunt. in
uthen. de iudi. & in c. conſu-
ıit. de off. deleg. cum ſi. Iſtud
ıllit niſi iuriſdictio iudicis eſ-
ıt tempore peritura, quia tunc
oterit ferri de nocte. & idem
enet Bal. in l. caſus. C. de te-
a. & voluit Bar. Bal. & Ang.
ı l. more Romano. ff. de fer. li
et aliter loquatur Io. de Imo.
ı d. c. conſuluit. Item facit etiā
am licet iudex non teneatur
ıcere copiam ſui de nocte, vt
abetur in d. §. ſedebunt. Iſtud
ımen non habet locum vbi pe
culum eſſet in mora . Ita ha-
etur in l. j. §. dies. cōiuncta gl.
.quando ap. ſit. & facit quod
oluit Ludo. Rom. in conſi. ſuo
ccliiij. incip. in re præſenti.
rca iiij. col. in ver. vlt. vbi di
t, ꝙ quando periculum eſt in
ora, poteſt interponi ſecun-
ım decretum etiam contra nō

latitantem : & dicit ꝙ iſta eſt
ſing. determinatio Io. An in c.
conſultationibus. de offic. dele.
quod ſecundum eum valde cō-
mendat Bal. in c. j. in viij. col.
in tit. de mil. vaſ. qui contu. eſt
& facit no. verbum Old. in cō-
ſi. ſuo lxv. incip. hic agitur. in
ij col. in verſi. præterea. vbi dī
xit , ꝙ in caſu , in quo alias de
iure requiritur citatio partis ,
ꝙ relaxatur ipſa citatio, & va
let actus, quando periculum eſt
in mora , & facit etiam quod
voluit Pet. de Ancha. in conſi.
cclxxvij. incip. ex prædicta. in
11 vlt. col. vbi dixit ꝙ † contem-
ni poteſt ſtatutum, lex , vel ca-
non ſi in eius obſeruantia mo-
ra affert periculum . alle. l. de
pupillo. §. præterea generaliter
ff. de oper. no. nun. & c. ſi. de iu
di. & c. licet. de fer. Et faciunt
etiam optime dicta per Lu. Ro.
in repe. l. ſi vero. in. §. de viro.
in xl. fallen. ff. ſo. ma. vbi addu
cit fere omnes text. loquentes
de periculo moræ. Et faciunt
etiam dicta per Ang. de Are. in
ſti. de leg agna. tu. in prin. in vl
ti. col. ver. vltimo ſcias. vbi dī
cit, ꝙ antequam tutor poſſit ad
miniſtrare bona pupilli requi-
runtur quatuor , attamen dicit
ipſe , ꝙ ſi aliquæ res pupilli
ſunt tempore perituræ, ꝙ pote-
rit ipſe tutor adminiſtrare ta-
les res, etiam non præcedenti-
bus illis quatuor requiſitis . Et
dicit Ioan. de Imo. in Cle. j. in
viij. col. de procu. ꝙ in cauſis ,
in quibus procurator nō poteſt
præciſe compelli ad defenden-
dum dominum, ꝙ tamē hoc fal-
lit quando res domini eſſet tem
pore peritura, quia tunc poſſet
præciſe compelli eum defende
re. Et

re. Et faciunt etiam dicta per Fel. in c. cum acceſsiſſent. de cõſtit. in x. col. vbi ponit aliqua no. dicta circa hanc materiam. & per Iaſ. in repe. l. admonendi. in lxxxvj. colũ. ff. iureiurand. & l. vinum. in iij colum. in ver. primo probo &c. ff. ſi cert. peta. vbi plura not. in hac materia adducit. & in l. j. §. ſed excipiuntur. ff. de fer. Et faciũt quæ ego latiſsime dixi in l. j. C. de excep. rei iudi. in prin. & in repeti. mea l. fin. in xl. char. C. de proba. Redeundo modo ad propoſitum, quando non eſt periculum in mora iudex communiter antequam faciat capere reum, recipit primo indicia contra ipſum reũ, nã damnũ paſſus, ſeu accuſans dat iudici teſtes, qui deponunt cum iuramento illud, quod ſciunt de ipſo furto, vel homicidio, vel alio delicto: & notarius maleficiorum ſcribit dicta ipſorum teſtium non in libro authentico maleficiorum, ſed in quadam Vacheta ſeu baſtardello, quę dicta ſeu indicia ſunt multiplicis generis: Nam aliqui teſtes deponunt de ipſo maleficio immediato, aliqui vero deponunt de aliquibus circunſtantijs remotis ab ipſo maleficio: nam aliqui dicunt: vidi eum vulnerare Titium: alius dicit, vidi eum aufugientem cum gladio euaginato, vel ſanguinolento: alius dicit, audiui eum ante illud vulnus illatum dicere, intra paucos dies faciam vnam meam vindictã; vel faciam aliquem male contentum, vel faciam dici de me, vel breuiabo iter alicui, vel ſimilia. Vel ſi loquamur in materia furti vnus teſtis dicit: vidi Titium furantem talem veſtẽ: alius dicit, vidi Titium exeuntem talem domum, in qua fuit commiſſum furtum cum vno fardello ſub brachio, vel vidi ipſum vendere in occulto vnam veſtem; vel vidi eum pignori tradere, vel deponere talem veſtem apud talem, alius dicit, vidi talem ſchalam, vel talem rem, vtputa inſtrumentum ferreum aptum ad rumpendum, vel per vim aperiendum apothecas, vel capſas repertum in loco furti commiſsi in domo talis perſonæ: alius teſtis dicit: reperi illa nocte, qua fuit commiſſum furtum Titiũ prope illam apothecam: & ſimilia dicunt, & idem in alijs criminibus & delictis. Et poſtquam examinati ſunt tales teſtes, & recepta ſunt talia indicia, tũc iudex facit capere reũ inculpatũ de tali delicto. Poſtea contra eum ſic captum format inquiſitionem ipſius delicti ſecũdum formam traditam ab Ange. de Are. in tracta. ſuo malefi. in princi. Et illa formata iudex facit ducere reum coram ſe, & notarius ibi ad banchum iuris legit in vulgari dictam inquiſitionem reo; & illa ſibi lecta iudex interrogat reũ, an vera ſint contenta in ipſa inquiſitione: & tunc aut reus confitetur, aut negat. Et de vtroque, ſcilicet, quando negat, vel confitetur videbimus late infra. Sed antequam intrem talem materiam, aduertas diligenter ꝙ licet iſtis modernis temporibus multi iudices minus docti & minus practici procedant ad formandam inquiſitionem

tionem, vt ſupra dictum eſt: tamen non poteſt de iure ſic procedi, nec poteſt inquiſitio tali modo formari, alijs non præcedentibus vel concurrentibus. Et ideo teneas menti ne erres, ꝙ plura ſunt, quæ debent prçcedere inquiſitionem: quæ ſi non præcedunt, reddunt ipſam inquiſitionem et proceſſum nullum & inualidum. † Et primo fama ſeu infamia ipſius rei debet prçcedere inquiſitionem alias inquiſitio non procedit. tex. eſt in cap. qualiter & quando. de accu. & habetur in c. inquiſitionis. eod. titu. & in cap. j. & ij. eodem tit. lib. vj. & in c. licet Hely. de ſimo. & in capi. Deus omnipotens. ij. quæſti. j. in princ. & voluit Spec. in titu. de inquiſi. in §. j. in prin. & Barto. in l. congruit. ff. de offic. præſid. & Bald. in tit. de pac. conſtan. in. §. damna, circa fin. & Alex. in conſi. cxx. incip. viſo proceſſu. in princ. in vij. vol. & Salyc. in l. ꝙ promulgaſtis. C. de offic. præfec. vr. per illum tex. & Rapha. Cu. in conſi. ſuo cxxx. incip. quo ad primum. in princip. vbi not. loquitur. Et intantum eſt verum hoc, ꝙ inquiſitio non procedit contra non diffamatum, ꝙ licet teſtes producti ſuper tali inquiſitione probent crimen contentum in ipſa inquiſitione, de quo inquiſitus non erat infamatus: tamen tales teſtes illi inquiſito non præiudicant, nec ex eorum dicto condemnabitur. ita not. dixit Specu. in titu. de inquiſitio. in. §. nunc videndum. in iij. colum. in princ. quem refert & ſequitur Bal. ibi, in addi. in vlti. verſic. de quo eſt text

clarus, & apertus, quem ipſi non allegant in cap. inquiſitionis. in. §. tertiæ dubitationis. de accu. Pro quibus faciunt optime dicta per Bal. in cap. j. de offic. ordi. per illum textum, vbi dixit, ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ poteſtas in criminalibus libere poſsit inquirere, ꝙ tamen per hoc non poterit inquirere non præcedente infamia: & idem dixit Ioan. Andr. in capit. cum oporteat. poſt principium. de accu. Et illud dictum Bald. in d. cap. j. de offi. ordi. refert, & approbat Iaſ. in l. milites. C. de teſta. mil. vbi etiam ſubdit, ꝙ licet Papa mandet inquiri in genere contra delinquentes, tamen hoc mandatum Papæ debet intelligi & limitari, fama præcedente & non aliter. Et facit etiam ad prçdicta: nam
13 non valet † ſtatutum ſuperioris, ꝙ poſsit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum ita not. dixit Cardi. in Clementi. j. in vlti. col. in ver. nono quęro. de offi. ordi. Pro quibus faciunt optime: nam licet reus inquiſitus confeſſus fuerit ſponte, vel in tormentis aliqua crimina, de quibus præcedebant indicia contra eum, tamen nõ poterit vigore conceſsionis ſuę
14 interrogari † de alijs delictis, de quibus non extant indicia aliqua contra eum. ita dixit Ange. de Are. in tracta. maleſiciorum. in verbo, fama publica. in vlti. verſi. & Alex. in cõſi. clxxv. incip. viſo themate. in ij. col. & do. Bartho. Cepol. in conſi. xxxix. incip. Lucius. in xj. col. & Gandi. in tracta. ſuo maleſi. ſub rubr. de quæſtio. & tor. in iiij. col. in verſic. ſed

quid

quid ſi perſona &c. & in verſ.
ibi ſeq. incip. ſed quid de quæ-
ſtione quæ tota die occurrit de
facto &c. licet ibi dicat, ꝙ de
conſuetudine Italia ſeruat con
trarium, tamen hanc conſuetu-
dinem bonis iuribus & ratio-
nibus reprobat do. Aug Ari. in
addi. ſuis ad Ang. de Are. in tra
cta. malefic. in verbo, fama pu-
blica, in d. vlt. verſi. vbi mul-
tum not. loquitur. Sed vltra do-
mi. Auguſt. in dicto loco facit,
15 † nam licet nedum Gandi. ſed
etiam glo. quæ eſt maioris auto-
ritatis dicat aliquid de conſue-
tudine ſeruari, tamen illa con-
ſuetudo probari nõ debet ſi eſt
contra ius commune. ita dixit
Bal. in l. ſi is qui. §. j. in lectu. an
tiqua. ff. de pig. & Bal. in l. con
ſentaneum. in v. oppoſi. C. quo-
modo & quando iud. Pro quo
faciunt dicta per Io. de Imo. in
l. j. in. §. nuntiatio. col. iij. verſi.
tu potes dicere. ff. de oper. no.
nun. Et dixit d. Alex. in l. poſt
dotem. col. x. ver. & iuxta hoc
quæri poſſet. ff. ſol. mat. ſe puta
re ꝙ ſi plures, & plures docti
affirmarent in lecturis ſuis ita
de conſuetudine ſeruari, ꝙ eis
non creditur, quia non reperi-
tur iure cautum, ꝙ eorum voce
motus cõſuetudo probetur quæ
eſt facti, vt in l. ij. C. quæ ſit lõ.
conſue. quæ omnia ponit Soc.
in ſuo conſi. xcvij. inci. præſens
conſultatio &c. in antepe. col.
in iij. vol. Sed vltra Soc. dicas
tu ꝙ idem tenuit Pau. de Caſt.
referens Rayn. in l. Titia. ff. de
ſol. & do. Fran. de Are. in con
ſil. ſuo cxxxiij. incip. in cauſa
quæ vertitur inter homines &
commune. in ij. col. & etiam in
iij. ibi ſeq. & idem firmat Iaſ.
qui late loquitur circa hoc in
l. de quibus. in pen. col. ff. de le
gi. vbi refert aliquos tenere cõ
trarium quos tamen reprobat
affirmando dictam opi. de quo
vide etiam Iaſ. in l. fructus. in
ante. col. in ver. adde ꝙ cũ iſta
ff. ſol. mat. & in repe. l. admonẽ
di. in iiij. col. poſt me. ff. de iu-
reiur. & per d. Bar. Cep. in con
ſi. ſuo xxxix. incip. Lucius. in
iiij. col. & Soc. in conſi. lxvij.
incip. viſis inueſtituris, in ix.
col. & d. Par. de Pu. in tracta.
ſynd. in xxxix. char. in ij. col.
poſt prin. & d. Roc. de Curt. in
c. fin. in lxix. col. extra de cõ
ſue. & d. Philip. Deci. in conſi.
clxv. incip. viſo tenore. in vlt.
col. verſi. non obſtat vltimo. &
in conſi. cxlij. incip. & pro te-
nui facultate. in prin. & ibi in
iij. col. in prin. verſi. nec obſtat
ꝙ doctori aſſerenti ita eſſe de
conſuetudine credatur. & in cõ
ſi. cclxxxv. incip. & pro tenui
&c. in fi. Et ſcias ꝙ licet in
inquiſitione dicatur fama pu-
blica præcedente, ꝙ per talia
verba non probatur fama, nec
talia verba ſufficiunt ad eſſen-
tiam famæ, niſi aliter probetur
16 ipſa fama. † Ita dixit Raph.
Fulg. in conſi. ſuo cvij. incip. ſu
per eo. in ij. colum. & in conſi.
cxxxvj. incip. in cauſa crimi-
nali. in vlti. col. & Io. de Ana.
in conſi. lix. incip. viſa inquiſi
tione. & d. Phil. Deci. in conſi.
clxx. incip. viſo themate. in j.
col. ver. ſed prædictis nullo mo
do obſtantibus. & in conſilio
clxxxix. incip. lętatus ſum. in
vlt. col. ver. eſt ergo videndum.
Pro quo optime faciunt quæ
ego dixi in l. j. §. ſi quis dicatur.
in ij. col. ff. de quæſtio. Item
ſcias

as etiam ꝙ † inquiſitio cor-
t ſi probetur de bona fama
uiſiti.ita not.dixit Rapha.
.in conſi.ſuo cxxxv.incip.
primum. in ij.col.de quo la
dicam infra in materia in-
iorum. Sed an poſsit reus in
rogari † de ſocijs de quibus
qua non ſunt indicia . vide
lo in l.ait lex.§.idem Iulia
.ff.ad leg. Aqui.& vide quę
i in l.repeti. in viij. col. ff.
quæſtio. & in l. vnius.in.§.
nitiurum.in xiiij.col.eo.tit.
vide Ang.de Are. in tracta.
leſi.in verbo, Sempronium
ndatorem.in ij.col.in verſi.
bene not.& in verbo, fama
lica. in xiiij. char. in ver.
ero aliquis.vbi dixit, ꝙ cõ
us delictum poteſt poni in
cerem ſolummodo propter
, vt manifeſtet conſocios,
mandantem.& vide d.Lud.
in conſi.ſuo viij.in iiij.col.
rin.& d.Phil. Dec.in con-
lxxxix. incip.letatus ſum.
j.col.& Bal.in Marg.ſua,
erbo, confeſsio. in ij.verſi.
ide Ia.de Bel.in ſua practi
udiciali cauſarum crimina-
.ſub tub.de quęſtio.& qua
r.in xj. col. vbi ponit plu-
caſus in quibus reus de ſe
eſſus poteſt interrogari de
ſocijs. Supradictam tamẽ
cluſionem ꝙ fama ſeu infa
debet præcedere inquiſitio
reſtringe, ſecundum Ang.
re.in tracta.maleſi.in ver
fama publica. in ij.ver.in-
& tene menti ꝙ ſi tempo-
c.vbi dicit ꝙ ſi contra Ti
non laborat diffamatio,
n ſunt indicia contra eum,
communiter reputetur bo
tunc credit ꝙ ſi ſunt indi-

cia contra eum, ꝙ poteſt inqui-
19 ri: † quia indicia ſunt loco diſ
famationis, & dicit, ꝙ ita de-
claratur d.c. qualiter & quan-
do.extra de accuſ. Et hanc opi
nionẽ ſequitur d. Aug. de Ari.
in ſuis addi.dicens, ꝙ fortiora
ſunt indicia ſuper veritate, ꝙ̃
diffamatio, quia per indicia de
uenitur ad torturã, vt habetur
in l.j.in.§.ij.& iij. ff.de quæſt.
& in l. ſi.eo.ti. quod eſt fortius.
ergo per indicia potuit fieri
quod minus eſt, ſcilicet inquiſi-
tio. Præterea dici non poſſunt
eſſe indicia ſuperveritate quin
in ipſis non contineatur diffa-
matio ipſius rei, quando indi-
cia ſunt propinqua & non re-
mota, vt declarat Bart.in d.l.
fin.ff.de quæſtio. ita reſidet do.
Aug. vbi ſupra. Mihi autẽ vi-
detur ꝙ iſta limitatio & reſtri-
ctio ſit vera ſi præcedant indi-
cia propinqua de ipſo maleſi-
cio: quia ex talibus indicijs ꝓ-
pinquis non poteſt dici ꝙ non
conſtet de infamia ipſius rei, vt
de ſe patet: ſecus autem dicerẽ
vbi præcederent indicia me-
diata & remota ab ipſo maleſi
cio: quia ex talibus indicijs re
motis & mediatis non poteſt re
cte dici, ꝙ oriatur infamia rei
de maleficio, ſed potius quędã
ſuſpitio. Et ſimiliter dico idem
eſſe vbi ſolum adeſſet vnus te-
ſtis qui deponeret de maleficio
propinquo: nam iſto caſu non
poſſet dici, ꝙ tale indicium eſ-
ſet loco diffamationis, cũ ipſa
infamia ſeu diffamatio non poſ
ſit probari niſi per duos teſtes
ad minus iuxta regulam: ꝙ in
ore duorum vel triũ ſtat omne
verbum. c. in omni negocio.
extra de teſtib.l. vbi numerus.
ff.eod.

ff.eod. Et ideo cũ indicia ſubrogetur loco diffamationis, debent ſapere eius naturam & probari per duos teſtes.ar.l.ſi eum §.qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. & l.ſi donante.§. ſi ſponſus. ff. de dona.inter vir. & vxor. & l.ſiliæ.§.Titiæ. ff. de condi. & demon.cum ſi. Item dictã conclusionem ꝙ infamia debet p̃cedere inquiſitionem, dicas eſſe veram regulariter, ſed tamẽ fallit in aliquibus caſibus in
20 quibus poteſt index †procedere ad inquirendum non præcedente infamia vel diffamatione, quos caſus ponit Ang.in repeti.l. ſi vacantia.in xix. col. verſ.quarto quæritur &c.C.de bon.va.lib. x. & eos refert & ſequitur Ang. de Are. in tract. maleſi.in verbo,hæc eſt quædã inquiſitio.in ver. quarto principaliter quæro &c. Et inter alios caſus vnus eſt,quando inquiſitio ſit parte præſente & non opponente de præcedente infamia: nam tunc valet & tenet inquiſitio non præcedente infamia. alle. ad hoc quæ habentur in c.ij.de accuſ.in vj.

Alius eſt caſus ſecundũ Ange.in d.l.ſi vacantiam.in xix. col. videlicet, quando inquiſitio formatur contra confeſſum crimen ſponte, quia hoc caſu valet inquiſitio infamia non p̃cedente alleg.not.in c.j.de accuſa.in vj.quod dicit Ang.eſſe multum no. Item fallit etiam ſecundum eum, in inquiſitione generali,quæ fit ad inueſtigandum facinoroſos homines, de q̃ua habetur in l.congruit.ff.de offic. præſid. & in c.j. de offic. or.& in cap. irrefragabili.eo. titul. & x. quæſtio. j. in c.placuit. & in c. excõmunicamus. de hæreti.& dicit ꝙ hoc etiam voluit Hoſt.in ſum. de accu.& in d.c.qualiter & quando. Et per iſta dicit Ang. vbi ſupra patet ꝙ ſyndicatores poteſtatis, vel capitanei, & eorum officialium poſſunt contra eos inquirere de delictis per eos cõmiſſis in eorum officijs non præcedente fama vel infamia publica, nec clamoroſa inſinuatione:& dicit ipſe Ange. ꝙ ita ſeruatur de conſuetudine.

Alium etiã dicit eſſe caſum, videlicet, vbi inquiſitio fit ad publicam vtilitatem in cauſa mere ciuili & pecuniaria. alleg.quæ habentur in d. l. ſi vacantia.& C.de bon. proſcript. l.ſi quis intra. Alium etiam dicit eſſe caſum: ꝙ valeat inquiſitio non præcedente infamia, videlicet vbi per inquiſitionem proceditur ad denũciationem publici officialis,vt habetur in l.ea quidem. C.de accuſa.in c.j.de offic. ordina. & in c.j.in §.fin. de offic. cuſt. & dicit,ꝙ ita tenet Hoſtien.in d. c. qualiter & quando. Item dicit ꝙ alius eſt caſus, videlicet, vbi iudex inquirit ex mero & puro officio ſuo, & non ad poſtulationem alterius, vt habetur ſecundum eum in c. j. de offi.ordi.Et ideo ſubdit ipſe An.ꝙ cauti debẽt eſſe rectores terrarum, vt cum formant inquiſitionem contra aliquẽ,ſemper dicant: Hæc eſt quædã inquiſitio, quam facit talis contra talem ex mero ſuo officio, quia tunc non tenetur dare copiam diffamationis. Item dicit etiam Angel.in d.l. ſi vacantia, in ix. colum. ꝙ fallit etiam

etiam in alio caſu, videlicet,
vbi iudex inquirit ex neceſsi-
tate ſui officij, vel vbi vertitur
periculum animarum, vt not. in
cap. ad noſtram. il ij. de iureiu-
rando. & in c. non eſt. de ſpōſ.
& in c. cum nobis. §. pen. de ele
ctio. & dicit ꝙ ita tenet Hoſti.
in dicto cap. qualiter & quan-
do. Et dicit poſtea Angel. ꝙ
ex prædictis patet generaliter
doctrina. An & quando for-
matur ſpecialis inquiſitio, ſit
neceſſe quod diffamatio præce-
dat: & dicit quod vbicunque
inquiſitio formatur ad poſtula-
tionem alterius, & non ex ne-
ceſsitate officij, neque ad denũ-
tiationem alicuius officialis, &
in eo quo non vertitur pericu-
lum animæ, tunc ſemper eſt ne
ceſſe, quod præcedat diffama-
tio: ſed in alijs caſibus ſuperius
adductis non requiritur præce-
dentia diffamationis, ita fina-
liter reſidet & concludit An-
gel. in d. l. ſi vacantia. in xix.
col. C. de bo. va. lib. x. Ego aũt
circa hos caſus adductos p An.
dico quod alius eſt etiã caſus,
quem ipſe non ponit, in quo va
let inquiſitio infamia non præ-
cedente: qui caſus eſt, quando
21 †inquiſitio emanat de conſciẽ-
tia principis: quia tunc valet
etiam infamia nõ præcedente,
ita dixit Bal. in l. nullus. C. ad
leg. Iul. maie. vbi ad hoc alle.
Inno. in c. cum oporteat. de ac-
cu. Et idem dixit gl. no. in c. ij.
de accu. in vj. quæ ſimiliter ad
hoc alle. Inno. in d. c. cum opor
teat, & idem Angel. de Are. in
trac. maleſi. in verbo, fama pu-
blica. in iij. ver. inci. aduerten-
dũ aũt eſt &c. vbi alle. Bal. ĩ d.
l. nullus. & Inn. in d. c. cũ opor-
teat. Et ſubdit Angel. vbi ſupra
quod debet notare iudex ex
iſtis, vt quãdo crimẽ eſt atrox,
& non habet ita vrgentia in-
dicia, quod tunc iudex faciat
inquiſitionem de conſcientia re
gentis ciuitatem, & faciat hoc
22 apparere in actis: quia † re-
gens ciuitatem habetur loco
principis, ſecundum glo. & Cy.
in l. fina. C. de præſcrip. long.
temp. & Bartol. in l. hoſtes. ff.
de capti. et hoc modo dicit An.
quod non poterit dicta inquiſi-
tio annullari ex hoc, quod fa-
ma & indicia non laborent cõ
tra inquiſitũ. Ita reſidet Ang. in
d. ver. aduertendũ tñ eſt. Pro q.
bus faciũt dicta p eũ in d. tract. ĩ
verb. che hai tradito la tua pa
tria. in ij. verſi. inci. quæro ali-
quis &c. Item quod valeat in-
quiſitio non præcedente diffa-
matione quando fit ex conſciẽ
tia principis, firmauit d. Barth.
Cep. in cõſi. ſuo xvij. inci. viſa.
in vlt. colũ. ver. Et maxime cũ
dicta inquiſitio. de quo ego dixi
ſatis late ĩ ſing. meo xiiij. inci.
ad hoc vt inquiſitio &c. ad qđ
vide ēt aliqua p Alex. in cõſi.
xxxiiij. inci. viſis &c. in j. col.
in vj. volu. Hanc tñ cõcluſionẽ
limita et intelligas ꝓcedere quã
inquiſitio formatur de mãdato
ſeu ex conſciẽtia principis ex
motu ꝓprio ipſius principis: nã
tũc nõ requirit nec diffamatio
nec alia, ſed ſecus ſi ad poſtula-
tionẽ alterius princeps hoc mã
dat, qa tũc debet præcedere dif
famatio, ita dixit gl. ſing. ĩ d. c.
ij. in verſi. fuerat extra de ac-
cuſ. lib. vj. quæ a ſcibentibus cõ
muniter approbatur. Itẽ in-
telligas etiam prædictam con-
cluſionẽ eſſe verã, & procede-

re, quãdo princeps affirmat ad ſuam notitiam perueniſſe quod talis deliquit, & ita loquitur Innoc. in d. cap. cum oporteat. vbi etiam dicit Ioan. And. ꝙ hoc caſu requiritur quod princeps hoc aſſertiue dicat ſibi cõſtare, alias non videtur ſibi remittere, ꝙ non debeant primo recipi teſtes ſuper infamia. ita not. dixit do. Alexan. in cõſi. ſuo clxxix. inci. in cauſa angelorum. in pen. colum. in ij. volu. quod eſt vere ſingulare & no. cum ſæpe contingat in facto: & nunc eſt in facto in hac ciuitate Bononiæ mihi patria. Et idem dixit do. Phil. Deci. in conſi. clxxv. incip. in cauſa falſitatis &c. in ij col. ver. fecũdo principaliter nullitas proceſſus & in conſi. clxx. incip. viſo themate. in ij. colum. ver. nec obſtat &c. & in conſi. 189. incip. Letatus ſum &c. in vlt. colum. verſi. Nec obſtat, ꝙ quũ inquiſitio formatur. & do. Felyn. in c. j. in v. col. de reſcrip. & do. Phil. Dec. in cõſi. cclvj. inci. in cauſa inquiſitionis. in vlti. colũ. ad fin. ver. Non obſtat ꝙ formata fuit inquiſitio. Et vide etiam alias limitationes ad doctrinam Innocẽ. in d. c. cum oporteat. & ſequa. quas ponit Specu. in titu. de inquiſi. in. §. nunc tractemus. verſi. hoc autem not. & ibi Ioan. And. in addit. & vide latius per Dominicum poſt Ioan. And. in d. c. ij. de accuſ. in vj. & per doct. in c. cum oporteat. & quæ ego dixi in ſing. meo xiiij. incip. ad hoc vt inquiſitio &c. Modo redeũdo ad caſus enumeratos per Angel. in d. l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. x. in xxix. colũ. inquantũ ipſe dicit inter alia, ꝙ quãdo iudex inquirit ex officio valet inquiſitio nõ præcedẽte infamia. & alle. c. j. de offic. or. Ego dico quod in hoc Ang. non recte loquitur iudicio meo, qm̃ contra hoc dictũ faciũt plura dicta, & plura iura, & rationes. Et primo facit illud, ꝙ ſupra dixi de infamia, quæ debet præcedere inquiſitionẽ: quam ẽt Papa, vel Imperator cũ eius mandato nõ põt tollere, vt volunt doct. quos ſupra adduxi ad hoc, quos nõ repeto cauſa breuitatis. Itẽ dico quod licet Ang. pro illo dicto alleget c. j. de offi. or. ꝙ hoc ibi non probatur, vt patet ex verbis illius tex. imo glo. & doc. ibi oẽs, & maxime do. Ant. poſt Bal. innuunt contrariũ. Cũ ergo iſtud dictũ lege non probetur: ergo viribus nõ
23 ſubſiſtit: †erubeſcimus. n. cũ ſine lege loquimur. l. illam. C. de colla. in. §. cõſideremus. ī auth. de trien. & ſemiſ. & facit tex. in. §. cum igitur. ver. optimũ. in auth. de non eligẽ. ſecũdo nub. in ver. nec quælibet eſt lex aliquid tale dicẽs. ex quo tex. probatur, ꝙ illud quod nõ eſt lege cautũ, nõ inducit diſpoſitionẽ. de quo tex. aliqua dicit Bal. in auth. ex teſtamento. in vlt. col. C. de ſecun. nup. ad quæ facit ẽt l. præuaricationis. §. ſi. ff. de præuari. & facit l. ſi ſeruum quis. ver. non dixit prætor. ff. de acquir. hære. de quo ẽt per Alex. in cõſi. cccxcvj. inci. circa hãc dubitationẽ. in v. col. & facit l. liberto. in. §. Largius Euripianus. ff. de annu. leg. c. inter corporalia. ante ſi. de tranſ. epiſ. & faciunt dicta per d. Phil. Dec. ī cõſi. lv. in vj. col. in prin. & in

cōſi.1.tex.in fi.j.col.& per Iaſ.
in l.vinum.in v.colū.ff.ſi cert.
peta.& in l.illam.in iij.col.C.
de colla.Cum ergo ille tex.al-
legatus per Ang. hoc nō dicat,
ergo dictū ſuū nō procedit. d.l.
ſeruū quis. & l. ſi quis ſtipula-
tus ſit Stichū aut Pamphilū. in
ver. quærentibus reſpiciendus
erit ſermo ſtipulationis. ff. de
verb.ob.& l.fideiuſſores magi
ſtratuū.§.pro Aurelio.in ver.le
cta ſubſcriptione.ff. de fideiuſ.
& l.ad probationē. in ver. ſed
quē tenor deſignat.C.de proba.
Et faciunt alia plura adducta p
Barb.in d.conſi.inci.circa hāc
dubitationem.in v.col.quod cō
ſi.eſt inſertū inter conſi.Alex.
in nu.396.ſecundū ordinē meū.
& eſt cōſi.iij.in iiij. volu. Nec
ob.prædictis ſi Ang. vel aliqs
alius diceret,ꝙ imo ille tex.d.
c.j.de offi.or.probat dictū An.
videlicet quod quando iudex
procedit ex officio ſuo, valet
inquiſitio, infamia non præce-
dente, & hoc probat ille text.
propter verbū,liberā poteſtatē
in eo poſitam. Quoniā reſpō-
deo hoc nō eſſe verum,eo quia
gl.ibi tenet cōtrariū.ſ. ꝙ præ-
cedere debeat diffamatio,& di
cit Bal.ꝙ ſi ſtaturū dicit,ꝙ po-
teſtas in criminalibus libere
poſsit inquirere,ꝙ tamen pro-
pter hoc non poterit inquirere
infamia non præcedente: quod
dictum refert & ſequitur Iaſ.in
l.milites.C. de teſtamen. mili.
& dixi etiam ſupra. Item dico
34 ꝙ illud verbum,† liberam po
teſtatem,non tollit ſolennitates
iuris,ſecundum do. Ant.in d.c.
j.de offi.ordi.vbi dicit,quod in
conceſsione liberæ poteſtatis
nō videtur dari poteſtas ad ali
quid faciendum contra iura,
ſed videtur reſtricta ad limites
iuris,& idem dicit Ioannes de
Imo. ibid. Et idem firmat ibi
Petrus de Ancha. dicens,ꝙ is,
cui conceditur libera poteſtas,
tenetur obſeruare conſtitutio-
nes & iura.& idem dicit ſi con
cedatur liberum arbitrium: de
quo ſe remittit poſtea ad ea q̃
habentur in Clem. paſtoralis.
de re iudicata.& in c. quanto.
& in c.veniens.de iureiurā.ad
quæ facit optime quod no.in c.
irrefragabili.de offi.or.vbi ha
betur, ꝙ ſi datur alicui libera
poteſtas procedendi, ꝙ tamen
per hoc non videtur data pote-
ſtas excludendi formam iuris.
& ibi do. Ant. colligit per illū
tex.ꝙ ſi data eſt poteſtas dele-
gato cū clauſula, ꝙ libere poſ-
ſit procedere,& cauſam termi-
nare, ꝙ propter hoc non vide-
tur data poteſtas procedēdi iu-
ris ordine non ſeruato. Et facit
etiam: nam licet iudex habeat
liberum arbitrium in crimina
libus:tamen non poterit aliquē
ponere ad torturam non præce
dentibus indicijs, alias tenetur
in ſyndicatu.ita dixit Paul. de
Leaz.in c. grauis. de depo. &
Alexā.in l.filiusfa.in v.apoſt.
ff. de dona. De quo ego latius
dixi in l.pen.in v.colum.ff. de
quæſtio. Et faciūt dicta p Bal.
in l.ſi quando. in princi. C. de
inoffi.teſta.vbi tex. dicit quod
conceſsio teſtandi libere facta
a principe, intelligitur legiti-
me & iuris ſolennitate ſerua-
ta. Ex quo ſubdit ibi Bald. ꝙ
ſi vſurarius impetrat a Papa
vt poſsit teſtari,quod tamen nō
poterit teſtari niſi præſtita ſa-
tiſdatione de qua in cap. quam-

quam. de vſu. in vj. Item dicit,
quod licet princeps concedat
alicui quod poſsit libere teſta-
ri, tamen nõ poterit filium prę
terire vel exhæredare ſine cau
ſa legitima. Item dicit poſtea
Bald. in dicta l. ſi quando. ꝙ
ſi Papa concedit monacho ꝙ
poſsit teſtari de bonis pater-
nis, quod iſta conceſsio intel-
ligitur ſecundum ius cano. Itẽ
dicit quod ſi Imperator conce
dat alicui quod poſsit inſtitue-
re filium ſuum ſpurium, intel-
ligitur tamen ſeruata teſtamen
torum ſolennitate. Et faciunt
etiam dicta per Bald. in cap.
j. in j. colum. de reſcrip. vbi
dicit, quod ſi Papa concedit
per reſcriptum alicui quod poſ
ſit libere appellare, non tamẽ
poterit in cauſa momentaneæ
poſſeſsionis appellare: nec etiã
ſi eſſet verus contumax, nec
contra propriam confeſsionem
ſcienter & ſponte factam, nec
ab interlocutoria ſine expreſ-
ſione cauſæ, nec in alijs ſimi-
libus caſibus, in quibus eſt pro-
hibita appellatio. & alleg. ibi
Bald. rationem dicens: quod
25 ratio eſt, † quia non vult prin
ceps vnico verbo totam ma-
chinam iuris ſubuertere. alleg.
d. l. ſi quando. C. de inoſ. teſt. &
facit optime gloſ. in authent.
omnes peregrini. in ver. libe-
ram. C. commu. de ſucceſsio.
vbi text. dicit, quod peregri-
ni habent facultatem liberam
teſtandi. & glo. ibi dicit, dum-
modo teſtentur ſecundum ius
commune. Et facit gloſſ. in
l. j. C. de ſac. ſanct. eccle. vbi
tex. dicit habeat vnuſquiſque
licentiam teſtandi, & liber ſit
ſtylus, tamẽ gl. ibi dicit, ſerua-
ta iuris ſolennitate. Et facit ẽt
dictũ Bal. in l. j. C. ſi propter pu.
penſi. vbi dicit, ꝙ data libera
poteſtate iudici procedendi in
aliqua cauſa, vel cõtra aliquẽ,
intelligitur tamen iuris ordine
ſeruato, Et idem ſi datum eſt
alicui liberum arbitrium, per
id quod dixit Bald. in c. j. in. §.
iudices. in iij. col. de pa. iur. fir.
vbi dixit ꝙ verbum libere, re-
quirit ordinem iuris. Et dixit
do. Catal. in tract. ſuo ſyndi. in
verſi. cxij. incip. adde ꝙ vbi iu
dex &c. ꝙ vbi ex forma ſta-
tuti, vel reſcripti iudex habet
pleniſsimam poteſtatem proce
dendi & cõdemnandi prout ſi-
bi placuerit vel voluerit, nulla
ſeruata diſpoſitione legis vel
ſtatuti, ꝙ tamen non poterit tol
lere ius quæſitum parti ex iu-
re gentium, vel ciuili, vel etiã
ex forma alicuius ſtatuti: vnde
ſi reus præſcripſit, non poterit
ſibi tollere ius ex præſcriptio
ne quæſitum. Item ſi reus eſt tu
tus exceptione Velleiani, vel
Macedoniani, non poteſt ta-
men eum condemnare, & ſub-
dit ibi d. Catal. ꝙ illa poteſtas
data vt ſupra operatur ſolum
in ſolennitate proceſſus, & in
ſolennitate ſententiæ: & in his
quæ penderẽt principaliter ex
facto iudicis, vt eſſet dare mul-
tas dilationes, & ſupplere ex
officio etiam parte non peten-
te: & dicit ꝙ hanc doctrinam
ſentit Bartol. in extraua. ad re-
pri. in verbo, videbitur expe-
dire. Et faciunt optime dicta
per Alex. in conſi. lxv. inci. ha
bita ſuper contentis in ij. col.
in j. vol. vbi dicit, ꝙ prætextu
alicuius liberi, & abſoluti arbi
trij non põt iudex denegare
defen-

26 †defenſiones reo,& alle. plura de quibus ibi per eum. & idem dicit Pet. de Ancha. in cõſ. ſuo clxvj. inci. viſis diligẽter omnibus, in prin. Et pro prædictis faciunt etiam dicta per Alber. de Roſ. in iij. parte ſtatu. quęſt. xxxij. incip. item quæro quia ſæpe &c. vbi circa fin. dicit alleg. Guid. de Suza. quod ſi poteſtati ſit datum arbitriũ & ꝙ abſolutus ſit ab obſeruantia ſtatutorum, ꝙ intelligitur de lenibus, non aũt de ſubſtantialibus, ad quod alleg. plura iura de quibus per eum. & dicit idẽ Albe. ibi in xxxvij. q. inci. an poteſtas habens &c. ꝙ poteſtas habens largum & generale arbitrium in maleficijs, ꝙ tamen
27 †non poterit aliquem torquere non præcedentibus indicijs, nec etiam poterit excedere modum in torquendo, & allegat aliqua iura. Pro quibus omnibus faciunt etiam dicta per Lu. do. Roma. in conſi. cccxxij. inci. in caſu propoſitæ &c. & per Bald. in l. dotalem. in fin. ff. de teſt. mil. & in c. j. in viij. colũ. de mil. va. qui contumax eſt. Et ſic per iſta videtur mihi q̃d non procedat dictum Angel. in d. l. ſi vacantia. in xix. col. in quantum dicit, ꝙ quãdo iudex procedit ex eius mero officio, ꝙ poteſt formare inquiſitionẽ non præcedente infamia, quia dico hoc non eſſe verum, etiam (quod fortius eſt,) ſi ipſe iudex haberet liberam poteſtatem, & liberum arbitrium in maleficijs, per iura & doctri. ſuperius allegata: Fateor tamen ꝙ aliqua ſunt iura, & doctrinæ, in quibus dicitur, quod habens liberam poteſtatem non tenetur ſeruare ſolẽnitates iuris: ſed illis iuribus & doctrinis reſpondet Barb. in d. c. j. poſt prin. de offi. or. vbi tenet hanc partẽ: ꝙ etiam tenet Aug. de Arimi. in ſuis add. ad trac. Ang. de Aret. ſuper male. in verbo, hæc eſt quædã inquiſitio. in v. addi. inci. tu autẽ in hac materia adde ꝙ inquantũ primo ſupra &c. vbi dicit ꝙ hanc partem cõtra Ang. tenuit Gandi. in trac. maleſi. ſub rub. quomodo cognoſcatur de maleficijs per inquiſitionẽ. in ver. ſi autẽ iudex accedat. & idem ſecundum eum tenet Hoſt. in ſum. de inquiſitione. in. §. & qualiter. in verſi. ꝙ ſi alias contra ſingularem perſonã inquiſitio fiat &c. de quo latius per d. Angel. vbi ſupra. Et in dicta materia liberæ poteſtatis datæ alicui vide etiam do. Ant. in c. cũ dilectus. in iiij. col. de conſue. & vide Ang. de Are. in trac. male. in verbo, me titore de mal dadi. in iij. char. in ver. quęro quæ ſit pœna &c. in fi. Et circa prædictam materiã liberę poteſtatis datæ iudici nolo omittere aliqua ſatis
28 no. †Et ideo ſcias ꝙ ſi data eſt libera poteſtas iudici in maleficijs, intelligitur eſſe data in his in quibus non reperitur pœna expreſſa, non aũt in illis, in quĩbus reperitur pœna expreſſa, ita dixit Paul. de Caſt. in l. certo generi. in. §. ſi totus. in fi. verbis. ff. de ſer. ru. præd. alle. l. ille aut ille, in. §. cũ in verbis. ff. de leg. iij. pro quo ẽt facit in ar. l. cõtinuus. in. §. cũ ita. ff. de verb. obl. & idẽ tenet Bald. in c. j. in vij. col. de mili. va. q cõtu. eſt. et Pau. de Ca. in cõſ. cxix. inci. notandũ eſt, in ij. col. & Corſe.

ſn no.ſuo.in ver.ſtatutū. in no.
incip. ſtatuto cauetur ꝙ pro ho
micidio &c. & d. Georg. Na-
tā.in Cle.ſæpe.in §.non ſic ta-
men.in xxv.col.de ver.ſig. &
Soc.in conſi.cxx.inci.cum in
præſenti &c.in ix. col. de quo
etiam dixi in repe. mea rubr.
C.de prob. in j.col. in ver. &
pro hoc dicto facit &c.Pro qui
bus facit optime qđ dixit Bal.
in l.fi.circa fi.C.de prob.et Lu
do. Ro.in conſi. cccxxij.inci.
29 in caſu. †Scias etiā ꝙ iudex
habens liberū arbitrium in ꝓ-
cedendo non tenetur ſeruare in
ſtantiam ſecundum Bar. in l.fi.
in prin. per illum tex.ff.loca.
& Bal.in l.j.C.de iure delib.et
in l. obſeruare.§. proficiſci in
xj.q.ff.de offi.proconſ.& Bal.
& Ange.in l.j.ff.de teſta. mili.
& Ang.in l.milites.in lect.Flo
ren & ibi Fulg.C.de teſtamen.
mili.& Pe.de Anch.in c.cano-
num ſtatuta.de conſtitu.in ver.
ad prædicta facit quæſtio ſtatu
ti &c.& Pau.de Caſ.in l.q Ro
mæ.in.§.Callimachus. colū.ij.
ver.ſed quid operātur iſta libe
ra.ff.de ver.ob.& in l.filiusfa,
ff.de dona.& do.Alex.qui re-
fert prædictos doct.in conſi.ſuo
l.inci.viſis actis &c. in iij.col.
in ij.vol.Et dicta materia libe
ri arbitrij dati iudici.vide Iaſ.
in.§.in bonæfidei.in vj. col.in-
ſti.de actio. & Alex. in conſil.
cclxiiij.inci.viſo pūcto.in iiij.
col.et Lud.Ro.in cōſ.cccxxij.
incip.in caſu &c.et Bal.in l.do
talem.ff.de teſt. mili. & in l.ſi
quis maior.C.de tranſ.Bart.&
Bal.in l cum hi.in.§. cauſa co-
30 gnita.ff.de tranſa. †Et ſcias ēt
ꝙ in his quæ cōmittuntur arbi
trio iudicis ipſe iudex debet
ſeruare æquitatem.ita dicit Io.
And.in c.j.de conſtit.quem re-
fert & ſequitur do. Felyn.in c.
quoniam frequenter. in.§.por-
ro.in ij.col.vt lit.non conteſta.
pro quo faciūt dicta per domi.
An.in c.inquiſitionis. de accu-
ſa.per glo.ibi. & per Specula.
in titulo de offic. omn. iudi. in
§.deſeruit.in penul.col.in ver
ſi.item ſi promiſi &c. & ibi in
vlti.col.in ver.& generaliter.
& facit c. alligantur. xxvj. q.
vi.& que habētur in l.placuit.
C.de iudi. Vlterius etiam di
co ꝙ Ange. in d.l.ſi vacantia,
non bene loquitur inquantum
dicit ꝙ iudex procedens ex ne
ceſsitate officij ſui poteſt for-
mare inquiſitionem non præce
dente diffamatione : nam dico
hoc non eſſe verum per iura,&
doctrinas ſuperius alle. & hoc
tanto magis eſt verum:quia li-
cet ſit coactus procedere ex ne
ceſsitate officij ſui , tamen per
hoc non eſt quod neceſsitetur
omittere ſolennitates a iure re-
quiſitas in ſimilibus . Quo ve
ro ad illam limitationem ſecū
dam,quam dedi ſupra , videli-
cet , ꝙ poteſt per iudicem for-
mari inquiſitio contra ſponte
confeſſum,ſecundum Ang.nul-
la infamia præcedente &c. Di
co quod duplex eſt ratio. Pri-
ma , quia ex tali propria con-
feſsione oritur diffamatio , &
integra & legitima probatio.
Secunda ratio eſt, quia etiam
ſi talis inquiſitio non potuiſſet
de iure formari,& ſic eſſet nul-
la : non tamen poſſet per ipſum
reum ſponte confeſſum oppo-
ni talis nullitas & inualiditas:
31 † quia ſponte confeſſus non po-
teſt opponere de ineptitudine

vel

vel de inualiditate libelli, ſe-
cundum Bal.in l.ij.in fin. C.de
re iudi. & in l.j.§. initio. circa
fi.ff.de offi.præfec.vrb. & vo-
luit d.Fely.in c.qualiter et quā
do. il ij.in §. licet autem in j.
colum.de accu. vbi alleg. Bal.
in d. l. ij.de re iudica. Eodem
modo non poteſt opponere de
ineptitudine vel de inualitate
inquiſitionis: cum inquiſitio
32 † ſuccedat loco libelli, vt di-
cunt docto. in d. c. qualiter &
quando.la ij.de accuſ.et voluit
Cardi.in Cle.ſæpe. in.§.j.in ij.
colum.de verbo.ſignifi. de quo
vide etiam quæ ego latius dixi
in ſing.meo cccj.inci.in confeſ
ſum &c.in princ. & in l.j.in §.
diuus Antoninus.in iij. & iiij.
colū. ff. de quæſtio. Et per iſta
confirmo dictam limitationem
datam ab Angel. vbi ſupra.
¶ Modo vlterius progredien-
do dico aliud, videlicet, ꝙ ad
hoc vt inquiſitio poſsit forma-
ri, debent præcedere indicia,
alias indicijs non præcedenti-
33 bus, † inquiſitio formari non
poteſt.ita dixit Rapha. Fulgo.
in conſi.cvij.incip. ſuper eo.&
in conſi. cxlix. incip.ſuper in-
quiſitione &c.in fin.& in conſ.
clxxiij.incip.in cauſa inquiſi-
tionis formatæ &c. poſt princ.
& Rapha. Cuman. in conſil.
cxxxv. incip.ad primum &c.
poſt princ. Attende etiam ꝙ
ad hoc vt iudex valide & de
iure poſsit formare inquiſitio-
nem de delicto contra reū, quæ
viribus ſubſiſtat, requiritur
aliud, videlicet, ꝙ ex delicto
commiſſo per eum ſit orta actio
ciuilis parti (loquor in delictis
commiſsis contra priuatos) nā
34 vbi ex delicto † non oritur
actio ciuilis parti: tunc nec etiā
Reipublicæ oritur actio vel in
quiſitio criminalis. ita nota. di
xit Saly. in l. eos. C.de fur.&
voluit Bar.in conſi.ſuo 100.in-
cip.a do.Cyn.de Bononia &c.
in j.colum.& Soc.in conſi.ſuo
cxxvij.incip.viſis capitulis.in
j.colū. & do. Bartho. Cepo.in
conſil. ſuo.lviij. incip. Paulus
Faber.in pen.colum. verſi.ter-
tia quæſtio eſt.in fi.& do.Nel-
lus in tracta.bannitorum.in ij.
parte ſecundi temporis. in j. q.
in fi.j.col.& domi.Paris de Pu
teo in ſuo tracta. ſyndic. in lj.
char.in j. colum.& pro quo fa-
ciunt not.verba Dyn. in conſi.
ſuo xxxviij.inci.ꝙ cōtra &c.
in verſ.Item patet quia caſu.et
facit l.ſi pupill.in.§.videamus
ff. de nego.geſt.& l.quoties.in
§.is qui temporali.ff.de excu-
ſa.tuto.cum ſimili.& facit etiā
quod dixit Alex. in conſil.ſuo
ccvij.incip. viſo ſummario. in
iij.col.in ij. volumi. vbi dicit,
35 ꝙ quando iudici, agenti † nul-
lum ius competere conſtat, ꝙ
tunc non poteſt facere ipſe iu-
dex, quin repellat talem agen-
tem, ad quod alleg.no.in l.vbi
pactum.C.de tranſact.& in l.ſi
vnus.in.§.pactus.ff.de pactis.et
in l.ij.ff.de fer.& per Innocē.
in cap.j.de offic.vica.& docto.
in Clem.j.§.fin.de ſequeſt. poſſ.
& fruc.de quo etiam ego dixi
in repet. mea. l. vnicæ. C. de
rap.vir.nume. 17.Et circa hoc
poſſunt poni plura exempla.
Vnum eſt, quando duo eſſent ſo
cij bonorum alicuius hapothe-
cæ,& vnus ipſorum furtiue ſeu
clam aſportat & contractat ali
quas res dictæ apothecæ, tunc
non poterit per iudicem inqui-

ſitio formari contra talē ſociū:
ratio eſt,quia contra eum nulla
eſt orta actio ciuilis alteri ſo-
cio. per l.merito. ff.pro ſocio.
Poteſt etiam poni exemplū in
mutuante vel deponente rem
aliquam penes vicinū vel aliū:
nam ſi poſtea clam abſtulerit,
nulla competit actio illi vici-
no,cum ille rem ſuam expoſta
uerit:ergo nec reipublicę com
petet actio vel inquiſitio crimi
nalis contra illum. Poteſt etiā
poni exemplum in illo, cui bo
na aliqua detinētur ab aliquo
potente iniuſte & indebite : nā
eſſet ſibi licitum & permiſſum
36 † dictas res furtiue accipere,
ſecundum Innocen. in c. cum
olim.de reſti. ſpo. quem refert
& ſequitur Bal.in l.ij.in xv.co
lum. in verſic. ſed nunquid per
furtum. C. de ſer. & aqua. &
Bal.in reper.ſuo. in verbo Do
minium.in pe.col. in verſi.do-
minus poteſt rem ſuam &c. &
Alexan.in conſ.ſuo cccclxxj.
incip. pulchre reſpondet in ij.
colū.& do. Flo. in l.itaque. in
iij. col. ff. ad legem Aquil. &
Bald.in Marga. ſua. in verbo,
Caſtrum. in vlti.ver. Ad quod
etiam faciunt dicta per Innocē.
in c. plerique.de immu. eccle.
37 vbi dixit ꝙ licitum eſt † cre-
ditori, qui non poteſt probare
creditum ſuum , accipere quo-
modocunque bona debitoris,
vt ſibi ſatisfaciat,quod dictum
refert & ſequitur Bald. in l. j.
in ij. colum. C. de teſtib. &
Alex.in conſi.ſuo cccclxxiiij.
incip. viſa inquiſitione. in iij.
colum. & in conſil. cxxxv.in-
cip.circa primam. in j.colum.
in j.volu. & ibi in v.col.dicit,
ꝙ quando creditor accipit rem
debitoris pro ſibi ſatisfacien-
do,non tenetur vi bonorum rà-
pto. quia noluit rapinam com-
mittere, ſed credidit hoc ſibi li
cere ſubſiſtente cauſa debiti,al-
legat hoc voluiſſe Roſ. in libel
lis ſuis,de quo latius ibi per eū.
Poteſt etiam poni exemplum,
ſi loquamur in homicidio, in
eo qui interfecit bannitum ſtan
te ſtatuto, ꝙ bannitus poſsit im
pune occidi:quoniam tunc non
oritur aliqua actio ciuilis par-
ti.per l.Gracchus. C.de adult.
ergo nec reipublicæ competit
inquiſitio criminalis . & ideo
hoc caſu ſi iudex formaret in-
quiſitionem contra talem occi-
dentem bannitum,quilibet de
38 populo ſine aliquo mādato † po
teſt comparere, & oſtendere
bannum illius mortui, & pete-
re , quod contra eum vlterius
non procedatur,ita dixit Bart.
in l.vbi pactum.C.de tranſact.
quem ibi ſequuntur ſcribentes,
& fuit originalis doctrina Ri-
char. Malumb.in l.filiusfami-
lias.per glo.ibi, in §.veterani.
ff. de procura. quam doctrinā
ibi refert & ſequitur Ange. in
l.quos prohibet. ff. de poſtu. &
vbique firmat illam fuiſſe Ri-
chard. Malumb. in d.§. vete-
rani.& idem voluit Ange.poſt
Cyn.in l.reos. C.de accuſa.&
Abb.in cap.licet. de accuſa.et
Barto. in conſilio ſuo 100. in-
cip. a domi.Cyno de Bononia.
& Pet.de Ancha.in c.veniens.
in penul. colum. de accuſa. &
volunt docto. in pluribus alijs
locis , quos latius cumulaui in
l.ſi quis ne quæſtio. in xxv.co-
lum. ff. de quæſtio. Requiri-
tur etiam ad validitatem inqui
ſitionis quod iudex qui vult
inquirere.

39 inquirere. † Primo interroget partem offenſam, an ipſa uelit accuſare reum, qui offendit necne: & tunc ſi offenſus erit in mora, vel dixerit ſe nolle accuſare, tunc iudex poterit procedere per inquiſitionem, aliter non poterit procedere per inquiſitionem, ita dixit glo. no. in c. presbyter ſi a plebe. ij. qõ. v. in gloſſ. penulti. quam gloſſ. pro valde not. refert & ſequitur Bal. in l. ſenatus. C. qui accuſare non poſſunt. dicens ꝙ ratio eſt: quia præferendus eſt, qui maius ius habet, & melius fundamentum: ad quod allegat ẽt quæ habentur in ſimili in l. j in §. denunciari. ff. de vent. inſpi. & in l. ſi tamen. ff. de legatis ij. & in l. neceſſario. ff. de in diem addic. & in l. quamuis indubitati. C. de adulterijs. & in l. ſecunda. §. final. ff. de adulterijs. Item hanc partem per illam gloſſ. etiam firmauit domi. Bartholo. Cepol. in cautela ſua vigeſimaſeptima, incip. tu ſcis &c. vbi ipſe allegat hoc tenuiſſe Ludoui. Roman. in ſuis ſingu. Et idem tenuit Angelus in authentic. de tempo. non ſolu. pecu. in principio & in repeti. l. ſi vacantia. in iij. colum. C. de bon. vac. lib. xij. & domi. Alex. in l. ij. §. ſi publico. in ij. apoſtil. ff. de adulte. & domi. Amodeus Iuſtinus in tract. ſuo ſyndi. in tertia char. in iij. col. poſt med. Et ideo iudex antequam formet inquiſitionem cõtra reum, debet facere dictam interrogationem offenſo, alias non valeret inquiſitio: ad quæ etiam vide do. Nellum in tractatu bannitorum. in tertia parte primi tempo. in lx. queſtio. incip. ſtatuto aliquo cauetur & circa medium verſi. & per hoc dixi. Scias etiam vltra præmiſſa quod quãdo tractamus de inquiſitione fienda contra aliquem de auxilio cooperatiuo præſtito delinquẽti ad committendum delictum, vt ſæpiſsime contingit, quod tali caſu non valet nec procedit talis inquiſi-
40 tio de auxilio, † niſi primo conſtet ipſi iudici de principali delicto, & de principali delinquente, ita dixit multum not. Petr. de Ancha. in conſil. ſuo ccxvj. incip. nos Bartholomæus de Salyceto. in fi. verbis. vbi dixit, quod ſi non conſtat de delicto principalis, non poteſt procedi contra alios tanquam contra auxiliantes, ad quod alleg. Barto. in l. ſi is qui rem pignori dedit in §. ſi tu Titium. ff. de fur. & idem voluit Bal. in conſil. ſuo ccxxix. inci. verba inquiſitionis &c. in vlt. col. in iij. vol. & in cõſ. xxiiij. inci. de acceſſorio in v. vol. ubi no. loquitur. & Bertachi. in reper. ſuo. in verbo, operarius in iiij. verſi. inci. opẽ præſtãs &c. & idem firmat do. Alex. in l. ſi duo patroni. in princ. in glo. in verſi. alteri. ff. de iureiu. de quo etiã dixi in conſi. meo xlix. inci. Domine Deus omnipotens, cui omne cor patet. ĩ iiij. char. Et faciũt optime dicta p Alex. in conſi. ſuo ccxxiij. inci. viſo proceſſu. in ij. col. in ij. vol. vbi dicit, ꝙ nõ valet inquiſitio for-
41 mata † contra aliquos de guarnimenio, andata, vel caualcata, niſi appareat de principali faciente dictum guarnimentũ, et ſic de capite ipſorum, q̃ alios coadunauit ad prædicta, qđ eſt valde

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſud dictum Pet.de Ancha. etiã
refert & ſequitur Io. de Ana.
in c.ſignificaſti. la ij.in xv.co-
lum.poſt medium.de homicid.
Item q non conſtante de prin-
cipali delinquente non poſsit
tunc procedi contra aliquemde
auxilio,tenuit Bar.& Alex.in
l.ſi is qui.§.ſi tu Titium.ff. de
furt.& Alex.in conſi. ſuo ccc-
xc.ſecundum ordi.meum,quod
incipit,Copioſe adeo &c.circa
finem. & in conſi.xcix.incipi.
in cauſa inquiſitionis.in pe.co.
in j.vol.& in conſi.ccxxxvij.
incip.ponderatis. in iiij.col.an
te medium. Circa quod vide ẽt
omnino in ſimili Dy.in conſil.
ſuo xlj. incip.quæſtio talis eſt
&c. Et pro prædictis faciunt
plura & plura quę cumulaui la
te in materia incertitudinis.in
repe.mea rub.C.de prob.in fi.
quæ omnia tene menti,quia ſæ
pius in facto contingunt. Et in
eadem materia auxilij præſti-
ti maleficio teneas menti aliud
videlicet,q inquiſitio facta cõ
tra aliquem de auxilio præſti-
42 to † non valet, nec procedit
de iure,niſi in ipſa inquiſitione
appoſitum fuerit verbum, Aſsi
ſtendo, alias ſi diceretur,q ta-
lis inquiſitus præſtitit auxiliũ
homicidio,& non apponeretur
verbum, Aſsiſtendo,non proce
deret inquiſitio, ita ſingu.dixit
Bar.in l.qui ſeruo.in.§.fi.ff.de
fur. quem refert & ſequitur A-
lex in l.fi.ff. de ſica. in ix.ap-
poſt.& Bertha. in reperto.ſuo.
in verbo,Auxiliũ,in xxj.ver.
& Ang.de Are.in tract.maleſi
ciorum.in verbo, Et dicto ma-
leficio ſemper aſtitit. in j.verſ.
pro quo faciunt etiam optime
dicta per Angel.Are.in d. ſuo
tracta. in verbo, Andræam au-
xiliatorem.in j. verſi. ante fin.
Et teneas etiam menti q nõ
procedit inquiſitio, in qua dici
43 tur, † alterum alteri præſtitiſ
ſe auxiliũ,ſi inquiſiti ſunt tres,
vel plures, quia hæc dictio,al-
44 ter altera alterum † verifica-
tur in duobus tantum.Ita no.di
xit Bal.in l.ancillæ.C.de furt.
in j.col. vbi dicit hoc obtinuiſ-
ſe in facto,quem refert & ſequi
tur Catal.in tracta. ſyndica.in
verſicu.ccccclxiiij.incip.adde
quia vidi &c.& idem etiam di
xit d.Flo.in l.Męuius.in.§.ar-
biter.ff.commu.diuidun.& Ber
tha.in repert.ſuo.in verbo,Al-
ter altera alterum.& in verbo
Auxilium.in xiiij. ver.de quo
etiam per Pau.de Caſt.in conſ.
ſuo.xviij. incip. quidam teſta-
tor &c.& per Alex.in l.ſi duo
in prin.circa medium. ff.de iu-
reiuran.Ideo tene menti prędi-
cta, vt non erres in formanda
inquiſitione,quando delinquen
tes ſunt plures duobus. Et
poſtquam intraui materiam au
xilij præſtiti maleficio, quia ẽ
pluſquam quotidiana & admo
dum vtilis, aduertas ad aliqua
profecto notatu digna, quæ ſæ-
piſsime de facto contingunt.Et
45 ideo ſcias,q † ad hoc, vt ali-
qui dicantur auxiliatores ali-
cuius delicti,vel alicuius com-
mittentis aliquod maleficium,
oportet,q ad hoc principaliter
fuerint adunati.l.ij.in.§.homi-
nes.ff.vi bo. rap.ſed ſi apparet
in facto omnes in rixa pariter
fuiſſe principales,nec cauſa fa-
uendi vnus alteri in loco conue
niſſe,& inſultũ feciſſe, ſed quę-
libet illud quod fecit,vt princ
palem feciſſe:tũc cenſendi ſunt

omnes pariter principales, & prout deliquerunt ſunt puniendi, vt in l. ſi in rixa. ff. de ſica. ita formaliter dixit Pet. de Ancha. in conſi. ſuo cxvj. inci. nos Bartholomęus de Salyceto. ante finem. Pro quo faciunt optimæ dicta per Bal. in l. non ideo minus. in ix. col. C. qui accuſ. non poſ. vbi dixit, ꝙ quando plures ſunt congregati in aliquo loco, ꝙ tunc quilibet ipſo-
46 rum tenetur de eo quod † facit
non de eo quod alij faciunt, niſi probaretur clare & diſtincte ꝙ vnus impendiſſet auxilium alteri. quod dictum refert & ſequitur Ang. de Are. in trac. maleficiorum. in verbo, Et dicto maleficio ſemper aſtitit. in vlt. col. in verbo, Et aduertas &c. & do. Aug. de Ari. in addi. ſuis. in eodem tractatu. in verbo, Et dictus Andræas armatus. in prima addi. in fi. & idem dixit ipſe Bal. in Margari. ſua. in verbo, delinquentibus. & Paul. de Caſt. in conſi. ſuo ccxcij. incip. in cauſa incarceratorum. Pro quibus faciunt etiam dicta per Bal. in l. data opera. in antepe. col. ver. ſed pone, Titius rixabatur &c. C. qui accu. non poſſ. vbi no. dixit: Pone Titius rixabatur cum Seio, quo ſtante ſuperuenit frater Seij, & occidit Titium: quęritur an Seius qui dedit cauſam rixæ teneatur de iſto homicidio? & dicit Bal. videtur ꝙ ſic, quia principalis tenetur de facto acceſſorij, vt habetur in l. quoniã multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi. & not. in l. ij. in. §. ſi quis. ff. vi bo. rapt. & facit quod not. in c. cum homo. xxxiij. q. v. Sed in contrariũ facit quod dicit Bal. quia frater non tenetur de delicto fratris, vt l. ſancimus. C. de pœnis. nec etiam tenetur principalis ex facto auxiliatoris, niſi mandauerit, vel ratum habuerit, vt extra de reſti. ſpoli. c. cum ad ſedem. & dixit quod iſta eſt veritas, vt not. xxiij. q. vlt. c. fi. in glo. in ver. volentes. Et ſi dicatur ꝙ ambo ſteterunt armati ſimul: ergo vnus alteri dedit opem, vt no. Inn. in c. continebatur. de clerico percuſſo. ad hoc reſpõdet & dicit, ꝙ hic conſtat contrarium, ꝙ non erat cum illo, nec in auxilio ſuo eũ vocauit pro ſe, vt in l. ſi familia. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Ita formaliter dixit Bald. in l. data opera. in antepen. colum. quod dictum refert & ſequitur Alexan. in l. fin. in ix. verſi. ff. ad legem Corneliam. de ſica. Et idem dixit ipſe Bal. in l. j. in pe. col. ver. quæritur vnus &c. C. vnde vi. & gl. in c. vl. xxiij. q. vlt. & d. Fel. in c. Petrus. in j. col. de homici. & ibi ego dixi. & eſt tex. de hoc. in c. quia prę ſulatus. j. q. iiij. Et pro ſupradicta doctrina Pet. de Ancha. facit optime quod voluit Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. in
47 vlt. col. vbi dicit, † ꝙ ciui-
tas tenetur & obligatur ex delicto, quando omnes de ciuitate communicato conſilio, & p̄cedente deliberatione iuerunt ad delinquendum, alias ſecus. quam doctrinam Bar. refert & ſequitur Abb. in c. dilectus. il ij. & ibi Ioan. de Ana. extra de ſimo. & Abb. in c. in Geneſi. in iij. col. extra de electio. Et idẽ tenuit Io. An. in c. felicis. in §. fi. de pœnis. in ſexto. in nouella. & ibi Gemi. in ij. col. et Caſ

di. in

ſi.In clemen.j.in verſi.ciuitas.
in ij.qō.de pœnis. & Angel.in
conſi.clxiij.incip.cum multitu-
do &c. de quo etiam per Paul.
de Caſt.in conſi. lxxxvj.inci.
in cauſa Sfortij &c. Et per illā
doctrinam Barto. dixit Ioā.de
Ligna. in cle.j.de pœ. ſe alias
cum maximo honore defendiſ-
ſe ciuitatem Bononiæ coram
Papa, vt non poſſet ciuitas tan
quam rebellis puniri vel ſubij-
ci interdicto, etiam ſi homines
ciuitatis feciſſent rebellionē:
ex quo non apparebat,quod de
hoc pręceſsiſſet collegialis de-
liberatio.Et idem etiam per di
ctam doctrinam Bartol. conſu-
luit Fran. de Are. in conſi. ſuo
cxix.inci.ſicut Ioannes &c. in
xvij.col.cum ſeq.de quo latius
valde per Iaſo.in l. ciuitas. in
j.col.ff.ſi certum petat. Tene
menti prædicta tanquam nota.
& multum vtilia. Et vide etiā
domi. Aug. de Ari. in additio.
ad tractatum Angel. de Aret.
ſuper maleficijs. in verbo, &
dicto maleficio ſemper aſtitit.
in prima additio. ante fin. vbi
alleg.not.conſilium Cy. quem
vide.de quo etiam dicā infra.
Item ad corroborationem do-
ctrinæ Petr.de Anchara. in di
cto conſi. ſuo ccxvj. inci. Nos
Bartholomæus de Salyceto.fa-
cit optime glo.not.in l. ſi in ri-
xa. ff. de ſica. quæ dixit ꝙ li-
cet quando plures percuſſerunt
vnum,omnes nō teneātur: quia
debet contemplari ictus vniuſ-
cuiuſque: hoc dicit illa glo.eſſe
verum, niſi appareret, quod
omnes non a caſu ſed ex pro-
poſito interfuiſſent: quia tunc
omnes tenentur.& idē dicit ibi
Bar.per illam gl.&voluit etiā
Gād.in ſuo trac.maleſi.ſub ru-
bri.de homi.in iij.col.verſ.po
ne quæſtionem quam ego mul-
toties vidi.&c. circa medium.
de quo etiam dixi in ſing. meo
ccxvij.inci.ter vel quater &c.
Et ſic patet ꝙ ad hoc, vt vnus
teneatur ex facto alterius,opor
tet ꝙ pręceſſerit tractatus,et or
dinamentum de conueniendo
inſimul ad maleficium commit
tendum,alias vnus non tenetur
pro delicto alterius. Quibus ēt
addi poteſt quod voluit Raph.
Fulg.in l.quis ſit fugitiuus.§.j.
ff.de ædil.edict.vbi dicit:ami-
cus meus venit ad me, & dicit
venias mecum, quia volo eſſe
in vno negocio meo. ego acci-
pio enſem, & ſequor eum: ipſe
autem obuiam vadit inimico
ſuo,& eum percutit, & occidit
an ego tenear quaſi auxilium
præſtiterim? In quo dicit ꝙ ſi
ignorans ſecutus ſum, & cū ip-
ſe inſultatus eſt illum ego me
retraxi, ꝙ nullam pœnam de-
beo pati.ſi autem non potuit di
ſcedere, adhuc ſum innocens.
vbi autem cum potuiſſem rece-
dere,ſtetiſſem, tunc ſine dubio
non eſſem innocens.ita ad lite-
ram dixit Rapha. Fulg. in d.l.
quis ſit fugitiuus.in.§.j.ff.de æ-
dil.edi. Et vide quæ dicam in-
fra in nu.77.vbi poſui no. ver-
ba. Et ſcias circa hanc ma-
48 teriam, † ꝙ illa quæ caſuali-
ter fiunt & non ex propoſito,
non ſunt in conſideratione, &
per conſequens non puniuntur.
Ita dixit Abb.in conſ.ſuo lxij.
incip.in controuerſia &c. in fi.
iij.col.verſi.Nec habet predi-
ctis obſtare.nu.10.in ij.vol. Et
ſi examinatur teſtis, & caſuali
ter ſeu incidenter dicat ſe eſſe
homici-

49 homicidam: † ex tali confeſ-
ſione non poterit puniri, nec
condemnari. Ita dixit Bald. in
l. presbyteri. in vlti. col. C. de
epiſc. & cle. Et hoc etiam pro-
cedit, & locum habet in illo,
qui excipiendo confitetur cri-
men ſeu delictum, ſecundum
Alex. in l. ij. in. §. ſi publico. in
appoſt. poſita ſub litera K, in-
cip. quæro verũ; an crimen poſ-
ſit puniri per viã exceptionis.
ff. de adult. vbi plura allegat.
Et faciunt etiam dicta per Iaſ.
in l. de fideicommiſſo. in ij. &
vij. not. & ibi Bal. in ij. not. C.
de trãſa. & faciunt quæ ego di-
xi in conſi. meo. lxvij. inci. Do
mine Deus cœli Rex & terræ,
&c. in ix. char. in fi. verſi. Pro
quo facit: nam illa quę caſuali
ter &c. & dixi infra i. §. poſtq̃
nu. 9. Item circa hanc mate-
riam auxilij pręſtiti. vide om-
nino d. Fely. in c. ſicut dignum.
in ij. & iij. col. de homi. vbi di-
cit, ꝙ iſta materia patitur plu-
res limitationes. Et primo di
cit ꝙ limitatur, niſi præſtatio
operis vel auxilij non fuiſſet il
la quæ dediſſet cauſam delicto,
ſecundum Saly. in l. j. in vlti.
char. C. de rapt. virgi. pro quo
dicit bene facere quod voluit
Bal. in l. iudices. C. ad legem
Iuli. pecu. vbi dixit, ꝙ auxi-
lium ad hęc vt ſit punibile,
50 oportet † ꝙ ſit de actu proxi-
mo, puta ꝙ aſsiſtat facienti: ſe-
cus autem in actu remoto, pro
quo eſt bonus tex. cum glo. ſe-
cundum eum in c. felicis. §. il-
lud autem. in ver. ſimplici fa-
uore. de pœn. in vj. per quam di
cit do. Cardi. in clem. j. in xij.
q. de pœnis. notabilem diffe-
rẽtiam eſſe inter fauorem pro-
prie ſumendo, & ſimplicem fa-
uorem. Et ideo ſecundum eum
dicit Bal. & Lud. Rom. in l. j. §.
ſed ſi in eo. alias in. §. ſerui. ff.
ad Sylla. ꝙ ad hoc vt inquiſi-
tio procedat, & teneat propter
opem præſtitam, oportet dicere
in inquiſitione, ꝙ fuit præſtita,
51 † vt habilius maleficium com
mitteretur, quod etiam ſentit
Bar. in l. qui ſeruo. ff. de furt. &
in l. ſi in rixa. in fin. ff. de ſica.
de qua glo. d. c. felicis. de pœn.
dicam etiam aliqua infra.

Secundo etiam ipſe limitat
hanc materiam & hanc regu-
lam, ꝙ præſtans opem, vel au-
xilium in maleficio, tenetur vt
52 † principalis. vt in l. is qui opẽ
ff. de furt. & in. §. ope. inſtit. de
obli. quæ ex del. naſc. vt voluit
glo. in clem. ij. de pœ. & Saly.
in l. j. C. de rapt. virgi. & Ang.
in l. j. C. de Nili agger. non rũ-
pen. cum ſimi. hoc eſſet verum
dummodo conſtet per ſenten-
53 tiã † de præſtatione opis, quia
non ſufficeret ꝙ principalis eſ
ſet condemnatus forte propter
contumaciam: vel ſi hoc eſſet
confeſſus ad hoc vt ſua accuſa-
tio noceret accuſato de ope, ſe-
cundum Bar. in l. ſi is qui tem.
§. ſi tu Titium. in fi. ff. de furt.
imo dicit ipſe d. Fel. vbi ſupra,
ꝙ confeſsio publici malefacto
ris non nocent iſti, ſecundum
Bal. in conſ. ſuo incip. aſſeſſo-
ris delicto. imo nec ſententia
lata contra principalem ordi-
narie conuictum, ſecũdum Pet.
de Anch. in conſ. ſuo ccxvj. in-
cip. nos Bartholomæus &c. &
Ang. in d. §. ſi tu Titium. & do.
Maria. in c. qualiter & quãdo.
ij. de accuſa. quæſt. xj. arti. lx.

Tertio limitat, niſi ex qua-

ſitate extrinſeca augeatur, vel minuatur pœna ex confeſsione vel negatione, quia nec augebitur, nec minuetur pœna ex cõfeſsione vel negatione in pręſtante opem, ſecundum Bart. in l. libertis quos. §. poſthumis, in fi. ff. de alimen. & ciba. lega.

Quarto limitat, niſi poſt delictum commiſſum aliquis aſsiſteret maleficio; & malefactori
54 in auxilium, † quia non dicitur proprie dediſſe opem delicto, ſecundum Bar. in l. non ſolũ. in. §. ſi iuramento. ff. de iniu. vbi dicit ſe vidiſſe multos aſſeſſores errare in hoc. & idem tenet Bar. in l. ſi quis in graui. in. §. ſi quiſquam. ff. ad Sylla. & in l. furti. in. §. ope. ff. de fur. & Bar. & Bal. in l. raptores. C. de epiſc. & cler. ad quod vide etiã Dy. in conſi. xlj. incip. quęſtio talis eſt &c. dicit poſtea ipſe d. Fel. verum eſſe, ꝙ contra aſſo-
55 ciantem poſt delictum † oritur præſumptio conſilij, vel occulti auxilij, per quam cogitur talis probare contrarium, ita dicit ſe intelligere quod not. Bal. in l. non ideo minus. in pen. col. C. de accuſa. Quinto limitat, niſi ignoranter quis præſtaſſet opem, puta quia diceret ſe velle ire rus & commodaſſet equũ & arma, & poſtea occidiſſet hominem, ſecundum Bal. in l. quicunque. in pe. col. verſi. nota ſexto. C. de ſer. fug. per l. apud antiquos. C. de fur. Sexto limitat, niſi eſſemus in actibus, vbi quis repellitur propter homicidium: quia præſtans opem homicidio non repellitur: quia licet teneatur vt homicida, non tamen eſt homicida, ſecundum Bar. in d. l. is qui opem. propter gło. ibi. in ver. manifeſtus.

Septimo & vltimo limitat, niſi lex expreſſe aliter puniret principalem, quam præſtantem opem, prout in caſu dictæ. l. j. C. de raptu virgi. & d. j. C. de Nili agge. non rump. ita limitat d. Fel. prædictam regulam, & materiam præſtantis opem, vel auxiliũ. in d. c. ſicut dignũ. vbi poſt prædicta ſubdit, ꝙ ille dicitur præſtare opem, qui
56 † dum maleficium committitur aſsiſtit armatus, etiam ſi arma non moueat; ita voluit Inn. in c. continentiam. de cler. perc uſ. de quo dixi etiam infra. numme. 61. circa fin. in ver. & adde etiam &c. et dicit ꝙ videtur de hoc tex. ibi. in d. c. ſicut dignũ. in. §. illi autem. Et illud dictum Innoc. ſecundum eum multum commendat Bal. in l. data opera. in ij. col. verſi. item notandũ eſt. C. qui accuſ. non poſ. & ibi etiam in xxij. col. & in l. j. poſt prin. C. de ſer. fug. & facit glo. in l. licet. in ver. pergentes. C. de pac. & idem ſecundum eum tenet Petr. de Ancha. in regula acceſſorium. de reg. iur. in vj. et Io. de Ana. in c. ſi perfodiens. de homici. & in c. ita quorundam. de Iudæis. Et ideo dixit Bar. in l. idem eſt. in. §. armis. ff. de vi & vi arma. quod ille
57 † qui habet arma ad latus, licet non poſuerit manus ad ea, tamen dicitur intuliſſe vim cũ armis. quod refert Ludo. Rom. in ſing. ſuo. cccccxij. incip. inſultus factus cum armis. et idẽ tenuit Alberi. de Ro. in ij. par. ſtatu. q. xxxviij. & do. Maria. Soc. in d. c. qualiter & quando. arti. lx. & Per. de Ancha. in d. conſi. ccxvj. vbi dicit regulam

eſſe

58 eſſe in iure, ꝙ ille dicitur †auxiliari ex cuius præſentia inſultatus redditur timidior. allegat Io. An. in d. c. continentiã. & idem tenet Bal. in l. nõ ideo minus. in pe. col. ver. item quæ ro. C. de accuſ. pro quo faciunt dicta per Inno. in c. petitio. de homici. & per Abb. in c. ſignifi caſti. ij. in glo. j. in verſi. vnde plus dico. de homic. vbi dicunt
59 ꝙ ſi clericus † aſsiſtit bello iniuſto, licet nihil faciat, ſed præſentia ſua accendat pugnantes: quod homicidia ſequentia faciunt ipſum irregularem. & faciunt alia adducta per eum ibi. de quo etiam infra dicam, in verſi. ſcias etiã &c. Dicit poſtea do. Fel. vbi ſupra, ꝙ exiſten-
60 tes armatus in loco, vbi † videntes arma timuerunt, ſi depo nit arma & intulit vim: dicitur intuliſſe vim cum armis. ad quod alleg. glo. in l. idem eſt. in §. armis. in ver. detectum. ff. de vi & vi arma. Dicit poſtea ꝙ omnis iſta, quæ dicuntur de præſentia adhibita maleficio, intelliguntur, dummodo illa præſentia fuerit ex propoſito animo ſe immiſcendi ſi oporteret: ſecus autem ſi caſualiter et ex ac cidenti, ſecundum Petr. de Ancha. in d. conſi. ccxvj. prope fi. recurrendo ad coniecturas.
61 † Sed an in dubio præſumatur caſualiter, vel ex propoſito aſfuiſſe: vide Bal. in l. j. in lect. antiqua. ff. de ſeruo corrup. & in c. j. de beneſ. fratris. vbi ſequitur Inno. in d. c. continentiam. ita reſidet d. Fel. circa hanc materiam auxilij in d. c. ſicut dignum. quæ omnia multum ſunt not. quoniam ſunt quotidiana. Sed tu vlt1a d. Felyn. vbi ſupra in hac materia auxilij, adde Cy. in conſi. incip. Albertus & Bartholomæus fratres &c vbi dicit, ꝙ ſi duo inſultarunt Titium, & vnus dedit ei vnum vulnus mortale, alter vero intulit ei vulnus non mortale: ꝙ licet vulneratus moriatur, tamen ille qui intulit vulnus non mortale non debet mori, ſed debet puniri inquantũ deliquit, quod dictum pro valde not. refert & ſequitur d. Aug. de Ari. in addi. ad tra. Ang. de Are. ſuper male ficijs. in verbo, & dicto maleficio ſemper aſsiſtit. in j. addi. ante fin. Pro quo dicto faciunt quæ dixi ſupra in nu. 45. cum ſequẽ. Item adde etiam & tene menti gl. no. in c. felicis. in verbo, ſimplici fauore. de pœ. lib. vj. quæ dicit, ꝙ vbicunque auxilium et fauor eſt ſimplex, ex eo quod maleficium non eſt ex eo auctum, ſed ita eſt executioni mandatum ſicut ſi non interueniſſet, quod tunc auxilium, & fauor arbitrio iudicis puniẽdus eſt, et non pœna ordinaria, qua punitur principalis. Et hãc glo. & eius doctrinam ſequitur Angel. in l. furti. in. §. ope. ff. de furt. & Ange. in l. is qui opem. eo. ti. vbi multum exclamat de iſta doctrina, & dicit eam eſſe menti tenendam. Et hanc glo. & hanc partem tenet firmiter d. Augu. Ari. in addi. Ange. de Are. in lib. maleſi. in verbo, & dicto maleficio ſemper aſtitit. in iiij. char. in addi. incip. tu autem in hac materia adde, ꝙ Canoniſtæ hanc difficultatem tetigerunt in c. j. de offi. dele. poſt glo. & c. in ij. col. vbi dicit, ꝙ ſimilis eſt glo. in cle. j. de pœn. ſuper verbo, defenſauerit. circa medium,

medium . Et refert alias ſe defenſaſſe quendam a pœna furcarum,qui noctis tempore præſtiterat auxilium quinque latronibus,qui noctis tempore furati fuerant vnam apothecam, ex qua exportarunt vnam petiam villuti , qui acceperunt vnum alium, qui præſtitit eis auxilium: nam iſte vltimus, q. ſibi præſtitit auxilim nihil fecit,quia non aperuit apothecã, nec exportauit illam petiã villuti:ſed ſtetit tantum ſuper ſtrata cum alijs quatuor,interim ꝙ ille alter ſurripiebat illam petiam villuti , & apothecã ille met frangebat . Nam dicebat ipſe d. Aug. ꝙ ille ſextus præſtauit ſimplicem fauorem, quia omnino illi quinque illud delictum executioni mandaſſent ſine iſto ſexto, & ideo dicebat per ibi ſupradicta, ꝙ talis non debet puniri pœna ordinaria: et refert ꝙ in dicta facti contingentia ita fuit iudicatum : quæ omnia dicit eſſe bene notã. & idem tenet Berta. in reperto. ſuo in verbo,auxilium.in pen. colum.& antepe.verſi.in ſi. & vide ſupra in hoc.§. nu.50. Et alia plura not. dicit Aug. de Arimi.in dicta ſua addi. quem vide. Et multa etiam vtilia dicit domi.Bartho.Cepo.in conſil.ſuo xxxiiij. incip. ſi vnquã &c.in v.& vij.colum.nu.9. Et vide etiam nota. verba Bal.in marga.ſua.in verbo,delinquentibus,vbi nota.loquitur.& Barto.in l.omnes.C.de agri.& cenſib.lib. xj. Et adde etiam his quæ dixi ſupra in hoc §. in nu. 56.ꝙ ille qui ſtat armatus cum delinquente dicitur ei præſtare auxilium, licet arma non mouerit ſecundum Inno. in c. continentiam. de cleri.percuſſo. ꝙ idem tenuit Barto. in l.ſi in rixa.in penulti.colum.verſ. poteſt puniri etiam &c. ff. de ſicca. & in l.qui ſeruo.§. final. ff.de furtis.& in l.j.§.ſed in eo. ff.ad Sillania. & Flori. in l.in hac.ff.ad leg. Aquil. & Alex. in l.is qui opem.ff.de furt.vbi dixit hoc verum,etiam ſi ſtat a longe,de quo etiam per Bal.in l.non ideo minus.in iij.colum. C. de accuſa . & per eundem Bald. in marga. ſua. in verbo, auxilium. & in l.j. & ij.colũ. in verſicu. dicitur conſulere. C. de ſeruis fugiti. & in l. raptores. in ij. colum. ver.vnum adde. C. de epiſco. & cleri.& in titu.de benefi. fra. in j. col. per illum tex.& in d.l.nõ ideo minus.in vlti. colum. in verſi. item quæro quomodo & vide Ludo. Roman.conſi.ſuo cxvij. incipient. ex præmiſſa ſtatuti particula &c. Itẽ ſcias etiam,

62 quod † auxilium etiam dicitur præſtari acclamãdo contra eũ, qui offenditur ſecundum Rayne.de Forli. in l.j.in.§. hoc reſcriptum. ff. ad Syllani. & eſt tex.in d.l.j. in §.potuiſſe.& voluit Imo. in c. j. de homici. & Alexand. in l.is qui. ff. de fur.

63 Scias etiam ꝙ auxiliatori † nõ nocet ficta confeſsio principalis contumacis habiti pro confeſſo ex forma ſtatuti, ſecundũ Bart.in l.ſi is qui.in.§.ſi tu Titium.in fin.ff.de furt. & in d.l. renuntiaſſe.§.fina.ff.de adulte. Teneas etiam menti in hac materia auxilij præſtiti, ꝙ iudex in inquiſitione debet dicere ꝙ

64 talis auxiliator ſcienter, † & non ignoranter præſtitit opem & au-

& auxilium tali maleficio, & malefactori, & hoc debet probari, alias non procederet inquiſitio, ita not. dixit Angel. in §. iubemus. in authent. de eccle. titu. & Bartol. in l. omnes. C. de agric. & cenſi. lib. xj. & Alexan. in l. is qui opem. ff. de fur. l. Item teneas etiam menti, quod licet puniatur affectus non ſequuto effectu vt in l. is qui cum telo. C. de ſica. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cleri. & in c. ſi quis non dicã. & in c. ſi quis poſtulatus. cum alijs pluribus capitulis. de pœni. diſt. j. & voluit d. Fely. in tracta. ſuo de conatu. in princ. vbi alia plura iura ad hoc adducit, Tamen hoc fallit in au-
65 xilio. † Nam auxiliator ad delictum non punitur non ſequuto delicto, ita dicit glo. prima not. & ibi Dy. in l. ſed & ſi diuortij. ff. rerum amota. & voluit Bald. in l. j. in ij. colum. verſi. quarto oppono. C. de ſeruis fugiti. pro quo facit l. ſæpe. ff. de verbo. ſigni. Scias etiam in hac materia not. verbum, videlicet, quod auxiliator, cui delinquens promiſit reficere omnia damna quæ poſſent ei inferri propter delictum commiſſum,
66 vel committendũ, † non tamẽ poteſt agere actione mandati, vel ex ſtipulatu ſecundum glo. in l. quoniam multa. in verſi. ſupplicium. C. ad legem Iuliã de vi. quam ſequitur Bartol. in l. j §. nunc tractemus. in lectu. Nicol. de Neapo. in j. colum. verſi. facit ad quæſtionem. ff. de tutel. & ratio. diſtra. & vide Innocen. in c. ſicut. el ij. in glo. in verbo, ini ſtc. de iureiuran. & Bal. in marga. ſua in verbo, opẽ & Cardi. in clem. ij. in iij quæſt. de re iudi. Itẽ
67 ſcias vlterius, ꝙ auxiliator † tenetur de pace rupta ſicut principalis, ſecundum Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de treuga & pace. in fi. in additio. incip. conuertitur caſus. de quo etiam per Alexã. in d. l. is qui opem. ff. de furtis. Item ſcias etiam,
68 quod ille, qui dat pecuniã † bannito, dicitur ſibi præſtare auxilium ſecundum Bartol. in l. cuiuſque. ff. ad legem Iuliam maieſta. & in l. in furti. in §. ope. ff. de furt. quem refert & ſequitur Paul. de Caſt. in conſi. ſuo cccxcvij. incipien. viſo ſupraſcripto puncto &c. in iij. colum. Et idem etiam dicas eſſe
69 in aduocando † pro eo, vel fideiubendo pro eo ſecundũ Bar. in l. poſt legatum. §. ſunt qui. ff. de his quib. vt indig. & in dicto. §. ope. in j. colum. Et idem dicas in teſtificante ſponte pro eo ſcdm Bar. in d. l. poſt legatũ. in §. his vero. Itẽ an auxiliator
70 puniatur pœna † ſtatuti de cõmittẽte maleficiũ, vide Bal. in additio. Spec. in tit. de appel. verſicu. ſed pone quæſtionem de facto: vbi tenet ꝙ non. & vide Imo. Ale. & alios. in d. l. is qui opẽ. ff. de furt. & Bald. in l. nihil intereſt. ff. de ſica Flor. in l. ſi quis fumo. in pri. ff. ad leg. Aquil. & i l. ita vulneratus col. ij ver. not. demũ. nu. 9. eo. titu. Bar. i l. in furti. in §. ope. ff. de fur. in j. col. ver. vento ad ſecũdũ. & Saly. i l. j. C. de rap. virg. tex. & ibi doct. in c. mulieres. de ſen. excõ. Abb. in c. ſicut dignũ. in iij. colum. de homi. & in cap ij. in ij. colum. in verſi. & aduerte ad vnum. de offic. de-

leg.Ludo. Roma.in l. ſi is qui
pro empt. ff.de vſucap. & vide
doc.in rub.& in l.j.ff. ne quis
eum qui in ius voca. vi exim.
& in l.ſi quis per alium. eo. tit.
et doc.in c.ſi quis ſuadẽte.xvij.
q.iiij.de quo dixi in conſi.meo
in cauſa Matthæi ſpadini. in
ij.conſi.vbi plene hoc exami-
naui,& in ordine eſt cõſi.xxx.
& incipit, licet in conſi.&c.&
dixi etiam in c. ad falſariorũ.
71 de cri. falſi. † Item quot mo-
dis auxilium præſtetur, & idẽ
domi. Bartho. Cepo. in conſi.
ſuo.j.& latius per Berta.in re-
perto.ſuo. in verbo, auxilium.
in ij. colum.in iiij. verſicu. &
vide Bald.in l. ob hæc verba.
ff.de infam. Scias etiam quod
auxiliator plurium delinquen-
72.tium† tenetur vna pœna tan-
tum ſecundum Bart. in conſi.
ſuo inci.lege municipali. quod
eſt ccxxxiij. & in l. ſi in rixa.
in ij. colum. in verſi. ſecundo
facit ad aliud. & ibi per Ale-
xand.ff.de ſica. & ibi etiam in
verſicu. & per hoc poteſt ſolui
quæſtio &c. Bald. in l. cum ra
tionibus.C.qui accuſ. non poſ.
& Angel. de Are. in trac. ma-
leſi. in verſi. Andream auxilia
torem: Item an & quãdo au-
xiliator mitius puniatur quã
73 †principalis. vide late p Ber-
tach.in reperto. ſuo. in verbo,
auxilium. in penulti. colum.
in iiij. verſi. vbi latiſsime lo-
quitur. Et teneas etiam men-
74 ti quod non nocet † ficta con-
feſsio principalis contumacis
habiti pro cõfeſſo ex forma ſta
tuti,ſecundũ Bart.in l.ſi is qui.
in.§.ſi tu Titiũ.in fi.ff.de fur.et
i l.denũciaſſe.in.§.fi.ff.de adul.
et Alex.in d.§.ſi tu Titiũ.& di
xi ſupra,eo.nu.63. Et an proba
tiones veræ factæ contra prin
75 cipalẽ† noceãt auxiliatori,vi-
de Bal.in conſi. ſuo xxiiij. in-
cip.de acceſſorio delicto &c.in
v. vol.vbi multũ not.loquitur.
& Sal.in l.j.C.de rap.virgi.&
doc.in l.fi. vteris.C.de fide in-
ſtru.& Ang de Aret. in tracta.
maleſi.in verbo,& dicto male-
ficio ſemper aſtitit. Itẽ ſcias ẽt
ꝙ auxiliator tenetur de pace
76 †rupta,ſicut principalis, ſecũ
dum Ioan. And.in additio.Spe
cu. in titu.de treuga & pace.in
fi.in additio. incip. conuertitur
caſus.& Alex. in l. is qui opẽ.
ff. de fur. & dixi ſupra eod.
nu. 67. Vltimo circa hãc ma
teriam non omitto vnũ videli-
cet, ꝙ licet nemo puniatur de
auxilio, niſi appareat de prin-
cipali delinquente, vt dixi ſu-
pra in hoc.§.in nu.40. Attamẽ
77 ſi plures fuerunt in rixa. † &
mortui ſunt aliqui vel vulnera
ti,& neſcitur a quibus: ꝙ tali
caſu ſi apparet quis fuerit ince-
ptor rixæ: tunc ſolus punitur
de homicidio, vel de vulneri-
bus,ne delicta remaneant impu
nita, Ita dixit multum no. qui-
dam modernus do. Bonifacius
de Vitalinis de Mantua.in tra
cta.ſuo maleſi.in tit. de inſultu
& percuſsione.in vij.colum. in
ver. ſunt tamen qui dicũt &c.
vbi ad hoc alleg.optimum tex.
in l.quoniam multa.C. ad leg.
Iul.de vi public.in ver.in eum
ſuppliciũ exerceri,qui vim fa-
cere tentauit &c. de quo ibi la
tius per eũ. Sed iſtud dictũ fuit
originaliter Bald.quẽ ipſe non
alleg.in l.j.in vj.col.in ver.ſed
quæro qui dicantur principa-
les &c. C. de ſer.fugi.vbi ad

hoc alle:illũ tex.d.l.qm̃ multa. quod etiam voluit Alexã.in l. ſi.in vj.apoſt.ff. de ſica. & voluit etiam do.Bartho.Cepol.in cõſi.ſuo xxxiiij.inci.ſi vnquã. in iiij.char.in vlt.colũ. & hoc ẽt voluit Gandi..in tracta.ſuo maleſi.ſub rub.de defenſionib. a reo faciendis. in iij. colum. ver.j. inci. ſed pone ꝙ ego &c. quod etiam voluit Iac.de Bel. in ſua pract.cauſarum crimina lium. ſub rubri. de quæſtio. in pen. colum. in fin. de quo ego dixi in ſing. meo ccccii j. inci. ſuperioribus annis &c. vide tamen quæ dixi in l. j. in.§.diuus Adrianus.in vlt.colum .in prin.ff.de ſica.& d.Bartho. Cepo. in conſi.ſuo xxxvj. incip. in caſu iſto in iij.colum. & vide quæ dixi ſupra in hoc.§. in nu.46. in ver. pro quibus faciũt &c.& in nume.47. in ver. item ad ad coroborationem do ctrinæ Pet.de Anch.&c.Tene menti prædicta in materia auxilij,quia forte alibi ſimul col lecta non inuenies prædicta. Modo redeundo ad materiam inquiſitionis formandæ per iudicem ad aliud aduerte videlicet, ꝙ quando ſumus in materia furti, & iudex format contra furem inquiſitionem de fur to,dicens inter alia, ꝙ ipſe fur acceſsit tali tempore ad domũ, vel apothecam talis, puta Titij, & furto ſubtraxit veſtem, vel aliam rem, quæ pertinebat ad ipſum Titium:Certe hoc ca ſu talis inquiſitio non procedit ſed corruit, quia neceſſe eſt vt

78 dicat,ꝙ†talis res furata pertinebat ad Titiũ iure dñij vel quaſi, alias ſi ſimpliciter dice ret,ꝙ ad Titiũ pertinebat,non procedit inquiſitio vel accuſatio,quoniam illud verbũ, pertinere, latiſsime ſumitur, & ẽt comprehendit eum,cui debetur actione perſonali, vt habetur in l. verbum pertinere. ff. de verbo.ſignifica.item non ce m peteret accuſatio vel inquiſitio pro furto, & ſic deberet ſequi abſolutio. Ita ſingulariter & mirabiliter dixit do. Maria. Soci.in conſi.ſuo viij.inci. viſis & diligenter.in ij.colũ. vbi dicit ꝙ ita ſingulariter conſuluit Bar.in conſi. ſuo cliiij.incip.videtur dicendum dictos ac cuſatos &c. & hoc per not. in l.j.§.Scæuola. ſi qs teſtam. lib. eſſe iuſſus fue.& per Cyn.in l. ſi abducta.C.de furt.de quo latius ego dixi in ſing.meo. 275. incip.ſtatui omnino &c.vbi vi deas. Itẽ ſcias ẽt ꝙ in inquiſi tione furti non ſufficit dicere

79 †quod inquiſitus ſubtraxit, ni ſi adijciatur verbũ furto.ſecun dum Iaſo. in l.ſub prætextu. in ij.col.C.de tranſact.& quid de verbo aſportauit, vide ibid. Addo præterea circa dictam materiam inquiſitionis forman dæ cõtra reũ de aliquo delicto, ꝙ iudex debet animaduertere, ꝙ non ſit elapſum tempus ſibi datũ a lege vel a ſtatuto ad in

80 quirendum:†quia tunc nõ poſ ſet inquirere. ita dicit Paul. de Caſt.in conſi.ſuo cxcvij.incip. viſa inquiſitione.in vlt. col. in ſi. & Catal.in ſuo tract.ſynd.in ver.cxlvj.inci,adde an iudex debeat &c.vbi alleg.rationem dicens:ad quid eſſet factum ſta tutum, ſi illud iudices non deberent ſeruare: & dicit ꝙ conſcientia non debet eos mouere, quia non ſunt in foro pœniten

tiali ſed iudiciali. Et ſcias etiã
ꝙ iudex non poteſt inquirere
poſt terminum datum ad accu
81 ſandum,† ſecundum Bart.in l.
non ſolum .§. quanquam.ff. de
iniurijs.& no.Ioan. de Platea.
in l.filiusfamilias.in.§.vetera.
ni.ff.de procu.et Saly.in l.que-
relam. C. de falſis. & in l. ita
demum.C.de procu.Et ratio po
82 teſt eſſe, quia† iudex inquirẽs
ſuccedit loco accuſatoris ſecun
dum Bartol.in extrauagãti, ad
reprimen.in verbo,per inquiſi
tionem.& in l.ij. in.§.ſi publi-
co.in v.colũ.ff.de adult.de quo
latius dixi in rub.extra de ac-
cu. circa princi. & idem dixit
Bart. in l.querelam. C. de fal.
83 & ideo ille ſolennitates† quæ
requiruntur in accuſatione,re-
quiruntur etiam in inquiſitio-
ne. ita dixit Alexan. in conſi.
ſuo lxiiij.incip. viſo themate.
in ij. colum. in j. volu. Et ibi
etiam ſubdit, quod ſtatutum re-
pellens accuſatorem videtur ẽt
repellere iudicem inquirẽtem:
allegat notata in d.l. non ſolũ.
in d.§.quanquam.ff.de iniurijs.
& in pluribus alijs locis, de q̃-
bus ibi per eum: de quo etiam
per Ang.in tract.ſuo maleſi. in
verbo,hæc eſt quædam inquiſi
tio.in v.char.j.col. de quo etiã
per Pet.de Ancha. in repeti.c.
canonũ ſtatuta.in lxxxvj. col.
in prin.extra de conſti. & per
Bertachi.ĩ reperto.ſuo. in ver.
inquiſitio.in iij.col. in x. ver.
& ibi.in v.col.in vj.ver.Quod
tamen limita ſingulariter ſecũ
dum Hoſtien.in c. in archiepi-
ſcopatu. de rapto. quem refert
& ſequitur Bald. in reperto.
ſuo in verbo,pœna. in ij. colũ.
in verſicu. pœna legalis &c.
vbi ſingulariter dicunt vnum,
ex quo colligitur differentiam
eſſe inter accuſationem & in-
quiſitionem, Nam dicunt quod
licet pœna legalis poſsit per iu
dicem ex cauſa minui vel mu-
tari. vt in l. quid ergo. in.§.
pœna grauior.in gloſ.fin.ff. de
his qui notan.infam. & not.in
d. cap. in archiepiſcopatu. de
raptori. tamen hoc ſolum ha-
84 bet locum† quando iudex pro-
cedit ex denũciatione, vel per
inquiſitionem: ſecus autem ſi
procedit per accuſationẽ: quia
tunc non poterit mutare vel
minorare pœnam legalẽ, quod
eſt ſingulare verbum. Et ſcias
etiam quod ſtante ſtatuto quod
de maleficijs non poſsit cogno-
ſci poſt ſex menſes, ꝙ iſtud
85 ſtatutum debet † intelligi ſiue
maleficium ſit manifeſtum ſiue
occultum: quia non a die ſcien-
tiæ, ſed a die delicti commiſsi
connumeratur tempus. ita not.
dixit Bal.in l.fina.C. de dolo.
& ibi Salyce.& idem tenet An
gel.in l.fina.ff.ſi quis teſtamen.
liber eſſe iuſſus fuerit.& Bald.
& Alex.in l. eum qui. in.§. in
popularibus. ad fin.ff. de iure-
iuran.pro quibus facit text. in
l.adulter. in ver. quod conti-
nuum numeratur.C. de adulte.
Et licet aliqui teneant quod ta
le tempus non currat niſi a die
ſcientiæ, tamen communis opi
nio eſt in contrarium, ſecundũ
do. Alex.in d.l.fin.C. de dolo.
& in d.§.in popularibus.& mo
uentur doctor.tenentes hãc par
tem ex pluribus rationibus, &
86 potiſsime qua † præſcriptio
currit ignoranti. l.ſi partem.§.
j.ff.quemad. ſerui.amit.l.fina.
in fin.C.de præſcrip.long.tem-
po,

po. Item alia ratione: quia re-
87 gulariter † omnes præſcriptio-
nes habent tempus continuum,
niſi contrarium ſpecialiter re-
periatur, vt not. gloſſ. in rubri.
ff. de diuer. & tempo. præſcrip.
& ibi Bartol. & gloſ. in l. j. ad
fin. eod. titu. de quo latius per
domi. Alexan. in d. l. fina. C. de
dolo. vbi alia etiam ponit cir-
ca hanc materiam. & vide etiã
domi. Nellum in trac. ſuo ban-
nitorum. in ij. parte primi tem-
po. in iij. quæſtio. vbi late exa
minat hanc quæſtionem. & fi-
naliter tenet communem opin.
videlicet, ꝙ tale tempus inci-
piat currere a die commiſsi de-
licti, & non a die ſcientiæ. &
inter alia allegat rationem, vi-
delicet, ꝙ vbicunque agitur de
88 odio finiendo, † omne tempus
eſt continuum: ita ſecundũ eum
dixit Guil. de Cun. in l. ſi cum
exceptione. §. ſatis enim clemẽ
ter. ff. quod met. cauſa. vnde di-
cit, quod omnis actio ad vindi-
89 ctam, † & omnis accuſatio ha-
bet tempus continuum, ſi aliud
non dicatur, de quo latius per
domi. Nellum vbi ſupra. Et
ſubdit ipſe ibi ante finem dictę
iij. quæſtionis, quod licet iudex
elapſo dicto tempore ſtatuti nõ
poſsit cognoſcere de dicto ma-
leficio ipſo iure, tamen poterit
cognoſcere ſecundum aliquos
virtute reſtitutionis in integrũ,
quæ cõceditur ob iuſtam igno-
rantiam propter clauſulam ge-
neralem. l. j. in fin. ff. ex quibus
cauſis maior. & habetur in l.
cum filius. in §. in hac. ff. de ver
bo. obliga. per gloſſ. & Bart.
in l. prima. §. ſi quis propter. ff.
de itine. actuque priua. & in
alijs iuribus ibi per eum alle-
gatis. Attamen dicit hoc non
obſtare: quia illud in pœnarũ
executoribus non habet locum
vt ff. de minori. l. auxilium §.
in delictis. ita reſidet do. Nel-
lus in d. iij. quæſtio. quod eſt
multum not. de qua quæſtio. vi-
de etiam Angel. de Are. in tra-
cta. maleſi. in ver. inchoata &
facta. in prin. & ibi domi. Au-
guſti. de Arimi. in prima addi-
tione. & vide omnino Soci. in
conſi. ſuo cviij. incip. ſuppoſito
ſtatuto. per totum. in iiij. volu.
Poteſt etiam quæri in hac ma-
teria inquiſitionis formandæ,
90 an † iudex originis alicuius
poſsit inquirere contra ipſum
de delicto commiſſo in alieno
territorio. in qua quæſtione do
cto. ſunt multum varij. & ſi
vellem hanc quæſtionem ple-
ne examinare, cõtererem mul-
tum temporis. Ideo ſtatui lo-
qui remiſsiue. Videtur pro par
te negatiua quod non poſsit
inquirere. Ioan. Andræ. in
additio. Specula. in titul. de
compe. iudi. adi. in. §. j. in addi-
tio. incip. antequam exeamus.
& Bald. in l. j. C. de ædil. actio.
& Salyce. in l ſeruos. C. ad leg.
Iul. de vi. & Albe. de Roſa. in
iij. parte ſtatu. quæſt. xix. alias
xxxvj. Sed in contrariũ vide
Angel. de Are. in tracta. male-
ficiorũ, in verbo, hęc eſt quędã
inquiſitio. in pen. chār. in ver.
quærit hic Aug. an in delictis.
& ibi domi. Aug. de Ari. in ad-
di. vbi adducunt plures docto-
res contrarios. & vide ẽt Ber-
tachi. in reperto. ſuo in verbo,
inquiſitio. in j. col. in fi. & d. Lu
do. Bologni. in conſi. ſuo lvij.
incip. Reuerendiſsime domi-
ne. in j. & ij. colum. Et finali-

ter magis communis opinio videtur ꝙ non poſſit inquirere, & ideo credo ꝙ ſi fuerit inquiſitũ & proceſſum cõtra talem delinquentẽ per iudicem loci delicti, quod iudex loci originis non poterit, cum de delicto eiuſdẽ hominis non debeat
91 ſæpius quæri. † vt in l. licet. in §. fin. ff. nau. caupo. ſtabula. l. in delictis. §. fin. ff. de noxal. c. ſuper his. de accuſat. cum ſimi. De qua quæſtione videas etiam Bald. in ſuo reperto. in ver. iudex. in v. col. in princ. & in conſi. ſuo ccx. incip. quæſtio ſuper qua &c. in iiij. volu. & Lu. Bologni. in conſil. ſuo viij. in ij. colum. ad fin. Ioan. And. in c. vt animarum. de cõſtitutio. in vj. & Ioã. cal. in c. j. de raptori. Bar. poſt Cy. in l. cũctos populos. in viij. q. prin. C. de ſumma trini. Ioan. de ligna. in clemen. paſtoralis. de re iudi. Abb. in conſi. ſuo xxiiij. incip. Rodulphus ciuis Corneti. ante fi. j. col. in j. volu. Bal. in repertor. ſuo. in ver. delinquens extra locum, & Ioan. de Ana. in c. j. in vj. colũ. de rapto. Pet. de Ancha. in repe. c. j. in lviij. colum. de conſti. Bal. in l. cunctos populos. in viij. col. verſi. ſed hic quæritur ſi bannitus. C. de ſumma trini. quem refert & ſequitur Nellus in tracta. ſuo bannitorum. in ij. parte ſecundi temporis. in lvij. quæſtione. incip. ſed tunc econuerſo. & Iaſo. in l. fina. ff. de iuriſdict. om. iudi. in vj. colum. verſi. xvj. limita &c. Quæri etiam po-
92 teſt, an pendente † inquiſitione ſi ſuperueniat accuſator, an tunc ceſſet inquiſitio. de quo vide domi. Geor. nat. in clemen. in. §. quæ omnia in v. colum. de verbo. ſignifi. & Bart. poſt Cy. in l. ſi maritus. §. ſi autem extraneus. ff. de adulte. & Bald. in l. denique. in §. j. ff. de mino. Ange. de Are. in tracta. maleficio. in primo verbo. in penult. char. in ij. col. & quæ dixi in l. j. §. cum quis latrones. in iij. col. ff. de quæſtio. verſic. & adduci poteſt. & vide Innoc. in c. ſuper literis. de reſcript. vbi tenet quod pendente inquiſitione, ſi ante ſententiam ſuperueniat accuſatio, quod tunc ceſſat inquiſitio tãquam remediũ extraordinarium. de quo etiam per Ange. in l. ſi vacantia. poſt med. de bon. vacan. & per Alexan. qui alios plures allegat in l. ſi maritus. ff. de adulte. & vide Bertachi. in repertorio ſuo. in verbo, inquiſitio. in v. colum. in vlti. verſicu. cum quatuor verſiculis ſequentibus.

Vlterius tene menti, ꝙ licet in aliquibus caſibus ſocius criminis admittatur contra ſociũ criminis, tamen propter dictũ
93 ſocij criminis iudex † non poteſt formare inquiſitionem contra ſocium criminis. Ita dixit Rapha. Fulgo. in conſil. ſuo cxxvj. incipien. ſuper eo. in vlti. col. & in conſil. clxxiij. incip. in cauſa inquiſitionis. in j. col. & Ioan. de Ana. in conſil. lix. incip. viſa inquiſitione. & domi. Philip. deci. in conſil. clxxxix. incipien. lætatus ſum &c. in fin. & in conſil. clxxv. in cauſa falſitatis. in ij. colum. verſi. ſecundo dato ꝙ eius dictũ deberet attendi, & faciunt dicta per do. Floria. in l. repetita. ff. de fide inſtrumen. Teneas menti prædicta requiſita

ad hoc vt iudex poſsit forma-
re inquiſitionem contra ali-
quem: ne, quando eris iudex,
errares & indebite formares
inquiſitionem contra aliquem.
94 Quoniam iudex † temere &
indebite formās inquiſitionem
contra aliquem, & iniuſte in-
quirens, tenetur ad ſumptus li-
tis, ſecundum Cyn. in l. ſanci-
mus. C. de iudi. & Bald. in l.
non ignorat. C. de fruct. & litis
expen. de quo latius p Catald.
in tracta. ſuo ſindica. in verſic.
cxxxij. incip. adde quod iudex
tenetur. & vide quæ dixi in l.
patre vel marito. in iiij. colum.
circa medium. ff. de quæſtio.
An autem quando iudex male
inquirit ad denunciationē ſyn-
95 dici, † tunc faciat litem ſuam,
ſicut ſi motu proprio inquiſiuiſ-
ſet? vide Bald. in l. ſecunda. §.
ſi præſes. ff. de magiſtrat. con-
ue. vbi videtur tenere ꝙ ſic,
licet contrarium videatur in l.
ij. in §. ſi publico. ff. de adulte.
96 vbi dicit Cyn. ꝙ fama † ſeu
indicia releuant iudicem quan
tuncunque indebite inquirentē.
vt ibi per eum in xij. quæſtio-
ne. Et dicit Bald. in l. fin. C. de
probatio. quod ſemiplena pro-
97 batio † releuat accuſatorem
a calumnia, niſi reus contrariū
plene probet. & hoc etiam vo-
luit Bald. in additio. Specu. in
titu. de accuſatione. in penulti.
verſic. vbi dicit quod vnus te-
ſtis excuſat accuſatorem a pœ-
na talionis, & ſimiliter debet
excuſare iudicem inquirentem
per ea quæ ſupra dixi de ac-
cuſatione & inquiſitione. Et
ſcias etiam circa hanc materiā
quod licet inquiſitio non pro-
98 betur, † tamen iudex, qui pro-
ceſsit ad inquiſitionem ex offi-
cio nō præſumitur in dolo, nec
in calumnia: nec præſumitur
quod falſo proceſſerit ad inqui-
rendum. ita dixit Bald. in l.
athletas. in §. calumniator. in
j. colum. poſt medium. ff. de his
qui notan. infam. & ibi idem
dicit in accuſatore. Et vide
Bald. in l. fina. in ij. col. C. de
teſtib. vbi dicit, quod teſtes
examinati extra iudicium per
ſyndicum ſuper inquiſitione,
99 ipſum excuſant. † alleg. glo.
in l. ſi cum quæſtio. ff. de his
quib. vt indig. de quo etiam
per Alex. in l. Athaletus ſer-
uus. ff. de falſis. Et idem firma-
uit Angel. in l quæro. in §. ſer-
uum. ff. de ædil. edic. quem om-
nino vide. Scias etiam ꝙ quan
do iudex inquirendo non ſer-
uat ſuperius dicta, & alia requi-
ſita ad validitatem inquiſitio-
nis, ſed procedit extra ordinem
contra aliquem delinquentem,
quod tunc non poteſt ei impo-
nere pœnam ordinariam ipſius
delicti, ſed mitiorem debet ei
imponere, Ita dixit Bal. in re-
pertor. ſuo. in ver. pœna. in vi-
ti. col. in verſi. incip. pœna or
dinaria. ad quod alleg. c. quem-
admodum. in fin. de iureiuran.
& quæ habentur in c. j. in fin.
de exceptio. An autem iudex
inquirens poſsit facere ſaluum
100 conductum reo inquiſito † ab
omnibus proceſsibus, ſeu con-
demnationibus contra eū exi-
ſtentibus, vt veniat ad ſe de-
fendendum ab inquiſitione con
tra eum formata, vide Barto.
in l. is qui reus. ff. de publi. iu-
di. & Ange. in ſua diſputatione
incip. Bonon. quidam, & late
per Catal. alios allegans in

 tracta.

trac. ſyndic. in ver. cccccIxxj. incip. adde ꝙ iudex poteſt dare &c. Et vide etiam do. Maria. Socin. in repeti. rubricæ. extra de dilatio. in xxx. char. in ij. col. Et ſcias in hac materia inquiſitionis formandæ, ꝙ quando delictum non eſt punibile, non poteſt de eo vel ſuper eo formari inquiſitio, ſecundũ Bart. & alios in l. vbi pactum. C. de tranſact. & Bal. in l. decuriones. C. de infa. pro quo facit, nam ſi exceptio iſta videlicet, delictum commiſſum eſt impunibile, impedit litis ingreſſum, ſecundum Barto. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confu. quem refert & ſequitur Iaſ. in rubric. C. vt nemo priua. circa princ. & idem voluit Iaſo. vbi latius loquitur in l. nam & poſtea. in prin. in ij. col. ff. de iureiurand. de quo dixi etiam in conſilio meo. incipien. ſpiritum ſapientiæ &c. in fin. Alia plura facientia ad materiam inquiſitionis formandæ, vide per Bertachi. in reperto. ſuo. in ver. inquiſitio &c. per diſcurſum illius verbi, plene loquitur in materia. Hippoly. de Marſi. Iuris Vtriuſque Doct.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cauſæ criminales non dirimuntur iuramento partis.*

2 *Iuramentum in ſupplementũ probationis an deferatũ in cauſis criminalibus. 4 5.*

3 *Statutum quòd de damno dato ſtetur iuramento damnificati, an habeat locum in cauſa criminali.*

4 *Furtum, & damnum ſunt diuerſa.*

6 *Reus confeſſus ſi non appareat de delicto ſaltem per famã, an puniendus.*

7 *Confeſſio impoſſibilis etiam ſpõtanea an noceat confitenti reo.*

8 *Confeſſio nõ veriſimilis an obſit confitenti.*

9 *Confeſſio incidenter facta an ſit potens ad puniendum confeſſum pœna ordinaria.*

10 *Confeſſio tempore inhabili facta an quicquam operetur. & quid ſi alias fuit contra eandẽ confeſſionem ſententiatum. numero 11.*

12 *Confeſſio coram iudice iuriſdictione carente facta non nocet confitenti quo ad plenam probationem.*

13 *Confeſſio partis confitentis non validat proceſſum cuius nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis iudicis.*

14 *Delegatus an poſſit condemnare reum de delicto ſtante inualiditate proceſſus, reo etiam delictum confitente.*

15 *Falſans literas delegati an tãtum puniendus quantum falſificans literas delegantis.*

16 *Delictum ſub ſpe gratiæ promiſſæ a iudice confeſſum an noceat reo, vt poſſit ex confeſſione condemnari.*

17 *Reus coram notario non cõmiſſo confitens, vel coram iudice pro tribunali non ſedente, an ſibi præiudicet.*

18 *Tabellio de conſenſu partium ſine iudicis præſentia non poteſt dicta teſtium recipere, nec iuramenta ſine commiſſione.*

19 *Notarius ſine iudicis commiſſione non poteſt confeſſionem recipere.*

20 *Probationes iudicis fiẽdę ſunt.*

21 *Confeſſio nuda cauſam non habens non nocet confitenti in ciuilibus.*

22 *Confeſſus ſponte, perſeuerare debet priuſquam condemnetur.*

23 *Reus confitens homicidium ad ſuam defenſionem perpetraſſe niſi probet defenſionem puniendus. Et qua pœna nu. 24*

25 *Confeſſio in dubio in fauorem rei interpretanda.*

26 *Confeſſio in ciuilibus confitenti non nocet & reuocari poteſt tanquam erronea, ſi non fuit acceptata per partem.*

27 *Renunciatio non acceptata per partem non nocet renuntianti.*

28 *Confeſſio rei per iudicem nomine reipublicæ accepta an ſit validior*

Et an ex interuallo fieri poſſit. 29.

30 *Confeſſio ſpontanea legitime facta derogat regulis iuris cõmunis.*

32 *Appellare pro capitaliter condemnato an & quando tertius poſſit.*

33 *Reus criminis renunciare defenſionibus ſuis non poteſt.*

34 *Reus ſponte delictum confeſſus non relaxatur fideiuſſoribus ſuper pœna pecuniaria imponenda.*

35 *Confeſſio ficta inducta a lege vel ſtatuto idem operatur quod vera.*

36 *Confeſſio ficta per ſtatutum inducta an validet proceſſum nullum 59.*

Et an ſit neceſſaria iudicis interlocutoria antequam operetur. 37.

38 *Talis quiſque non dicitur donec pro tali declaratus ſit.*

39 *Exequutio contra excommunicatum ante ſententiam declarationis ſuſpenſa eſt.*

40 *Notarius criminoſus ante ſententiam declaratoriam non eſt ab officio depoſitus.*

41 *Clericus homicida ante condemnationem non perdit beneficia.*

42 *Contumax antequam quis dicatur quid requiratur.*

43 *Acta inducunt notorium.*

44 *Iudicis declaratio in notoriis an requiſita Et an ſuper notoriis requiratur ſententia. 45.*

46 *Cõtumacia teſtatoris ante de*

clarationem

claratione m defuncti an præiu dicet hæredi.

47 *Confeſſio ficta per ſtatutũ præ textu erroris inducta an reuocari poſſit, & admittatur probatio in contrarium. Differentia inter veram confeſſionem & fictam à ſtatuto inducta qualis.*

48 *Bannum & condemnatio delicti ultra contumaciam reum cõuictum exigunt.*

49 *Firmitatem non habent quę de facto fiunt.*

50 *Reus ex præſumptionibus con uictus mitius puniendus, quàm ex probationibus.*

51 *Contumacia dicitur ficta probatio. Et eſt fictum delictum. nume. 52.*

53 *Sententia aduerſus contumacem lata reſpicit potius vitium contumaciæ, quàm ius partis.*

54 *Statutum concedens bannitum impunè occidi, an extẽdat ſe ad bannitum ex contumacia.*

56 *Statutum quo contumax habetur pro confeſſo, an requirat libellum præceſſiſſe, aut inquiſitionem.*

57 *Contumax in quibus caſibus non habeatur pro confeſſo.*

58 *Iuramentum appoſitum ſuper contractu nullo nihil operatur.*

60 *Statutum volens contumacem haberi pro confeſſo an & quando comprehendat mulieres, & ruſticos. Et an ſe extendat ad qualitatem delicti aggrauantem ratione perſonæ. 62.*

62 ctum, † non autem quo ad qualitatem delicti aggrauantem ratione perſonæ, vel aliter, vel et quo ad qualitatem perſonæ, in qua delinquitur. ita not. do. Pe. Anch. in conſi. ſuo cccc viij. pro quo faciunt dicta per Bal. in l. ſi aduerſarius. ver. ſed ſi nō opponatur. C. de fide inſtru. vbi dixit, ꝙ ſi quis debet ex forma ſtatuti haberi pro confeſſo. intelligitur ſuper intentatis tantum, & non ſuper aliis, quod eſt no. Item ſcias ꝙ contumacia
63 dicitur vitium. † l. ſancimus. C. de iudi. Item contumacia eſt peccatum mortale, ſecundū Abb. in c. j. in iij. col. extra de iudi. Item contumax dicitur infidelis. c. ſi qui ſunt præsbyteri.
64 † lxxxj. diſt. de quibus latius per Iaſ. in d. l. ſancimus. in pen. col. in fi. C. de iudi. Item in prædicta materia contumaciæ tene menti perpetuo vnum ſing. verbum: videlicet, ꝙ ſtatuta Italiæ volentia, ꝙ cōtumax habeatur pro confeſſo, non com
65 prehendunt † delinquentē exiſtentem extra territorium ſtatuentium, vnde ſi delinquēs eſt extra territorium bannientis, & citetur a iudice loci delicti hoc caſu ipſo non comparente, non habebitur pro confeſſo virtute dicti ſtatuti. ita ſingu. dixit d. Ant. in c. ꝓpoſuiſti. in ij. col. de foro comp. quod dictum pro valde ſing. refert & ſequitur d. Catal. in tract. ſyndic. in verſi. cccccxliij. incip. adde & tene menti perpetuo &c. quod dictū habet rationem in ſe per text. in l. fi. ff. de iuriſdi. om. iudi. & c. fi. de conſti. in vj. cum ſim. de quo etiam dixi in conſil. meo lxxxij. incip. ſcientiarum omnium largitor &c. in ix. char. Et ideo vt talis delinquens habeatur

beatur pro confeſſo ex forma dicti ſtatuti, cautela eſſet, ꝙ iudex loci delicti, qui non poteſt ipſum reum delinquentem exiſtentem extra territorium ipſius iudicis valide, & iuridice citare, mitteret literas iudici loci ubi eſt ipſe reus delinquẽs, et ipſum rogare, ꝙ in ſubſidiũ iuris uellet facere citare talem reum exiſtentem in ſuo territorio, vt debeat coram eo tali die perſonaliter comparere ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ: iuxta ea quæ dixi in ſing. meo cxxxviij incip. iudex vnius territorij &c. & dicta per Iaſ. in l. properandum. in. §. ſinautem reus. in j. & ij. col. C. de iudi. & per Bal. in conſi. ſuo ccccl. inci. quidam in terra Burgi &c. in ij. vol. quæ omnia tene menti: quia paucis ſunt nota. Scias etiã in hac materia contumaciæ, ꝙ ſtante dicto ſtatuto, ꝙ contumax habea-
66 tur pro confeſſo, ꝙ hoc † intelligitur per trinam citationem nec tali caſu ſufficit vna pro omnibus propter magnum præiudicium, quod inde ſequitur, ita dixit Bal. in l. receptitia. ante ſi. C. de conſti. pecu. quem refert & ſequitur d. Catal. in tracta. ſyndi. in ver. cccccxliij. incip. adde & tene menti perpetuo &c. in fin. Vltimo circa prædictam materiam contumaciæ ſcias etiam, ꝙ condemnatus per contumaciam, quæ ex forma ſtatuti habet vim cõfeſ-
67 ſionis, † non efficitur infamis. ita dixit Bar. in l. ictus fuſtium ff. de his qui not. infa. de quo latius per Alex. qui allegat alios tenentes hanc partem in conſi. ſuo cxiiij. incip. repetitus vt dicam &c. in vj. volu. alia etiam plura not. in materia contumaciæ. vide in repe. mea. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. in materia contumaciæ, vbi plura ſingularia poſui.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex in negatoriis rei qualiter ſe debeat gerere.*

2 *Quæſtio an poſſit inſligi ſine iudicis pronuntiatione. 20.*

3 *Indiciorum copia an dãda per iudicem reo non petenti. Et ſi non dederit an puniendus. 19.*

4 *Pœna iudici impoſita propter tardatam expeditionem qualiter intelligenda.*

5 *Iuramentum calumniæ nõ petitum, nec præſtitum, an annullet proceſſum.*

6 *Iudex ſuper nõ petitis nõ ſedet.*

7 *Iudex nemine petente defenſiones rei tenetur quærere.*

8 *Verbum debet poſitum in legẽ neceſſitatem importat.*

9 *Iudici commiſſum ex officio neceſſitatem inducit, niſi aliter expreſſum fuerit.*

10 *Iudex officium ſuum exercere debet non imploratum pro ſubuentione pauperum.*

11 *Perſonæ miſerabiles incarceratis comparantur.*

12 *Carceratorũ cã dicitur pia.*

13 *Legatum relictum incarceratis apud hoſtes etiam pro ma-*

leficio, vt redimantur, dicitur pium.

Iudex in actibus piis debet ſupplere ex officio.

14 Dotis cauſa pia eſt.

15 Ignoranti in his quæ ſunt iuris non ſuccurritur.

Incarceratos an excuſet iuris ignorantia in non conſulendo peritiores.

16 Factum difficile habetur pro infecto.

17 Ignorātia iuris in damnis euitandis nō nocet. Et quid in cauſa lucratiua trahente originem ab onerosa. 18.

21 Iudex plenas delicti probationes habens, an debeat tormentis reum dare.

22 Quæſtio in delicto per veras probationes liquido, locum non habet.

23 Torquendus nemo niſi in ſubſidium probationum.

24 Iudex torquens pro delicto per probationes claro tenetur in ſyndicatu.

25 Torqueri aliquē petens iurare tenetur de probationū defectu.

26 Probationes eneruātur per negationem in tormentis perſeuerenter aſtructam.

27 Accuſatio criminis torturam requirit poſtulatam quod ſecus in inquiſitione. Et quid lite non conteſtata. 28.

29 Iudex an poſſit torquere virtute primæ depoſitionis teſtium ſine reſumptione, & quæ ſuper hoc veniant ſeruanda. Et an teſtes veniant per iudicem examinandi. 30.

31 Torqueri an poſſit reus minor xxv annis & quomodo.

32 Actus ad præſtandam curatoris autoritatem ex breuitate tēporis nullus 33.

34 Cauſæ cognitio in quolibet actu eſt maximi momenti.

35 Abſolutio a iuramēto ſine cauſæ cognitione eſt inefficax.

36 Statutum, quòd liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione non valet.

37 Diſpenſatio inferioris à papa ſine cauſæ cognitione nullius effectus eſt.

38 Iudex aliquem ſpolians ſine cauſæ cognitione, ante omnia ille venit reſtituendus.

39 Iudex ſine cauſæ cognitione procedens, homini priuato cōparatur, cui non obediendum eſt.

40 Reſcriptum vetans cauſæ cognitionem, eſt de falſo ſuſpectū.

41 Iudicis iuſſus, ſine cauſæ cognitione non excuſat à pœna.

42 Commiſſio iudicis cum cauſę cognitione ad tempus ſucceſſoris protenditur.

43 Cauſæ cognitio eſt de iure diuino, nec eſt omittenda.

44 Authoritas in actu inſerenda, ſine cauſæ cognitione & illius

lius mentione in inſtrumento, corruit.

45 *Statutum, ꝙ mulier & minor non obligentur ſine iudicis authoritate, cauſæ cognitionem in inſtrumēto inſertã requirit.*

46 *Confeſſio minoris facta in præſentia iudicis ſine curatore, an valeat.*

47 *Mulier prægnans non torquẽda donec repererit. Nec etiam intra quadraginta dies à die partus.* 48

49 *Prægnans non cogenda vt veniat ad teſtimonium ferendum, ſi ſit periculũ partus in itinere.*

50 *Statutum de bannitis impunè occidendis non includit prægnantem.*

51 *Clericus ex quibuſlibet indiciis non torquendus, niſi ſit infamis.*

§. NVnc videndũ eſt, quid fiendũ ſit a iudice, qñ reus reſpondet inquiſitioni negãdo omnia cõtenta in inquiſitione eſſe vera: in quo dicas, ꝙ tunc iudex debet dare copiam indiciorum reo receptorum contra eum, cũ termino cõpetenti ad illa purganda, cum comminatione, ꝙ ſi illa in illo termino non purgauerit, ꝙ illa purgabit cũ tortura, ita dixit Ange. de Are. in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica. in j. char. in
1 verſi. & ſic bene not. † & in eodem tractatu in eodem ver. in verſi. item aduertas ꝙ non ſufficit &c. & ibi in addi. & idem voluit Gandi. in ſuo tractatu maleficio. in rubrica inci. quæritur nunquid torquendus ſit audiendus. & in eodem tractatu ſub rubrica de quæſtio. & tormen. in iiij. col. in verſi. ſed ꝗd erit de quæſtione &c. & voluit Bar. in l. fin. in pe. q. ff. de quæſtio. & Bal. in l. ij. in prin. C. de eden. & no. doct. in c. cum oporteat. de accu. & Pau. de leaza. in commento. c. grauis. de depoſito. circa vlti. col. in ver. quid ſi torquendus quærit &c. & alle. plures rationes; quas ponit do. Alex. in conſi. ſuo. lxv. inci. habita ſuper contentis &c. in primo volu. in j. colũ. & voluit Ang. et Imo. in l. cuſtodias. ff. de publi. iud. Bar. in l. vnius. in. §. reus, & in. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & in l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adulte. de quo etiam per do. Barth. Cepo. in conſi. ſuo lxiiij. incip. ſuper articulo &c. & in conſi. ibi ſequenti. Et dixit Bart. in cõſi. ſuo inci. pũctus quæſtionis &c. ꝙ etiam data dicta copia indiciorum, non poteſt procedi ad
2 torturã, † niſi primo pronuntietur per iudicem deueniendum eſſe ad torturam; quod dictum refert & ſequitur do. Franciſ. Bru. in tract. ſuo de indicijs & tortu. in ix. char. in iiij. colum. vbi etiam ſubdit, ꝙ ſi fiat pronuntiatio iudicis, ꝙ deueniendum ſit ad torturam, quod a tali pronuntiatione licet ſit interlocutoria, poterit appellari per ipſum reũ, cum contineat grauamen irrecuperabile. alleg. Bart. & alios in l. fin. ff. de ap-

reci.

reci. & Bal. in l. ij. C. de epiſco. audi. de quo per do. Fran. in d. ſuo tract. in d. loco. & per Gan. in trac. male. ſub rub. de quæſt. & tortu. in iij. col. ver. ſed quid de quæſtione de facto &c. de quibus etiã dixi in l. j. in prin. in iij. col. ff. de quæſt. in ver. ter tio requiritur &c. Sed põt hic quæri de vno, videlicet, vtrum talis copia indiciorum debeat per iudicem dari reo non petẽ
5 ti, † ſed ſolum ſi illa petat: in quo dico aduertendum eſſe. Nã primo videtur dicendum, ꝙ iu dex non teneatur dare dictam copiam indiciorum cum dicto termino reo non petenti. argu. tex. multum not. in l. vnius faci noris. in §. cognituturum. in verbo, reo poſtulante &c. ff. de quę ſtio. vbi dicitur, ꝙ defenſio nul lo tempore eſt per iudicem de neganda reo poſtulante. ex quo tex. poteſt īferri in caſu noſtro, ꝙ reo poſtulante danda ſit ta lis copia indiciorum, alias ſe cus, vt probat ille tex. a contra rio ſenſu. ad quod vide Ang. de Are. in lib. maleſi. in verbo, fa ma publica. in v. char. in verſi. item aduertas. et ibi omnino in addi. pro quo faciunt nota. per Gand. in tract. ſuo maleſic. ſub ſub. de homicidiarijs. in ij. col. poſt princ. Quinimo etiam ſi iudex ad hoc teneretur ſub pœ na ex forma legis vel ſtatuti, tamen non caderet in pœnam, ſi dictam copiam non daret, ſi ad hoc non eſſet requiſitus per ipſum reum. Ita in ſimili dixit Abb. in c. pe. in pen. col. in ver ſi. & nota vnum pulchrum di ctum. nu. 19. de iudi. vbi dixit, ꝙ vbi iudici imponitur pœna, ſi cauſam non expedierit intra inſtantiam, quod intelligitur, quod comittatur pœna, ſi pars
4 petat & inſtat † apud iudicem, quod cauſam ipſam expediat, alias non cadit in pœnam, ſi di ctam cauſam non expedierit in tra tempus inſtantię: et idem di xit d. Catal. in tract. ſuo ſyndi. in verſi. xlij. incip. adde ꝙ ſi iu dex &c. & Bald. in conſil. ſuo lxj. incip. ſuper contentis &c. in vj. col. & Barba. in c. conſu luit. in iiij col. de offi. deleg. in rub. extra de accuſa. in j. col. et in c. de cauſis. in vj. col. de offi. deleg. & in conſi. ſuo xxxij. in cip. viſo præſentis conſultatio nis pũcto. in j. col. in ij. vol. vbi plura iura, & plures doctrinas allegat ad hoc. Pro quo etiã facit tex. in l. j. in. § magiſtrati bus. ff. de magiſtra. conue. vbi dicitur, ꝙ magiſtratus, qui non dedit tutorem vel curatorẽ mi nori, tenetur, ꝙ eſt verum, di cit tex. ſi īterpellatus fuit alias non. Et faciunt dicta per Ioan. Cald. in conſi. ſuo iij. in titu. de pœn. vbi dicit ꝙ ſi per ſtatutũ imponitur pœna iudici ſi non adminiſtrauerit iuſtitiam, quod hoc caſu ſi non adminiſtrauit, quia non fuit hoc petitum per partem, ꝙ non cadit in pęnam, allegat iura de quibus ibi per eum. ad prædicta etiam facit glo. nota. in l. vniuerſa. in ver. præbeatur. C. de præci. imper. offe. vbi tex. dicit ꝙ habẽs ter minum ſeu dilationem ſoluen di creditoribus ſuis, tenetur ſa tiſdare de ſoluendo finito ter mino dilationis, alias non gau det commodo dictæ dilationis. & glo. ibi dicit hoc eſſe verũ, ſi talis ſatiſdatio petatur a cre ditore, alias ſecus &c. Et dicit ibi

ibi Pau. de caſt. in fi. per illam
gl. ꝙ quando lex vel ſtatutum
mandat fideiuſſores præſtare,
alias annullat actum, puta quã
do forenſis agit cõtra ciuem te-
neatur præſtare fideiuſſorẽ de
expenſis ſoluendis, alias nõ va
leat proceſſus: modo pone ꝙ fo
renſis ægit contra ciuem, & nõ
præſtauit talem fideiuſſionem,
quia non fuit petitum: opponi-
tur ꝙ proceſſus eſt nullus, dicit
Pau. de Caſt. ibi in contingẽtia
facti dixiſſe hoc non eſſe verũ,
ſi non fuit petita, de quo ibi la-
tius per eum. pro quo allegat l.
peto. §. fratre. ff. de lega. ii. in
verſ. ꝙ ſi cautio non fuerit, ab
eo, q̃ primo loco admiſſus eſt,
deſiderata, &c. Et dicit etiam
facere quod dicitur de iuramẽ-
to calumniæ, ꝙ niſi præſtetur
non valet proceſſus, nã hoc eſt
5 verum † ſi fuerit petitũ, alias
ſecus, alie. not. in l. ſecunda, in
§. ſed verum. C. iura. calum. &
in c. i. eo. ti. in vi. Et dicit Pau.
de Caſt. in dict. l. peto. in di. §.
fratre. ꝙ illum textum ipſe a-
liquando allegauit ad quæſtio-
nem ſtatuti dicentis, ꝙ appel-
lans, vel petens reſtitutionẽ de
beat cauere cum fideiuſſore de
reficientis expenſis, & aliter
proceſſus factus nõ valeat: quæ
ritur ſi cautio non fuit petita,
nec eã obtulit, ſed in cauſa pro
ceſsit, vtrum proceſſus ſit nul-
lus: & dicit ꝙ ille text. facit
ꝙ non. & ꝙ dictum ſtatutum de
bet intelligi, ſi fuit petita & nõ
præſtita: nã vſufructuarius non
facit fructus ſuos, niſi cautio-
nem præſtiterit de vtendo &
fruendo arbitrio boni viri:
& tamen ſi ſciente & patiente
proprietario vſus eſt non præ-
ſtita cautiõe, facit fructus ſuos,
allegat notata in l. vxori per
Bar. ff. de vſufruc. leg. Et illam
doctrinam Pau. de Caſt. in d. §.
fratre. refert & ſequitur d. Fe-
li. in ca. ſicut. in iiii. colum. de
reſcri. & d. Alex. in conſi. ſuo
ccccxliij. ſecundum or. meum
incip. viſis narratis: &c. & fa-
ciunt etiam pro iſtis alia plura
& plura quæ adduxi forte vl-
tra omnes in l. vnius facinoris.
in §. cogniturum. in ii. & iii. co
lum. ff. de quæſtio. vbi videas.
Item pro hac parte, ꝙ iudex
non teneatur dare reo copiã in-
diciorum ſi ipſe reus non petie
rit: facit optime in argu. regu
la illa iuris, videlicet, ꝙ offi-
cium iudicis non impartitur ni
ſi petẽtibus: vt habetur i l. iiij.
in. §. hoc autem iudicium. ff. de
dam. infec. cum ſi. ibi a doc. al-
legatis. Item facit etiam alia
6 regula videlicet, ꝙ ſuper † nõ
petitis iudex non dicitur ſede-
re, de qua habetur per Bald. in
cap. j. in prin. vt lite non conte.
vbi allegat text. quẽ dicit ſing.
in l. ſi ex teſtamento. ff. de ex-
cep. rei iudi. & idem dixit Pet.
de Anch. in cõſilio ſuo clxvj.
inci. viſis diligenter omnibus
&c. circa med. verſic. ſecundo
principaliter, & Bald. in conſi.
lxj. inci. ſuper contentis. in vi.
volu. Pro quibus etiã faciunt
dicta per Bald. in cap. j. de con
ten. inter me. & dominũ de por.
feu. & in l. cum Papinia. in ij.
col. C. de ſenten. Et ſic ex iſtis
omnibus videtur dicendum, ꝙ
ſi reus nõ petat dictam copiam
indiciorum cum termino com-
petenti ad illa purganda, ꝙ iu-
dex non teneatur eam ſibi da-
re, ſed poſsit procedere ad vlte
riora.

riora. Sed in contrarium, ꝙ imo iudex debeat dare reo dictã copiã indiciorum, ẽt ſi ipſe reus illam non petat, facit, nam iſta datio copiæ indiciorum eſt defenſio: eo quia habita tali copia, ipſe reus poteſt opponere contra perſonas, & cõtra dicta teſtium examinatorum ſuper dictis indicijs: & hoc ſatis de ſe patet. Sed iudex ex officio ẽt nemine petente debet quærere
7 †defenſiones rei. l. ſi non defendantur. ff. de pœn. volunt doct. in l. j. §. fin. ff. de quæſt. per illũ tex. & voluit do. Alex. in cõſi. ſuo ccccclxxxvj. incip. pulchre reſpondet &c. in fin. & Angel. in conſi. ſuo xxxviij. inci. factũ tale eſt, Chriſtoforus Petri &c. in vlt. col. ante fi. & Raph. Cuma. in conſi. ſuo cxxxiiij. inci. viſis denuntia. &c. in ij. colum. poſt medium. & Bar. multũ no. in conſi. ſuo c. incip. a do. Cyn. de Bononia. in vlt. col. & in cõſil. cvij. incip. viſis omnibus ſtatutis. & in l. iiij. in. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infect. & in conſi. ſuo inci. factum ſic proponitur. Bernanducius percuſſit Herculanũ &c. quẽ refert & ſequitur affirmando hãc partem Pau. de Caſt. ĩ cõſi. ſuo xxxiij. inci. ſuper primo quęſito. in ij. col. & idẽ voluit ipſe Paul. de Caſt. in cõſi. ſuo ccvij. inci. ſuper j. in vlti. col. & Cepo. in cõſi. ſuo xlvj. inci. quidã dñs &c. in vlti. col. & in cõſi. ſuo xlvij. inci. quanq̃ in vlt. col. Et dixit Bart. in d. conſi. cvij. inci. viſis omnibus &c. quod iudex debet quærere innocentiam partis, etiam ſi ſe non defendat per d. l. ſi non defendantur. & dicit quod non ſolum hoc debet facere ante ſententiam, ſed etiã poſt ſententiam: & ſi eum non reperiat culpabilem, debet facere, quod poteſt vt abſoluatur. ita formaliter dicit Bartol. in d. conſi. quod eſt ſumme not. & idem tenet Do. de ſancto Gemi. in conſi. ſuo xxvj. incip. caſus &c. in ij. colum. de quo etiam dicam infra. Itẽ pro hac parte quod iudex teneatur dare reo etiam non petenti copiam indiciorum probatur ex text. d. l. ſi non defendantur. quoniam verbum de-
8 bet, appoſitum †in illa l. ſi non defendantur, eſt neceſsitatis, & importat neceſsitatem, ſecundum gloſ. in clemen. attendentes. in verbo, debet. de ſta. mo. quã approbat d. Fely. in c. exceptionem in iij. colum. de exception. circa med. & probatur in l. j. ff. ꝙ quiſque iu. & in l. prætor. in prin. ff. de eden. & voluit glo. & ibi doc. in c. propoſuit. de appel. & Bartol. in l. iij. C. de pig. & Ang. in l. j. C. qñ & quando iu. Pro quo etiã facit. nam quando committitur aliquid iudici expediendum ex
9 †officio, ſemper illud intelligitur eſſe neceſsitatis, niſi expreſſe diceretur, quod eſſet in eius arbitrio facere vel non facere. ita dixit Card. in d. c. exceptionẽ. vbi ẽt dicit ſe dixiſſe in c. j. de dilatio. & eũ refert & ſequit do. Fely. in d. c. exceptionẽ. in ij. colũ. ergo ex iſtis ſatis apparet, ꝙ licet reus non petat talẽ copiam indiciorũ, attamen iudex iuſtus & rectus ſecundũ rigorem & æquitatem debet eam dare ipſi reo. Item pro hac parte facit, nam iudex debet exercere officiũ ſuũ ẽt nõ implora-

10 ploratū, quando† tale officium reſpicit miſerabiles perſonas, vel actū pium, vel cauſam piā ſecundum Bar. Alex. & alios. in l. iiij. in. §. hoc aūt iudicium. ff. de dam. infec. Sed carcerati dicuntur miſerabiles perſonæ,
11 †vt voluit Bart. in tracta. ſuo carceratorum. in fi. & eſt text. & ibi doc. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſco. & cle. & docto. in l. j. C. quando impera. inter pup. & viduā. & Cy. in l. fin. C. ſi quis alteri vel ſibi. & Moder. in l. diuus. ff. de ferijs. Item cauſa carceratorum dici-
12 tur† cauſa pia, vt voluit Bar. in d. tract. in fin. & legatū factū pro redemptione captiuorum, etiam ſi ſint carcerati pro maleficio, dicitur piū, ſecundū gl. in c. ſacrorū canonum ſtatuta xij. q. ij. quem refert & ſequitur Bal. in l. illud. in prin. C. de ſa-
13 croſanct. eccle.† Et ꝙ tale legatum factum carceratis dicatur pium, tenuit etiam Bald. & alij in l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. & in l. nulli. C. de epiſco. & cleri. & in authen. ſimiliter. C. ad l. fal. ergo tali caſu iudex debet imparti re officiū ſuum etiam non imploratum: et ſic cum cauſa carceratorum ſit pia, & ipſi carcerati ſint miſerabiles perſonæ, debet iudex dare reo carcerato copiā indiciorum cū termino competenti ad illa purganda, ēt reo non petente, per prædicta. Ex quibus apparet hanc quæſtionē eſſe dubiam & ambiguam. Quid ergo dicendū? Mihi videtur pro cōcordia eſſe diſtinguendum hoc modo videlicet, ꝙ aut reus carceratus, eſt homo idiota vt ruſticus, mulier, vel pupillus, vel alius veriſimiliter minores ſuris ſolennitates, & homo veriſimiliter neſciens facere ſuas defenſiones. Aut eſt homo prudens, vel literatus, vel talis conditionis, qui veriſimiliter ſcit petere talem copiam & ſcit facere defenſiones ſuas.

Primo caſu, teneo ꝙ iudex ex officio ſuo ēt ipſo reo nō petente teneatur dare ſibi copiam indiciorum cum termino competenti ad illa purganda, ad qđ moueor arg. text. not. in l. nec quicquam. in. §. circa aduocatos. ff. de officio proconſul. vbi dicitur, quod vbi iudex debet exercere officium ſuum circa miſerabiles perſonas, put ſunt mulieres, pupilli & ſimiles: tūc ſiue ipſi tales petant, ſiue nō petant, tamen iudex vltro debet eis dare aduocatos. Et illum text. ad hoc pro not. allegat Bart. & poſt eum do. Alexan. in d. l. iiij. in. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & hoc voluit Cyn. in l. j. in xiiij. q. ff. de iuriſdict. omn. iudi. quem refert & ſequitur do. Alex. in d. §. hoc autem iudicium, poſt princi. vbi reſpondet ad iura, quæ videntur contraria. Et vltra prædicta, quod in actibus pijs iudex debeat ſupplere ex officio, voluit etiam Bald. in l. mulierem. per illum textum. C. ſi mancipi. ita ve. ne proſtituatur. & Innocen. in cap. ad noſtram. de iureiuran. Bald. in l. nec quicquam in. §. vbi decretum. in colum. x. de offic. procōſul. & in authen. ad hæc. in fin. C. de vſur. & in l. vnica. in xvij. colum. C. de confeſsis. & Angel. in l. hæreditas. §. primo. ff. de peti. hære.

& Lud.

& Ludo. Roman. in authenti.
ſimiliter. in xj. ſingula. C. ad
leg.falcid. & dicit etiam ipſe
domi. Alexand. in d.§.hoc au-
tem iudicium, pro hac parte
bene faceret text. in l. ſi cum
dotem.§.eo autem tempore.ver
ſicu. necnon illud quoque. ff.
ſolut. matrimo. vbi probatur,
quod in cauſa dotis iudex in-
terponit officium ſuum etiam
non petitum: quia cauſa dotis
14 †eſt cauſa pia. l. cum is .§. ſi
mulier.ff. de condi.inde. & no
tat Bartol. in l.ſi conſtante.in
ix. quæſtio.j.partis. in fine.ff.
ſolut.matrimo. & in l. ſi ego.
in princi.ff. de iure dot. & vo
luit etiam Rapha. & Paul. de
Caſt. dicto.§. eo autem tempo-
re. ponderantes illum text. ad
hoc ſcilicet, ꝙ in cauſa dotis
iudex interponit officium ſuũ
etiam non petitum. Et pro
hac parte quod iudex debeat
dare ex officio ſuo copiam in-
diciorum reo, illo etiam non
petente, quando talis reus eſt
homo groſſus, in expertus, &
literarum ignarus, & talis qui
veriſimiliter neſcit facere ſuas
defenſiones,facit optime in ar-
gumen. text. in l. iij.§. præ-
terea.ff. de ſuſpec. tuto. & fa-
ciunt not. verba Paul.de Caſt.
in dicta l. iiij. in.§. hoc autem
iudicium. in fin.ff. de dam. in-
fect. Et facit etiam in argu-
men. rubrum & nigrum tituli.
C. vt quæ deſunt aduoca. par.
iud. ſupple. Et profecto durum
& iniquum ac abſurdum eſſet,
quod in tali caſu tractatur de
tortura rei, & ſic de præiudi-
cio irreparabili, poſſet proce-
di contra ipſum reum ad tor-
turam non data ſibi copia indi-
ciorum ipſo neſciente illam pe
tere, & ignaro defenſionum iu
rium ſibi competentium. Nec
obſtat ſi diceretur, quod non
eſt ſibi ſuccurrendum in hoc,
quoniam in his quæ ſunt iu-
15 ris†ignoranti non ſuccuritur,
vt eſt text. in l. iuris. & in l.
error.& in l. regula. ff. de iu-
ris & facti ignoran.& hoc non
ſolum procedit in maſculo, ſed
etiam in fœmina l. emancipa-
ti.& l. quamuis. C. de iuris &
facti ignoran.l.iuris.C. qui ad-
mitti. Sed iſte reus poterat
conſulere peritiores, & aſſu-
mere procuratores & aduoca-
tos, qui talem copiam indicio-
rum accepiſſent ſeu petijſſent
pro eo: ergo iudex non debet
ſupplere ex officio aliquo nõ
petente. Quoniam reſpondeo
quod prædicta non obſtant, eo
quia communiter(vt docet ex-
perientia) iudices tenent reos
criminis in carceribus ſecre-
tis,& non permitunt, quod ipſi
poſsint alloqui nec procurato-
res nec aduocatos, nec aliquã
aliam perſonam,donec non eſt
completus proceſſus, & non eſt
datus terminus ipſis reis ad fa-
ciendas eorum defenſiones, &
hoc faciunt iudices, ne ab ali-
quo inſtruantur ad occultan-
dum delictum, & ſic iura præ-
dicta non habent locum in eis,
cum non ſit in poteſtate eorum
conſulere peritiores. Quando
enim eſſet in poteſtate eorum
conſulere peritiores, & non
conſulerent:tunc poſſet eis im-
putari, & iuris ignorantia eos
non excuſaret, vt eſt text. in
l.regula.§.ſed iuris.ff. de iuris
& fac. ignoran. & ibi gloſſ. in
verſi. raro & in dicta l. iuris.

C. qui admitti. vbi late per
Alexand. qui referendo Bald.
& Ludoui. Roman. dicit quod
nedum hoc habet locum quan-
do reus omnino non poteſt con
ſulere peritiores, ſed etiam ha
bet locum, quando non facile
poſſunt conſulere. Et quando
quis facile non poteſt facere
16 aliquid, † perinde eſt, ac ſi il-
lud facere non poſſet, ſecundū
gloſſ. in cap. quamuis. in ver-
bo continuatis. de officio or-
di. in vj. Et facit gloſſ. in cap.
faciat. xxij. quæſt. ij. quæ vult,
quod illud dicitur non poſſe fie
ri, quod commode fieri non po
teſt, pro quo faciunt dicta per
Cardina. in cap. perpendimus,
extra de ſenten. excommu. &
ibi domi. Fely. ponit plura no-
ta. dicta in propoſito. in cap.
accepimus. in ij. colum. de fi-
de inſtrumen. ad quod etiam vi
de Bald. in conſi. xxix. inci-
pien. caſus. vir donauit &c. in
ij. colum. in iij. volumi. Præ-
terea etiam conſiderandum eſt,
quod iura loquentia in ignoran
tia iuris, quæ non excuſat igno
rantem, loquuntur in lucris ac-
quirendis, quæ non excuſant
etiam mulierem tractantem de
lucro: & tamen excuſat talis
ignorantia, quando tales non
potuerunt conſulere peritiores
vel non facile potuerunt, & ſic
in lucris captandis: quanto er-
go fortius, vbi agitur de dam-
no euitādo habet excuſare igno
rantia iuris, quando non poteſt
haberi facultas conſulendi pe-
ritiores. Et regulariter igno-
rantia iuris non nocet in dam-
17 nis † euitandis, prout eſt in ca-
ſu noſtro, vbi agitur de graui
& magno præiudicio, vt habe-
tur in l. iuris, & in l. error. ff.
de iuris & facti ignoran. & vo
luit gloſſ. in l. regula. eod. titu.
Et adeo eſt vera dicta regula,
quod ignorantia iuris non no-
cet in damnis, quod etiam ſi eſ-
ſet cauſa lucratiua, quæ tamē
haberet originem a cauſa one-
roſa, quia non cenſetur eſſe lu-
18 crum, † ſed imo onus, dato ꝙ lu
crum afferat, vt voluit glo. ſin
gu. in l. ſi donaturus. §. fina. in
gloſ. vltima & ibi Bal. ff. de do
na. ob cauſam. & ibi Iaſo. qui
allegat multas concordantias.
& in l. ſi emancipata. C. de iu-
ris & facti ignoran. etiam ta-
li caſu iuris ignorantia non no
cebit ignoranti: ita ergo in ca-
ſu noſtro iſta iuris ignorantia
non nocebit reo ſi ipſe non po-
tuerit conſulere peritiores, &
per eum non ſteterit, ꝙ eos non
conſuleret. Apparet igitur ex
prædictis, quod non obſtat di-
cta oppoſitio. Item apparet etiā
quod talibus perſonis miſera-
bilibus iudex tenetur dare co-
piam iudiciorum, etiam ſi illa
non petierint. Et ideo cum in
tali caſu adhoc teneatur, ſequi-
tur quod ſi eam copiam nō de-
derit, debet puniri ſecundum
19 Bar. & Alex. † in d. l. iiij. in. §.
hoc autem iudicium. & maxi-
me cum hoc videatur feciſſe do
loſe prout in dubio videtur fe-
ciſſe, vt dicit Bar. & latius Ale
xan. in d. l. iiij. §. hoc autem iu-
diciū. alias eſt in. §. in eū quic-
quid. ff. de damn. infect. Se-
cūdo vero caſu ſi eſt homo pru
dēs, ſagax, literatus, vel exper-
tus vel talis qui veriſimiliter
ſcit petere talem copiā, & ſcit
facere ſuas defenſiones, & tunc
habent locum iura primo loco
allegata

allegata videlicet,quod talibus
perſonis iudex non tenetur da
re talem copiam,ſi eam non pe
tierint. imputent enim ſeipſos
poſtquam poterant,& ſciebant
petere dictam copiam, ſi illam
nō petierint:nec hoc caſu poſ-
ſunt ſe conqueri de iudice, eo
quia damnum , quod quis ſua
culpa ſentit, ſibi imputet & nō
alijs,vt in regula , damnum.de
reg.iur.in vj. cum concordan.
ibi poſitis. Pro quo facit etiam
regula illa, videlicet , ꝙ ſcien-
tia & patientia cum taciturni-
tate æquiparatur conſenſui, ſe-
cundum Bar.& Aug. in l.ſi fi-
lius.C.de peti.hære.& in l.qui
in aliena.§.ſed & ſi non adie-
rit.ff.de acquir.hære.de quo la
tius dixi in ſing.meo.lxxxvij.
incip.patientia &c.Tene men
ti prædicta : quia hæc quæſtio
ſæpe contingit de facto. Da-
ta autem dicta copia cum ter-
mino ad purgãda dicta indicia
ſi in tali termino reus non pur-
gauerit dicta indicia aliquo mo
do, iudex per ſuam interlocu-
toriam pronũciabit indicia da-
ta reo cum termino nō eſſe pur
gata, & ideo deueniendum eſſe
20 ad torturam.†ita dixit.domi.
Fran.Bru.in ſuo tract. de indi.
& tor.in ix.char. in iiij. colũ.
vbi dicit,ꝙ hoc voluit Bar. in
conſi.ſuo inci.punctus quæſtio-
nis talis eſt &c. de quo latius
dixi in l.j.in prin.iij.colum.ff.
de quæſtio. & hoc facto iudex
poſtea ponet reũ ad torturam.
Quod tamen ſane intellige, qñ
aliæ probationes haberi non
poſſunt de ipſo delicto : ſecus
21 autem ſi iudex † haberet ple-
nas probationes delicti : quia
tunc non debet ponere reum ad
torturam,cum certus certiora-
ri non debet. l. j. in fin. ff. de
actio.emptio.l.ij.ff. de eden.l.
ſi legibus.C.de epiſco. audien.
cum ſimi. de quo plenius dixi
in l.j.in princi.in iij.colum.ff.
de quæſtio. Et ideo dixit mul-
tum no.Ang.in l.& ſi certus.ff.
22 ad Sylla.†ꝙ ſi maleficium eſt
liquidum per veras probatio-
nes, quod tunc iudex male fa-
cit ponere reum ad torturam:
ideo tenetur tali caſu in ſyndi-
catu. & idem dixit do. Catal.
in tracta. ſyndi.in verſicu. clj.
incipien. adde quando &c. &
faciunt dicta per Cyn. in l. ij.
C. quorum appel. non recip.
vbi dixit, quod iudex malefi-
ciorum qui reum plene conui-
ctum torquet,vt confiteatur de-
lictum & ſic vt apud acta repe
riatur confeſſus & conuictus ad
hoc vt nō poſſet appellare iux-
ta dicta l.ij. male faciunt: quia
23 nemo † eſt torquendus, niſi in
ſubſidium probationum. Item
hanc opinio. quod liquidato
delicto per probationes reus nō
debeat torquori§, alias iudex
torquens teneatur in ſyndica-
24 tu,tenet † d. Franciſ.in ſuo tra-
cta. de indi.& tortu.in x.char.
in prima colum.& idem tenet
domi. Auguſtin. de Arim.in
additio.ad Angel. de Aret. in
tracta. maleficiorum. in ver-
bo, fama publica. in xv.char.
in verſicu.ſecundo quæro &c.
Pro quibus faciunt dicta per
Bald.in l.j.in ij.colum. in ver.
vlterius not.C.de iura.calum.
vbi dixit, quod ille qui petit
aliquem torqueri debet primo
25 iurare† quod non habet alias
probationes, quam torturam.
Et ideo dixit Ioan.And. in c.

cum in contemplatione. de re-
gul. iur.ꝙ de facili non eſt de-
ueniendum ad torturam.Et fa-
cit etiam,nam ad hoc vt iudex
poſsit deuenire ad torturā con
tra reum,oportet,vt dixi,ꝙ nō
ſint aliæ probationes , niſi ipſa
tortura : alias ſi alia probatio
eſt contra eum,nō poteſt iudex
deuenire ad torturam . ita pro-
bat text.in l.diuus Pius. & in
l.edictum.& ibi doc.ff.de quę-
ſtio. & text.in l.quoties.C.eo.
tit.& hoc firmat Gandi. in ſuo
tractatu malefici. ſub rubri. de
quæſtio.& tormen.in prin.vbi
dicit , ꝙ iudex qui quæſtionem
de aliquo habere intendit , de-
bet habere hanc conſideratio-
nem,vt non facile nec repente
procedat ad eam,ſi aliqua alia
leuiori via poteſt obiecti crimi
nis veritas haberi, quantūcun-
que adſint indicia vel veriſimi
lia argumenta . Et idem etiam
dixit Ange.de Are. in tractat.
ſuo maleſi. in verbo, fama pu-
blica in xv. char.in ver.ſecū-
do quæro &c. Pro quo dicit
facere text. ind l.edictum , &
ibi Bart.Et ſubdit ꝙ iudex de
bet eſſe cautus, & facere appa-
rere in actis,ꝙ ipſe iudex non
valens aliter veritatem habe-
re declarauit deueniendum eſſe
ad torturam,alias autem poſſet
teneri in ſyndicatu . Et ſic iſta
eſt communis opi.doct. ꝙ pro-
bato delicto iudex non poſsit
ponere reum ad torturam . de
quo dixi etiam in l.j.in prin.in
iij.col.in verſi,quarto requiri-
tur.ff.de quæſt.& in repe.mea.
l.fin.in lxxxvj.char.C.de pro
ba.& in ſingu.meo.cviij.incip.
alias fui interrogatus &c.& in
conſil. meo incip. licet nedum
plene.in xiiij.chart.ꝙ eſt in or
dine lj. vbi etiam latius loqu-
tus ſum . Quinimo tene menti
perpetuo ꝙ ſi iudex habet ple
nas probationes maleficij , &
vult etiam habere cōfeſsionem
maleficij ab ipſo reo,vt ſit con
uictus & confeſſus, & non poſ-
ſit appellare,iuxta l.ij. C.quo-
rum appella.non recipi.& ideo
facit ipſum reum ponere ad tor
26 turam: tunc ſi ipſe reus† in tor
tura perſeuerat negando , tunc
iudex non poterit vlterius eum
cōdemnare de dicto delicto vt
antea poterat ex plenis proba
tionibus contra eum exiſtenti-
bus : quia per talem torturam,
& negationem, & perſeueran-
tiam ipſius rei probationes,quę
erant contra eum ſunt debili-
tatæ , & magis videtur verum
illud quod ipſe reus dicit,& ne
gat cum perſeuerantia , quam
illud quod depoſuerunt teſtes
contra eum receptos . Ita ſing.
& egregie dixit Alberi.de Ro
ſa.in l.edictum.per glo.ibi. ff.
de quæſtio . vbi etiam ego di-
xi.Quod dictum pro valde no.
refert & ſequitur do. Bart. Ce-
po.in conſ.ſuo.xxiij.incip.qui
dam ruſtici &c.vbi alia addu-
cit . De quo ego latius dixi in
ſingu. meo cclxij. incip. quod
potui nolui &c. Item ante-
quam reus torqueatur ſi ſumus
in accuſatione, requiritur ꝙ ac
27 cuſans † petat & requirat a
iudice, ꝙ ipſe iudex ponat reū
ad torturam,alias ipſo accuſa-
tore hoc nou requirente iudex
non poteſt nec debet ipſum po-
nere ad torturam : ſecus autem
in inquiſitione,ita dixit Bal. in
c.j.in §.iudices.in iij.col.verſ.
quæro, vtrum.de pa. iur . fir.

de quo etiam dixi in dict.l.j.in
prin.in iiij.colum.verſi.requi-
ritur & quinto &c. ff. de quæ-
ſtio. Item requiritur etiam ꝙ
28 lis ſit conteſtata, † & nomen
rei ſit receptum inter reos, ſe-
cundum Bart.in l.ſi adulteriũ,
in princip.per illum tex. ff. de
adult. de quo etiam dixi latius
in d.l.j.in prin.in iiij.col.ver.
ſexto requiritur. ff.de quæſtio.
vbi etiam poſui quando nomẽ
rei dicatur poſitum inter reos,
& quid hoc ſignificet. Et ad-
uertas diligẽter ne erres vt vi-
di doctiſsimos viros, inexper-
tos tamen errare. Nam quãdo
reus negat contenta in inquiſi-
tione vel accuſatione fore ve-
ra, & iudex vult ſibi dare co-
piam indiciorum, vt poſtea de-
ueniat ad torturam, ꝙ tunc ip-
ſe iudex debet facere citare
reum, & eum ducere coram ſe:
& ſimiliter habeere coram ſe
illos teſtes, quos primo exami-
nauit pro indiciis habendis, &
29 eis † deferre iuramentum in
præſentia ipſius rei, & eos ite-
rum repetere & examinare:
alias niſi primo hoc fecerit, nõ
poſſet iudex procedere ad tor-
turam vigore primæ depoſitio-
nis dictorum teſtium: eo quia
ipſe reus non fuiſſet citatus ad
videndum iurare teſtes contra
eum vt requiritur. & per con-
ſequẽs dictum eorum nihil ope
raretur: nec quo ad plenam pro
bationem, nec etiam quo ad in-
dicia. ita nota. dixit Angel. de
Are. in tractatu maleficiorum.
in verbo, fama publica præce-
dente. in ix. char. in ver. quæro
qualiter &c. vbi allegat ad
hoc Barto. idem dicentem in l.
fin. ff. de quæſt. & idem voluit
Saly.in l.fin.in fin. C.de quæ-
ſtio.& Bald.in l.iubemus.in ij.
col.verſi.item dixi. C.de pro-
ba.& Angel.in repet.l. ſi vacã
tia in xxvij.col.C.de bon.va-
can.lib.x. & Inno. in cap.per
inquiſitionem.de elect.& Abb.
in c.bonæ.el.j.col.poſt Innoc.
ibi de elect.& do. Alex.in cõ-
ſilio ſuo lxv.inci. habita ſuper
contentis. in.j.vol.& in conſi.
clxxix. inci.in cauſa Angelo-
rum.in. iij. colũ. & idem dixit
Gandi. in tract. ſuo maleficio-
rum. ſub rubr.quomodo de ma
leficiis cognoſcatur per inquiſi
tionem. in ij.col.in verſic. ſed
nunquid in introductione &c.
de quo etiã dixi in l. j.in prin.
in ij.col.in ſi.ff.de quæſt. Item
ſcias etiam ꝙ ad hoc vt vigore
teſtium receptorum poſsit iu-
dex ponere reum ad torturam,
debẽt tales teſtes examinari a
30 iudice, † & nõ ſufficit ꝙ nota-
rius eos examinauerit: quoniã
in cauſis criminalibus iudex
ipſemet debet facere illos exa
minari per alium, ita colligi-
tur ex cle. i. & ibi clarius per
gloſſ. de offi. deleg.& per Bal.
in rub. de contro. inueſti. in ij.
col.de quo etiam dixi in l.j. in
princ.in iiij. colum.verſic.vij.
requiritur. ff. de quæſtio. Te-
31 neas etiam menti † ꝙ ſi reus,
contra quem ſunt indicia, eſt
minor xxv. annis, ꝙ non pote
rit torqueri, etiam ſi omnia ſu-
pradicta ſint obſeruata, niſi an-
tequam reſpondeat inquiſitio-
ni, ſit datus ſibi curator, imo ca-
ſu quo non fuerit ſibi datus cu-
rator, & ſine curatore ipſe re-
ſponderit inquiſitioni, & pro-
ceſſum fuerit contra eum, pro-
ceſſus erit nullus. Ita not. dixit

Ange.de Aret. in tracta.male.
ficiorum.in verbo, comparent
dicti inquiſiti & confitentur to
tum. in verſic.necnon ſis bene
cautus &c. alle.l.clarum.C.de
auto.præſtan.& quæ ibi haben
tur.Et ſubdit Ang.vbi ſupra ꝙ
ſi minor ſine curatore confitea
tur etiam ſponte, talis cõfeſsio
ei non nocet, ita dicit voluiſſe
Cy.in dicta l.clarum.& Barto.
in l.fin.in.§.pupillus.ff.de ver.
bo.obliga. & Saly.in l.j. C.de
confeſ. Et ſubdit etiam Ange.
vbi ſupra ꝙ ſi minor ſine cura
tore dicat iudici; do.Iudex nõ
torqueatis me, quia omnia con
fiteor, & iuro non contraueni.
re: ꝙ etiam talis confeſsio hoc
modo facta cum iuramento nõ
præiudicat minori, & hoc di.
cit voluiſſe Bal. in l.j.in xiiij.
colum.in verſi.ſed pone. C. de
confeſ. de qua materia dandi
curatorẽ minoribus in crimina
libus vide quæ plenius dixi in
l.i.in prin.in v. colum. verſic.
octauo requiritur. ff. de quæ.
ſtio.& vltra ibi dicta vide etiã
Gandi.in tract.ſuo malefic.ſub
rubr. de aliquibus quæſtio.va.
riis in maleficiis. in vj. col. in
verſi.ſed quæritur.& in eodem
tract. ſub rubr.de filiofam.in j.
verſi.vbi omnino vide & vide
etiam Dyn.in conſi.ſuo.xlj. in
cip.quęſtio talis eſt,continetur
&c.Sed vltra omnia,quæ dixi
in d.verſic.viij.requiritur &c.
Addę & diligenter aduerte, ꝙ
quando iudex dat curatorẽ mi
nori inquiſito, debet caute age
re. Nam non debet pati nec
admittere, quod eo momento
temporis, quo datus eſt cura.
tor, eodem tempore autorizet
in aliquo ipſi minori. Nam eſ.
ſet nullus tunc ille actus pro.
32 pter† breuitatem temporis:ex
quo apparet, ꝙ in tali præſta.
tione autoritatis non præceſsit
nec interuenit aliqua cauſæ co
gnitio, quæ ad validitatẽ actus
debet interuenire. Et ad hoc
dicendum moueor ex ſing. di.
cto Pet.de Ancha.in conſi. ſuo
lxxxiij.incip. viſis diligenter
actis &c. vbi dixit, ꝙ ſi eodẽ
momento temporis,quo eſt deſi
33 gnatus† curator minori per de
cretum iudicis ſit præſtita au.
thoritas ipſius curatoris in ali.
quo actu fiendo per ipſum mi.
norem,quod tunc non valet ta.
lis actus, quia non interuenit
cauſæ cognitio ipſius curatoris
interponentis authoritatem ex
modicitate, vel ex breuitate
temporis, quæ cauſæ cognitio
in ſimilibus interuenire debet.
Et illud conſi. Pet.de Anch.ad
hoc refert & ſeqnitur d. Alex.
in conſil. ſuo ccxvij.incip. vi.
ſis verbis.in vlt.col.& Barba.
in conſil. ſuo incip. ſcripſit ec.
cleſiaſticus &c. quod eſt inter
conſilia do. Alexan. in ordine
meo.cccclxx.in vlt.colum.Et
idem dixit ipſe Pe.de Ancha.
in conſ. xxxvj.inci. viſa qua.
dam petitione &c.in j. colũ. &
in conſil.cxvj.incip.ſecundum
ordinem &c.in ij.col.Et idem
dixit Raph.Cuma.in conſi.ſuo
clxxx.inci. videtur prima frõ
te &c.in ij.colum.& Iaſo.in d.
l.iudices.C.de iudi.& Bald.in
conſi. ſuo cccxxv. incip. quod
præſumatur.in iij. volu. Iaſ.in
l.ij.in v.col.in prin.C.de edẽ.
do.Pro qua doctrina facit opti
me not.verbum Gemin. in ca.
ponderet. l.diſtin. vbi text. di.
cit,ꝙ tempore egemus, vt ali.
quid

quid maturius agamus. & ſub-
dit. non præcipitemus conſilia
& opera noſtra, neque eorum
ordinem corrumpamus. & ibi
per illum text. dicit ipſe Ge-
mi. ꝙ iudex qui habito proceſ-
ſu incontinenti fert ſententiã,
dicitur talis ſententia fulmina
toria, & non valet propter bre
uitatem temporis, quod dictum
refert & ſequitur Barba. in ca.
ſuper quæſtio. §. intentionis. in
iiij. col. de officio delega. & in
d. conſi. cccclxx. in pe. char. in
vlt. colũ. Et facit quod voluit
d. Cardina. in clem. paſtoralis.
§. verum. in princ. de re iudi.
vbi dixit, ꝙ præcipitata volũ-
tas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ.
Et facit illud vulgare videli-
cet, ꝙ repentinæ reſponſionis
comes eſt pœnitentia. Et dixit
Barb. in d. §. intentionis, ꝙ il-
lud idẽ, quod dixit Gemi. in d.
c. ponderet. dixit ẽt Bar. in l. pro-
latã. in fi. C. de ſent. & idẽ ẽt di
xit Pau. de Caſ. in conſilio ſuo
cxcviij. incip. ſuper hoc pun-
cto. in vlt. col. & Petr. de An-
cha. in conſilio ſuo clxxxviij.
incip. viſis conſiliis poſt princ.
& faciunt dicta per d. Anto. in
cap. ſi pro debilitate. de offi. de
leg. vbi dixit, ꝙ ſi conſultor re-
pente conſultat, ꝙ conſiliũ eſt
nullum ipſo iure, quod dictum
refert & ſequitur Alex. in d. l.
prolatam. Et faciunt alia plu
ra, quæ adduci poſſent circa
hanc breuitatem tẽporis, quæ
alias adduxi in l. ſtatuliber. in
pen. col. ff. de quæſtio. vbi vi-
deas. Cum ergo contractus fa-
ctus per minorem cum authori
tate curatoris interpoſita eodẽ
tempore, quo eſt datus curator,
& ſic ſine cauſæ cognitione nõ
valet propter breuitatem tem-
poris in cauſa ciuili, & ſic in re
pecuniaria: quãto magis debet
hoc habere locum in actu, ſeu
in cauſa criminali, vbi agitur
non de bonis temporalibus, ſed
de vita & morte hominis, vt
in caſu noſtro. certe indubitan
ter multo magis non debet va-
lere. arg. ca. vbi periculum. de
electio. in vj. Cauſæ enim co-
34 gnitio in quolibet actu † eſt
magnæ importantiæ. Et ideo
dixit Bal. & Sal. in l. j. C. ſi ad-
uer. dona. ꝙ decretum interpo-
ſitum cauſa non cognita eſt nul
lum, quod dictum refert & ſe-
quitur Ang. de Aret. in. §. tripl.
inſti. de Actio. in iij. colum. Et
dixit Pet. de Ancha. in conſil.
ſuo. cxcviij. inci. prædictis ſub-
tiliter in prin. ver. in præiudi-
tium, ꝙ abſolutio a iuramento
præſtito non præmiſſa cauſæ co
35 gnitione † eſt nulla. allegat
not. in ca. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, de conſti. & in l. prolatam.
C. de ſentent. Et dixit Ang. in
l. ab arbitr. §. j. ff. qui ſatiſdare
cogã. ꝙ non valet captura, quã
iudex decernit contra allegatũ
ſuſpectum de fuga, niſi ipſe iu-
dex adhibuerit cauſæ cognitio
nem. Et dixit Federi. de Senis
in conſi. ſuo cclj. incip. caſus ta
lis eſt, Iacob. de Roma. &c. ꝙ
præceptum factum iudici ſecu-
lari per iudicẽ eccleſiaſticũ ſi-
ne cauſæ cognitione eſt nullũ.
Et dixit Lud. Rom. in cõſ. ſuo
ccccliiij. inci. ĩ re præſenti &c.
ad fi. ꝙ miſſio in poſſeſsionem
ex ſcdo decreto facta ſine cau-
ſæ cognitione eſt nulla. Et ideo
videmus ꝙ miſſus in poſſeſsio-
nem ſine cauſæ cognitione non
facit fructus ſuos, ſecũdũ Inno.

in c.cõſultationibus. poſt prin.
de iure pat. quem ſequitur Bal.
in l.ij. in pe.col. C. de ſerui. &
aqua. & Lud. Roma. in d.conſ.
ccccliiij. ad fi. Quinimo non va
36 let ſtatutum, † ꝙ liceret pro-
nuntiare ſine cauſæ cognitione
ſecundum Bal. in repet. l.ij. in
ij. char. verſi. ſed quid de conſt.
ff. de iureiu. vbi alleg. Io. And.
in c.fi. de app. in vj. Et iſta om-
nia refert & ſequitur d. Fel. in
d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ de
conſti. in viij. & ix. col. vbi ēt
37 dicit, ꝙ diſpenſatio † inferio-
ris a Papa ſine cauſæ cognitio
ne non valet, ad quod allegat
plura, de quibus ibi per eum.
Et ſubdit, ꝙ licet ſpoliatus a
38 iudice non ſit ante omnia † re-
ſtituendus, cum pro eius autho-
ritate præſumatur: iuxta gl. or-
dinariam, & ibi Arch. in c. præ
ſentium. in ver. in aliam. vij. q.
j. & ꝑ Hoſt. in ſum. de reſt. ſpol.
in. §. quando fienda. in prin. &
per alia iura per eum allega.
Attamen ſi iudex aliquem ſpo
liauit ſine cauſæ cognitione: il-
le ante omnia eſt reſtituendus,
ſecundum Archi. & docto. in c.
notum. ij. q. j. Pro quo facit ſecũ
dum d. Fel. qđ no. Card. in cle.
j. in fi. de celebra. miſſa, vbi di-
cit, ꝙ quando iudex procedit ſi
39 ne cauſæ cognitione, † cēſetur
tanquam priuatus, nec eſt ſibi
obediēdum: ad quod ipſe d. Fel.
allegat plura de quibus ibi per
eum. Et ſubdit etiã ipſe vbi ſu-
pra, ꝙ adeo iura requirunt cau
ſæ cognitionem, ꝙ reſcriptum
vetans cauſæ cognitionem eſt
40 ſuſpectum de falſo, † alle. tex.
in c. ij. de reſcr. & ibi Imo. poſt
alios dicentem, ꝙ ille tex. quo-
tidie allegatur, ad hoc dicit ēt

ꝙ illud ꝙ dicitur, ꝙ iuſſus iudi
41 cis excuſat a pœna: † vt ꝑ glo.
& doct. in l. iuſte poſsidet. ff. de
acqui. poſ. debet intelligi, dum-
modo emanauerit cum cauſæ
cognitione, alias non excuſat a
pœna, ſecundum Bar. in d.l. iu-
ſte poſsidet. in prin. vbi etiam
per alios. Dicit poſtea do. Fel.
vbi ſupra. ꝙ licet commiſsio iu
dicis ſuper aliqua executione
duret etiam in tempus ſucceſſo-
ris, vt puta licentia de capien-
do debitorem, vt per Bar. in l.
42 fundi. † ff. de acquir. poſſ. hoc
eſt verum ſi talis cõmiſsio, vel
licentia fuit facta cum cauſę co
gnitione, alias ſecus: quia non
tranſit ad ſucceſſorem, ſecundũ
Ang. in d.l. fundi. de quo latius
ꝑ d. Fel. vbi ſupra qui alia plu-
ra in hac materia cauſæ cogni
tionis allegat, quæ omitto bre-
uitatis cauſa. Addit etiam vnũ
aliud, videlicet, ꝙ cauſæ cogni
tio eſt de iure diuino, quæ me-
43 rito omitti non debet. † ſecun
dum Abba. in c. j. in ij. col. de
cauſ. poſ. & proprie. &c. Mo
do in propoſito noſtro ſi reus
minor, qui non prodeſt ſtare in
iudicio, nec aliquod iudiciale
validum facere ſine interuen-
tu, curatoris facit aliquem actũ
cum authoritate curatoris dati
eo inſtãti, quo celebratur actus
& ſic ſine cauſæ cognitione, nõ
valebit actus: & hoc maxime
in cauſis criminalibus, vbi de
grauiſsimo præiudicio agitur.
Et per conſequens, ſi reus mi-
nor cũ tali curatore faciat ali-
quam confeſsionem, talis con-
feſsio erit inualida, & non po-
terit vigore talis confeſsionis
condemnari per prædicta. Pa-
ria enim ſunt ꝙ nõ interueniat

authoritas

authoritas curatoris in actu minoris, vel interueniat minus legitime. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. l. non putauit. §. nõ quæuis. ff. de bo. poſ. cõt. tab. l. iiij. §. condẽnatum. ff. de re iud. cum ſimi. Quinimo dico fortius: videlicet, quod etiã ſi per curatorem datum minori fuiſſet adhibita cauſæ cognitio, attamen actus factus eſſet nullus alijs non concurrentibus. Nam ad hoc vt autoritas interponẽda in actu operetur vires autoritatis interpoſitæ, non ſolum
44 requirit cauſę cognitio, † ſed etiam requiritur ꝙ in inſtrumẽto ipſius actus fiat mẽtio de ipſa cauſę cognitione: alias actus qui fit eſt nullus, ita not. dixit Petr. de Ancha. in conſil. ſuo lxxxiij. incip. Viſis diligenter actis colum. j. verſ. ſuper quo aduertendum, ꝙ authoritas iudicis &c. vbi allegat pro hoc l. magis puto. §. non paſsim. & l. qui neque. ff. de rebus eod. & Bart. in l. prolatam. C. de ſenten. & alia plura, de quibus ibi per eum. Si ergo fuerit interpoſita autoritas per curatorem in actu minoris, & interuenerit cauſæ cognitio, ſed de ea nõ fuerit facta aliqua mentio in inſtrumento actus geſti per ipſum minorem, talis actus erit nullus, & inualidus, & per cõſequens non præiudicabit ipſi minori. Quinimo fortius dico, ꝙ ꝑ curatorem datũ minori eſſet adhibita cauſæ cognitio in interpoſitione dictę authoritatis, & in inſtrumento actus geſti ꝑ minorem fuiſſet per notarium facta ſpecialis mentio cauſę cognitionis, vel etiam per iudicẽ corã quo fuit factus actus, fuiſſet facta mentio de dicta cauſæ cognitione: attamen nec etiam ꝑ hoc valeret dictus actus per minorem factus: quoniam non ſufficit ꝙ adhibeatur cauſæ cognitio per curatorem, niſi fiat mentio in inſtrumento: ſed etiã hoc non ſufficit vt actus factus a minore valeat: ſed etiam requiritur ꝙ de ipſa cauſæ cognitione fiat ſcriptura de per ſe diuiſa ab eo, ſuper quo interponitur autoritas, ita multum ſingul. dixit Paul. de caſt. in conſilio ſuo. xci. inci. ſuper eo qđ quæritur &c. vbi dicit ꝙ hoc voluit Specu. in titu. de procuratoribus, in. §. primo. in verſi. quid ſi ſolum per libellũ. quod dictum refert & ſequitur domi. Felin. in d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in viij. colum. de conſt. vbi dicit, ꝙ hãc partem tenuit etiam Inno. in cap. quoniã contra. de proba. & idem tenuit Socin. in conſilio ſuo. cxv. incip. circa primam. in i. col. in ſ. volum. Sed ego vltra. d. Felin. adduco not. doctrinam Paul. de Caſt. in l. cum hi. in. §. pretor. ff. de tranſactio. vbi dicit, ꝙ ſi ſta-
45 tutum dicit † ꝙ mulier vel minor non poſsit ſe obligare ſine authoritate iudicis, ꝙ tunc non ſufficit ꝙ iudex authoritatem interponat, niſi contineatur in inſtrumento, ꝙ adhibuit cauſæ cognitionem, & reperit illum contractum cædere in vtilitatem ipſius minoris, & hoc qa ſtatutum noluit committere iudici rem negligendam, ſed perquirendam, & allegat Specu. in titu. de emp. & venditio. in. §. nunc dicendum. in verſi. & breuiter. Et ſubdit Paul. de Caſt. vbi

vbi ſupra ꝙ licet aliqui dicant ꝙ vbi reperitur interpoſitum decretum iudicis, præſumitur adhibita cauſæ cognitio, quod tamen hoc non videtur verum per illum tex.d.§. ſi prætor.niſi in inſtrumento expreſſe hoc caueatur. & videtur ſufficere ꝙ dicatur cauſa cognita, licet non exprimantur particularia alleg.Bal.in l.j.C.de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. x. Ex iſtis ergo ſupradictis habes quomodo ſit procedendum cum minore,& quando eſt ſibi dandus curator, maxime in criminalibus, quæ ſolennitates ſunt ſeruandæ.tene menti prædicta: quia iſta forte ita late alibi nō inuenies. Ex quibus ego alias annullaui vnum proceſſum factum contra minorem, in quo non erant ſeruata prædicta, licet illi iudices ſe multum exiſtimarent & reputarent ſe doctiſsimos.Nolo tamen ommittere vnum in hac materia not. verbum Bal.in c.j. in.§. ſacramentum.in pe.col. verſi. modo quæro &c.de pace iuramen.ſirman.in vſib.feud.vbi dicit, ꝙ
46 † confeſsio minoris facta ſine curatore valet: quia præſentia iudicis ſupplet defectum curatoris,& dicit ꝙ hoc tenet Cyn. in d.l.clarum.C. de aut.præſt. vide etiam & dixi in repetit. mea.l.fin.C. de proba. in iij.q. extraor. ſed hoc tamen in practica non ſeruatur,nec forte de iure ſubſiſtit. Modo vlterius progrediendo ſcias,ꝙ quando contingeret,ꝙ contra aliquam mulierem procederetur per viā accuſationis, vel inquiſitionis, & contra eam eſſent indicia, quæ purgari deberent per torturā, tunc ſi ipſa mulier ſit prę-
47 gnans, † differenda eſt tortura donec pepererit,& etiam debent decurrere xl.dies ex poſt, in quibus male ſtat in partu, ſecundum Bar. in l. prægnantis. ff.de pœn.poſt glo. ibi.& idem tenet Io.de Ana.in c.intelleximus. in ij.ſeu iij. col. extra de his qui filios occi.Et rationem allegat Bar.dicens,ꝙ ratio eſt quia cum ipſa mulier in illis quadraginta diebus ſit debilis, poſſet mori. debet ergo expectari, donec ſit fortis ad torturam: & idem tenet Bald. in l. Imperator. ff.de ſta. homi.vbi ſubdit, ꝙ ſi in iſtis temporibus mulier torqueatur, ſcilicet quando eſt prægnans, vel quando eſt intra quadraginta dies a
48 die partus,ꝙ † confeſsio facta in tali tortura non valeret. Et idem etiam credo poſſe dici, ꝙ etiam vltra dictos quadraginta dies non poterit torqueri,ſi non reperiatur nutrix puero, & hoc ne ipſe puer periret caſu quo mater periret. ad quod ſeruiunt verba Bar.in d.l.prægnantis. vbi dicit, ꝙ differtur mors mulieris prægnantis, & puerperæ quando vltra puerperium non reperiretur nutrix puero: quem refert & ſequitur Ioan.de Ana. in d.c. intelleximus. in vlti. colum. Et faciunt etiam dicta per Bal.in d.l.Imperator. vbi dicit, ꝙ ſicut debet differri mors prægnantis mulieris, vel membri mutilatio, ita tortura. Nec etiam ſecundum eum poſſet cogi veni-
49 re † ad teſtificandum,ſi eſt periculum partus in itinere. Et ſubdit ꝙ eadem ratione ſi deberet ire in exilium,debet diffe-ri.

ri. Item quia iſtud beneficium
ſit partui, & non ipſi mulieri .
Et ſubdit etiam eadem ratione
ꝙ ſi poteſt bannitus impune oc-
50 cidi † vigore ſtatuti , non po-
terit occidi mulier prægnans
bannita , donec eſt prægnans :
quia grauiſsimum facinus com
mittit , qui prægnantem occi-
dit.& idem dixit do.Nellus in
tracta.bannit. in ſecunda parte
ij.temporis.quæſtio.xv.incip.
viſo &c. Et ſubdit etiam Io.
de Ana. in d. c. intelleximus .
de his qui filios occi.ꝙ prædi-
cta procedunt , etiam ſi partus
eſſet adulterinus, vel in carce-
re conceptus, & etiam ſi ipſa
mulier eſſet prægnans decem,
vel viginti dierum tantum :
quia licet nondum ſit anima,ta
men ſpes eſt eius.ad quæ etiam
vide Ange. de Aret. in tracta.
ſuo malefic.in verbo, fama pu-
blica.in vj.char.in verſ.ſexto
quæro.quæ omnia retuli in l.j.
in prin.in v.col. in verſi.nono
requiritur.ff. de quæſtionib.

Scias etiam vlterius, ꝙ ſi
per iudicem procederetur con-
tra clericum de aliquo delicto,
non poſſet iudex procedere ad
torturam etiam exiſtentibus
51 contra eum quibuſcunque † in-
dicijs , niſi ipſe clericus alias
ſit infamis : ita dixit Abb.an-
tiquus in c.grauis.extra de de-
poſito,& eum ibi ſequitur Pau.
de Leaza.& eum etiam refert
Io. de Ana. in c.j. circa v.col.
de cle.percuſ.& Abb.in c.cum
in contemplatione. de reg.iur.
& d.Alex.in l.ſi.ff.de quæſt.&
in l.milites.C.de quęſt.et idem
Barba.in c.ſi conſtiterit.in iij.
col.de accuſ.& do.Fel.in c.ve
niens.in ij.col. de teſti.& in c.
vniuerſitatis.de ſent. excō. de
quo latius dixi in ſing.meo.lv.
incip.aduertas ad vnū &c.vbi
videas. Item teneas etiam per-
petuo menti in contingentia fa
52 cti,ꝙ in cauſa criminali † mu
tilati membris, vel corpore vi
tiati non poſſunt teſtificari con
tra clericum.ita dixit Abb.an
tiquus in c.j.de excep.quem re
fert & ſequitur Bal. in ſua mar
gari. in verbo , mutilati &c.

Iſtis omnibus ſeruatis poteſt
poſtea iudex ponere reum ad
torturam,& pro quolibet ſuffi-
cienti indicio poteſt ipſum reū
ter ſquaſſare: & ita ſeruat com
munis practica totius Italiæ.
Et debet ipſe iudex facere , &
curare quod ante torturam
non comedat de proximo , ſed
ſit ieiunus ad minus per quin-
que , vel ſex horas ante tortu-
ram : quoniam multi reperiun
tur,qui torquentur poſt cibum,
qui omnia quę comederunt euo
munt , & quandoque etiam
euomunt proprium ſanguinem
& reuoluitur ſibi cholera , &
cerebrum,adeo quod per duas,
vel tres horas non ſunt in ple-
nitudine intellectus.Et ex hac
cauſa quando reus videt quod
hora conſueta non datur ſibi
cibus,tunc contriſtatur valde ,
cognoſcens , ꝙ debet torqueri
in breui . Poſito poſtea reo
ad torturam , ſi iudex videt il-
lum non timere torturam , vt
multi reperiuntur , qui habent
aliquas incātationes vt multos
habui in fortijs i diuerſis locis,
& officijs,in quibus fui per Ita
liā,qui non ſentiebant torturā,
tunc iudex mutet tormētum,&
adhibeatur aliud genus tormē-
ti. Nā plura & plura ſunt ge-
nera

neta tormẽtorum vt late & ex tenſe ſatis dixi in l.j.in prin.in xj.col.vet.vlterius dicitur hic &c.ff.de quæſt.Et ſcias ꝙ quã do iudex vult oppugnare incã tationes rei,& illis vult obuia re,tunc mutet carcerem reo,& non permittat, ꝙ ipſe aliquid de ſuo exportet ſecum de his, quæ habebat ibi ſecum in carcerem: & ſimiliter ſpoliet eum omnibus veſtibus ſuis,et etiam camiſia: quia vt plurimum habent incantationes ſuas in veſtibus vel in camiſia. Item caueat ſuper omnia ne aliquis det ſibi comedere: imo velit videre omnia quæ ſibi portantur ad comedendum:& ſi aliqua ex illis ſint ſibi ſuſpecta, illa proijciat & ſubroget de ſuo; & non permittat modo aliquo,ꝙ detur ſibi panis vel placenta aliqua: nam in placentis, & panibus communiter ponuntur incantationes contra tormenta. & inter alias incantationes vidi al's vnam mirabilem & veram:nã habebam vnum ſartorẽ in fortijs pro fure,contra quem erãt fortiſsima indicia. ego eũ pluries poſui ad torturam, & ad alia tormenta,nec vnquam ipſe ſentiebat talia tormenta. finaliter fuit mihi neceſſe eum liberare,quo liberato poſt plures dies ipſe venit ad me pro vno obſequio iuridico, videlicet, vt facerem capere quendã eius debitorem de fuga ſuſpectum,ego eum inſeruiui, poſtea petij ab eo,vt vellet mihi dicere veritatem,ſi eo tempore quo erat in fortijs meis,dum ego faciebam eum torquere, ipſe habebat aliquas incantationes ſupra ſe contra tormenta: & ipſe dixit,ꝙ ſic,& mihi narrauit,ꝙ quędam eius amita fecerat ſibi quandam placentam cum farina frumẽti ſimul cum lacte matris & filiæ, & miſcuit omnia ſimul,& fecit vnam placẽtam: & poſtquam fuit cocta miſit eã dicto reo,qui reus quotidie comedebat parum dictæ placentæ: & quouſque habebat etiam quid minimum dictæ placentæ in corpore nihil penitus ſentiebat dicta tormenta. & etiã al's a quampluribus reis ſenſi hoc de iſto lacte matris & filiæ. Ideo iudex diligenter debet aduertere ad iſtum panem, & placentas, quæ reis portantur ad comedendum:quia magis communiter fiunt in iſtis incantationes contra tormenta, quam in alijs rebus. & expertus loquor. Item iudex inquantum poteſt non permittat reum tacite loqui de per ſe ſubmiſſa voce, maxime dum ligatur ad torturam, ſed rumpat verba ſua eum continue interrogando de aliquo. Nam dum ligantur dicunt aliqua verba a ſe ſubmiſſa voce,quæ verba ſunt in paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti:quibus dictis dormiũt in tortura,& nihil ſentiunt. & incipiunt ibi,quem queritis. Ieſum Nazarenum: ſi ergo me queritis,ſinite hos abire. & ſequuntur dicendo omnia quæcunque verba quæ dixit Chriſtus in paſsione ſua vſque ad verbum, & inclinato capite emiſit ſpiritum: & cum dixerint talia verba,dormiunt, & non ſentiunt. ideo eſt neceſſe ꝙ iudex ſit ſagax & aſtutus, dum ipſe reus ligatur ad torturam,ut eum interroget de aliquibus,& non permittat,

mittat, vt a ſeipſo loquatur. Ego alias dum eſſem Capitaneus vallis Lugani cum magno labore habui a quodam ribaldo carcerato pro falſa moneta quædam verba, quæ ſi dicātur in aure rei quando eſt ligatus ad torturā, vel poſitus ad aliud tormentum rumpunt omnes incantationes: adeo ꝙ dictis talibus verbis ſentit ipſe reus tormenta, & in eis cruciatur, ſicut ſi nihil dixiſſet, vel nihil comediſſet, ex quibus verbis pluries conſequutus fui honorem contra plures reos diuerſorum delictorum in pluribus & diuerſis locis Italiæ, in quibus fui aſſeſſor & officialis: ideo tene menti prædicta. & vide etiam quæ dixi in l.j.in prin.in xj.& xij. col.ff.de quæſt. vbi poſui plura genera tormentorum, quæ ſæpe practicantur a iudicibus cōtra reos.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Teſtis vnicus in criminalibus an faciat indicium ad torturam & quando. Et quid ſi ſint indicia. nume. 5.6.& 71. & 132.*

2 *Indicium ad torturam facit in criminalibus illud, quod in ciuilibus facit probationem ſemiplenam. 116.*

3 *Defectus quilibet in teſte minimus impedit, vt non poſſit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis.*

4 *Teſtis non reddens rationem dicti ſui, non eneruat dictum alterius reddentis rationem.*

7 *Teſtes duo ſuper remotis à maleficio an requirantur ad faciēdum indicium ad torturam. Et an debeant eſſe omni exceptione maiores. 8.72.*

9 *Probationum plures ſpecies ad probandum quando ſimul iungantur.*

10 *Teſtes ſingulares in diuerſis non debent ſimul iungi. Et an faciant veram probationem. 14.17.*

11 *Indiciis duobus à remotis, an vnum iuuet aliud ad torturam*

12 *Probatio vera ex pluribus indiciis fieri an poſſit, & in quibus cauſis habeat locum. 13.*

15 *Teſtes mille ſingulares tantū probant quantum vnus.*

16 *Scripturæ mille priuatæ fidē plenam facere nequeunt.*

18 *Fama de per ſe ſola an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi fama ſit vehemens. 19.*

20 *Vehementia ſunt maximi effectus.*

Probationem ſemiplenam ſupplet vehemens adminiculum.

21 *Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.*

22 *Præſumptio violenta an ſufficiat in criminalibus ad condemnandum.*

23 *Indicia an ſufficiant ad torturam iudicis arbitrio relictū eſt.*

24 *Iudicis arbitriū iuri & æqui-*

tati

tati debet eſſe conſonum.

25 Conſcientiam publicam et non propriam ſequi debet, qui diſponendi ſecundum conſcientiã facultatem habet.

26 Iudex regulas iuris ſequi debet non conſcientiam ſuam, quę iuribus aduerſatur.

27 Iudex in arbitrariis qualiter iudicare debeat.

29 Indicia perfectionem in genere ſuo requirunt, priuſquam vires habeant.

30 Ratio eadem eſt de toto quo ad totum, quæ de parte quo ad partem.

31 Teſtes facientes indicium ad torturam, an debeant reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogati.

32 Teſtis vnus deponens ſine cauſa an faciat ſemiplenam probationem.

Et quid de variante an præbeat cauſam ſententiæ. 75.

33 Locus a communiter accidentibus facit indicium indubitatum ad torturam.

34 Argumentum a ſolitis eſt validum.

35 Fratribus communionem habentibus dotis ſolutio vnius, quam reddendam promiſit, ex quo fieri debeat.

36 Iactantiæ an faciant indicium ad torturam.

37 Mandatarius contra mandantem an faciat indicium ad torturam.

38 Teſtes deponentes de mandato an ſint idonei.

39 Dicto ſcribentis obligationem priuatam de mandato an ſtandum.

40 Abſurditas eſt vitanda.

41 Fuga an faciat indicium ad torturã. 42. Et an tollatur per iuramentum fugientis. 43. Et quid in præparante fugã. 50.

44 Aſſerentis dicto cum iuramento in his, quæ conſiſtunt in animo ſtatur. 109.

45 Fuga in quibus caſibus faciat probationem. vſque ad nu. 49.

49 Fuga operatur reuocationem mandati.

51 Iudici exequenti de facto poteſt reſiſti. Et quid in iniuſte vel indebite factis. 54.

52 Cuſtos carceris quando non teneatur de fuga incarcerati.

53 Conſanguinei condemnati an poſſint de facto reſiſtere iudici exequenti ſententiam criminalem, a qua fuit appellatum.

55 Familia poteſtatis quando teneatur de occiſo reſiſtenti capturæ.

56 Incarceratus iniuſte pro cauſa capitali an teneatur de homicidio, ſi cuſtodes ad euadendum peremerit.

57 Sanguinem ſuũ redimere quomodocunque an liceat.

Torturam

58 *Torturam indebitè paſſus qua pœna puniendus, ſi indicem occiderit.*
59 *Socius criminis an faciat indicium ad torturam contra ſociũ eiuſdem criminis ſi aliud non habeat adminiculum*. 60. *Et an requiratur quòd ſit in quæſtione* 61. 68.
62 *Infamis contra aliquem ſine quæſtione non auditur*.
63 *Teſtes ſine iuramẽto nec etiã in ciuilibus non admittuntur. Et quid in teſte affidato.* 64.
65 *Commiſſarii conſcientiæ quatenus ſtandum.*
66 *Papa an poſſit diſpenſare teſtẽ de non iurando in teſtimonio ferendo.*
67 *Inquiſitio ad dictum ſocii criminis an poſſit formari.*
69 *Inimicitia an & quando faciat indicium ad torturam.*
70 *Mentiri pro leui inimicitia de facili quis non præſumitur.*
74 *Mendacium an faciat indiciũ ad torturam Et quid ſi contra mendacium nu.* 98.
76 *Confeſſio facta extra iudiciũ an faciat indiciũ ad torturã Et quid in confeſſione minoris* 77.
78 *Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficiens ad puniendum de delicto gloriantem. Et an poſſit reuocari.* 79.
80 *Teſtimonium impuberis an faciat indicium ad torturam.*
81 *Clericus de delicto quando cõuinci poſſit per teſtes Laicos.*
82 *Impuberes duo an & quando probent delictum.*
83 *Teſtes qui nõ admittantur ſine tortura Et quando inhabilitas teſtiis admittatur.* 84.
85 *Minæ præcedentes maleficiũ an faciant indicium ad torturam.*
86 *Fama mala minantis probata an præſumatur durare in diuerſo genere mali.*
87 *Occidi an poſſit impune qui alteri mortem minatur.*
88 *Minæ an inducãt iuſtũ metũ.*
89 *Actione iniuriarum contra minantem an poſſit agi.*
90 *Metum offendendi inferens an pacem promiſſam rumpere dicatur.*
91 *Res furtiuæ penes reum repertæ an præbeant indicium ad torturam.* 96.
92 *Hæreticus liber penes aliquẽ repertus, an illum præſumat hæreticum.*
93 *Incarceratus mortuus an præſumptionem faciat contra cuſtodem de dolo vel culpa.*
94 *Inſtrumento falſo vtens de ſe præſumptionẽ falſitatis facit.*
95 *Procurator illius in dubio præſumitur, penes quem reperiuntur acta cauſæ.*
97 *Vicini an poſſint capi & torqueri pro furto inueniendo.*

99 Delinquere ſolitus an præbeat indicium ad quæſtionem.
100 Regula, qui ſemel malus, qualiter eſt intelligenda.
101 Incertitudo illati uulneris in rixa præſumptionem in nequiorem dirigit.
102 Fur in dubio præſumitur qui eſt ſolitus furari.
103 Statutũ ꝙ de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, an includat falſarium.
104 Satiſdatio pauperi an remittenda ſi cauere non poſſit.
105 Cautionis iuratoriæ beneficiũ an perdat ille, qui cautionẽ ſolitus eſt non ſeruare.
106 Rapiẽs uitiatã an præſumatur rapuiſſe ꝑ vim, & cadat in pœnam ſtatuti de raptoribus.
107 Occiſus repertus in uia an præbeat præſumptionẽ homicidii, penes cuius oſtiũ repertus eſt nu. ſeq.
110 Relaxandus fideiuſſoribus non eſt, qui ſemel e carceribus aufugit.
111 Producentis iuramento an inſtrumenta ſint de nouo reperta, ſtatur.
112 Statutũ quod credatur libro mercatoris, an intelligendũ de mercatore infami.
113 Legis aut ſtatuti uerbis hære re debet, qui ſup illis ſe fundat.
114 Præſumptio minus eſt quàm indicium.
115 Præſumptiones perſpicuæ faciunt argumentum.
117 Offenſi conſtituti in mortis articulo dictum an faciat indicium ad torturam.
118 Percuſſorem non iuuat uulneratus, qui medici culpa dixit ſe mori.
119 Cõfeſſio facta in mortis articulo an ualeat. Et quid ſi ſit facta ſine cauſa, & an poſſit reuocari. 120.
121 Inculpatio offenſi facit aliquam præſumptionem.
122 Verba in potiori ſignificatu intelligenda.
123 Doctorũ dicta ſecundum allegatas leges intelligenda.
124 Infames in teſtimoniũ admittũtur in crimine apud locũ infamem commiſſo.
125 Vxor quo caſu admittatur in teſtem contra maritum.
126 Lex ea probatione, quæ fieri põt, contentatur in difficilibus probationibus.
128 Furem propria autoritate capere quãdo, & quibus permiſſum.
129 Aggreſſorem fugientem an liceat impune percutere ad iniuriam vlciſcendam.
130 Limitatio ad regulam, odia reſtringi.
131 Teſtis unicus in facto proprio plene probat.
132 Teſtimoniũ laici cõtra clericum

eum an faciat indicium ad torturam. Et an admittatur ad probandam famam contra laicum. 134.

135 *Teſtimoniũ quæſtionẽ indebite paſſi an faciat indicium ad torturam contra alium.*

136 *Cõtumacia an faciat ĩdiciũ ad torturam cõtra contumacẽ.*

137 *Receptio literæ cũ taciturnitate admonitoriæ fugiendæ pœnæ commiſſi ſceleris an faciat indiciũ ad torturã. Et an in ciuilibus faciat plenam probationem.*138.

139 *Meretrix publica an faciat indicium ad torturam.*

140 Mulier *an & quando poſſit eſſe teſtis, remiſſiue.*

141 Teſtis *qui non debet examinari, an faciat indicium ad torturam.*

142 Teſtis *intra terminum non examinatus, an præbeat aliquod indicium.*

143 Teſtis *examinatus ſine iuramẽto, vel nõ legitime, an faciat præſumptionem.* 144.148.

145 Reſeruatio *qualiter operetur effectũ cõſeruatiuũ actus. Et quid reſeruatio exceptionũ operetur.* 146.

147 Teſtes *inordinate recepti nõ probant.*

149 Teſtes *duo ſingulares ſuper eodẽ facto, an cõiungantur ad faciẽdũ indiciũ quæſtionis.*

150 *Indicium an ſumatur contra illum, qui maleficium primo inuenit, & contra impium ſollicitatorem.*

151 *Suſpectus eſt qui ſi ingerit.*

152 *Electi capitaliter ex indiciis indubitatis an quis poſſit.*

153 *Indicia indubitata quæ ſint remiſſiue.*

154 *Accuſatus per reũ in quæſtione an poſſit torqueri reo poſt modum negante.*

155 *Reus cõfeſſus delictũ an poſſit ſine nouis indiciis repeti in tormentis vt mandantẽ manifeſtet. Et quid de aſſaſſino.* 156.

157 *Crimẽ enorme an requirat ſolennitates requiſitas in aliis criminibus.* Et *an poſſint recipi teſtes lite non conteſtata & parte non citata.* 158.

159 *Iura licitum eſt tranſgredi propter enormitatem delicti.*

160 Clericus *quando poſſit ſine degradatione puniri.*

161 *Statutum abſoluens delinquẽtes, an comprehendat enormiſſimi criminis reos.*

162 Reus *enormis criminis an poſſit renuntiare defenſionibus. Et an poſſit capi ubique.*163.

164 *Aduocare pro inſignibus furibus iudex an debeat permittere.*

Et an procedendum non ſeruato iuris ordine. 165.

166 Clericus *aſſaſſinus puniri po*

teſt per iudicem laicum.

167 Animal brutum an poſſit puniri.

168 Memoria defuncti poteſt damnari.

169 Reus enormis criminis ante mortem poteſt mutilari.

170 Conſequentia non tenet, accuſatus eſt, ergo reus eſt uere.

173 Statutum præmians accuſantem an requirat probationes.

174 Dicere non ſufficit niſi dictum probetur.

175 Indicia etiam in crimine læſæ maieſtatis torturam præcedere debent.

176 Magiſtratus minores propter enormitatem delicti an poſſint iura tranſgredi.

177 Indicium unum an ſufficiat ad torturam.

178 Confeſſio tacita per pacē ſequutam an faciat indicium ad torturam delicto, in quo fuit facta pax.

179 Iniuriam remittens per pecuniam eſt infamis.

180 Delictū fateri an videatur, qui ueniam petit.

181 Incantationes an faciant indicium ad torturam.

182 Teſtes in cauſis criminalibus an cogendi teſtificari.

183 Indicia ſuperuenientia an cōfirment torturam præcedentem indebite factam, & confeſſionē ex ea extortam.

184 Donatio per filiumfamilias ſine conſenſu patris facta poſtmodum per patrem ratificata, an ualida ſit

185 Statutum de mulieribus ne ſine conſenſu propinquorum cōtrahant, an includat contractū poſtea per parentes ratum habitum.

186 Laudum latum nō præcedente compromiſſo non poteſt ratificari per partes.

187 Laudū nō poteſt ratificari a partibus antequam feratur.

188 Filii ex matrimonio gradus prohibiti ante diſpenſationem nati ſunt illegitimi.

189 Reconciliatio non roborat teſtimonium inimici contra inimicum.

190 Reus an torquendus propter indicia contra eum exiſtentia, ſi alia ſint pro eo. 196.

191 Pars benignior in teſtibus minori parti diſcordātibus pualet.

192 Indicium unū per aliud tollitur. Sicut præſumptio una tollit aliam. 193. & idem in coniecturis. 194

195 Veriſimile maius tollit minus

197 Delicti præſumptio ex bonæ famæ præſumptione tollitur.

198 Probationes in ſpecie præferātur probationibus in genere.

199 Teſtibus duobus in ſpecie deponentibus potius eſt credēdū, quàm pluribus in genere

Offenſi

200 *Offenſi exculpatio eſt maximi momenti.*

201 *Accuſator moroſus accuſationem reddit ſuſpectam.*

202 *Violentia per lapſum longi temporis ideo præſumitur conuerſa in conſenſum.*

203 *Inſtrumentum releuatorium a petitis producere tardans nõ audiendus, niſi refuſis prius expenſis.*

204 *Innocẽtiæ indicium præbet, qui accuſatus ſponte ſubit carcerem.*

205 *Infamis repellitur ab accuſatione. Similiter et pauper.* 206

207 *Ratio legis latens habetur pro expreſſa.*

208 *Accuſans aliquem duo de iure communi facere tenetur.*

209 *Iudicis officiũ implorari an poſſit propter ſuſpitionem de furto.*

§. DILIGENTER Tamen venit aduertendũ qñ vigore indicioriũ iudex deuenit ad torturã, vt indicia ſint ſufficientia, ne ſi indicia eſſent minus legitima iudex ipſe teneretur poſtea in ſyndicatu: nam quilibet teſtis non facit indicium ad torturã. Et ideo ſcias ꝙ dictum vnius teſtis de maleficio, qui viderit ipſum reum committentem ma
1 leficium, † facit ipſe ſolus indicium ad torturam, quando eſt integer, ita dixit Bart. in l. ſi. ff. de quæſt. & in l. admonendi. ff. de iureiur. in xj. colum. & Cyn. in l. iij. C. ad leg. Iul. maie. & Innocen. in cap ſicut. de ſymo. & Bald. in l. ij. in i. colum. C. quorum ap. non reci. & in conſi. ſuo xcvij. incip. an mandatarius &c. ante fin. in v. volu. & in l. ſi quis ex argentarijs. in. §. ꝙ ſi plures. ff. de edẽdo. & Angel. in l. fin. in princ. ff. quod me. cauſa. & in authẽ. de teſta. imperfe. in prin. ij. colum. de quo latius valde dixi in l. fina. in ij. colum. verſi. quęrit vlterius hic Bartol &c. ff. de quęſtio. Et pro hoc facit optime: nam vnius teſtis omni exceptione maior in cauſis ciuilibus facit ſemiplenam probationem. vt habetur per doc. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eod. Et illud, ꝙ in ciuilibus facit ſemi
2 plenam probationem, † in criminalibus facit indiciũ ad torturam, ſecundum Bart. in l. fin. in ſi. ff. de in lit. iuran. quod ẽt voluit Io. Paris de Put. in tracta. ſuo ſyndica. in cv. char. vbi ad hoc ipſe allegat gloſſ. in l. ij. in. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. quã etiam ad hoc refert & ſequitur Alex. in d. l. fina ff. de qõ. de quo ibi dixi in ij. col. & idem dixit Ang. de Are. in tract maleſi. in verbo, fama publica. in verſicu. iuramentum autem. de quo etiã magis late dixi in l. fina. in ij. colum. ff. de quæſtio. Et prædicta intellige vt ſupra dixi qñ ille teſtis depenẽs de ipſo maleficio de viſu eſt omni exceptione maior nã tunc facit indicium ad torturam. Et d. ꝗ. dicto. omnes dicẽtes ꝙ vnus teſtis de viſu facit indi-

indicium ad torturam, loquuntur in teſte oi exceptione maiore, & non in aliis teſtibus. ita not. dixit Bal. in l. milites. C. de quæſt. & idem dixit Bal. in c. j. §. ſacramētū. in ij. col. de conſuet. recti. feud. vbi dixit, ꝙ
5 quilibet † minimus defectus in teſte impedit, vt non poſsit parti deferri iuramētum in supplementum probationis, & ſic infert Bald. ꝙ talis teſtis non facit ſemiplenam probationē ſed ſi non facit ſemiplenam probationem, ergo non facit indiciū ad torturam, cum iſta pariſicentur a iure, vt dixi ſupra ꝓxime. Et pro hoc facit quod dixit Ioan. Andr. in c. cum in contemplatione. de regul. iur. & Bald. in l. ij. in j. col. C. quorum app. non reci. vbi dixerūt, quod licet vnus teſtis de maleficio faciat indicium ad torturam, tamen hoc fallit, niſi aliqua alia coniectura reſiſtat. quod dictum pro no. refert et ſequitur Alex. in conſil. cxxiiij. incip. quoniam abunde & recte &c. circa princip. ij. col. in vj. volu. ꝙ eſt ſing. no. ad quæ etiam facit ꝙ dixit ipſe Alex. in conſi. ſuo clxxx. incipi. in cauſa & lite. in ij. col. in vj. volu. & in eodē vol. in clxxxiij. conſi. incip. in cauſa & lite. in iij. colum. Et facit quod voluit Bald. in l. fina. in princ. ij. col. C. qui & aduer. quos. vbi dixit, ꝙ quando ſemiplena probatio aliqua præſumptione eliditur, non eſt tunc locus delationi iuramenti. Et idem dixit Ludo. Roma. in conſilio ſuo xcj. incip. viſis. in pen. colum. Item pro hac parte facit: nam ad hoc vt poſsit deueniri ad deferendum iuramentum in supplementū probationis ſemiplene factę per vnum teſtem, neceſſe eſt, ꝙ ille teſtis ſit integer & omni exceptione maior: alias ille teſtis nō facit ſemiplenam probationem, ſed ſolum inducit iudicem ad ſuſpitionem, vt in ſimili dixit gl. in l. etiā matris. ff. de proba. & ita firmant doct. in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. & d. Alex. in conſilio ſuo ccxxxviij. incip. viſo proceſſu. circa me. Et faciunt dicta per Bald. in rub. de contro. inueſti. circa princ. vbi dixit, ꝙ teſtis faciens ſemiplenam probationē ad hoc vt poſſit deferri iuramentum in supplementum probationis, debet eſſe omni exceptione maior: nā ſi aliquo modo læderetur opinio illius teſtis, non deberet iuramentum deferri. Pro quibus omnibus vide quæ dixi in ſingu. meo cxcvij. incip. ad hoc. et in ſingu. lxxxiij. incip. in ore vulgi &c. Vide tamen omnino Bal. in l. j. in vj. col. C. de ſumma trinita. vbi hæc dicta reſtringit vt procedant, vbi tractatur de condemnando: ſed ſecus eſt vbi tractatur de inquirendo vel torquēdo: quia tunc etiam teſtes non integri admittuntur. quod dictum refert & ſequitur d. Paris de Puteo in tracta. ſyndica. in xciij. char. in vlti. col. quod dictū tñ ego non audeo affirmare propter multa contraria, quæ occurrente caſu adduci poſſent. Et circa ꝑdictam materiam teſtis deponētis de maleficio de viſu, quod non faciat indicium ad torturam, niſi ſit omni exceptione maior: vide etiam quæ dixi in

conſilio

conſilio meo lxxiiij incip.ſum
mi numinis &c.in pen.charta.
& in conſilio cj. incip. Illumi-
na queſo me ſeruum tuum do
mine &c.in viij.char.per totū.
Et ſcias ꝙ teſtis non reddens
4 rationem dicti ſui non † debi-
litat dictum teſtis reddentis ra-
tionem dicti ſui, adeo ꝙ non
poſsit deferri iuramentum in
ſupplementum probationis ei,
qui produxit illum teſtem red-
dentem rationem dicti ſui: ita
dixit Bald. in l. de quibus. in
pen. col.ff.de legi.quem refert
et ſequitur d.Fely.in c.cum cau
ſam.in vj. col. in verſic. fallit
quarto.de teſti.de quo etiam di
xi in d.ſingu. meo cxcvij. in-
cip.quo ad hoc.& in l.proprie
tatis.C. de probat. Item limi
ta etiam illud quod ſupra dixi,
videlicet,ꝙ vnus teſtis de viſu
facit indicium ad torturam ſeu
ſemiplenam probationem in ci
uilibus: hoc eſt verum quando
ſolum tractatur de tortura infe
renda:ſecus autem ſi ex forma
ſtatuti vel legis deberet ſtari in
dicijs quantum ad plenam pro
bationem: quia tunc neceſſe
eſt, ꝙ tale indicium probetur
per duos teſtes.Iſta eſt glo.val-
de not.in authen.de teſt.imper
fec. in prin.in ver.derelinquāt
& ibi voluit Ange.vbi inquit,
ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ in maleſi
cijs indicium habeatur pro ple
na probatione,quod tunc licet
vnus teſtis deponat de veritate
& de ipſo maleficio, tamen nō
poterit ex tali indicio ſequi cō
demnatio, niſi tale indicium
probetur per duos teſtes, quod
eſt not.de quo dixi latius in ſin
gu.meo cclxix.incip.alias di-
xi tibi &c.Et teneas etiam per
petuo menti vnū ſingulare ver
bum lucri plenum,videlicet,ꝙ
vnus teſtis ſolus de maleficio ſi
5 ne alijs indicijs † non facit in-
dicium ad torturam: eo quia
vnus ſolus teſtis ſine alijs indi-
cijs non facit ſemiplenam ꝓba
tionem, cum ſit ꝙ ea,quæ non
faciunt ſemiplenam probatio-
nem in ciuilibus, non faciunt
indicium ad torturam in crimi
nalibus.ita voluit Cyn.in l.ſi.
C.de queſtio.quem refert & ſe
quitur Alex.in conſi. cccxiij.
incip. viſo themate.in ij.colū.
quos refert et ſequitur Iaſ.in re
pe.l. admonendi. in lxvij.col.
in verſ.decimo,prædicta regu
la.ff.de iureiū. pro quo etiā fa-
ciunt dicta per Phili.dec.in cō
ſil.ſuo xxxvij.incip. in cauſa.
in iiij.col.in princ.de quo etiā
dixi in ſingu.meo cccxlij.inci.
quando teſtis &c. & in conſil.
meo cj.inci.Illumina queſo me
ſeruum tuū domine &c. in ix.
charta. Et pro prædictis facit
optime quod voluit d. Alex.in
conſi.ſuo xj.incip. circa princ.
in ij.col.in j.vol. vbi dixit, ꝙ
dato ꝙ in crimine læſæ maie-
ſtatis, vel ſymoniæ ſpecialiter
ſit inductū, quod teſtes infames
non repellantur a teſtimonio,
vel ab accuſatione. c.licet.il j.
& c.per tuas. de ſymo.l.famo-
ſi.& l.ij.ff.ad legem Iul.maie.
et not.gl in l.iij.§.lex.Iulia.ff.
de teſti.tamen non dicuntur in
tegri teſtes, vt in d.c. per tuas.
& ideo non ſufficeret vnus ta-
lis teſtis ad torturam inferen-
6 dam in illum, † contra quem
teſtificatur, per ea quæ haben-
tur in d.§.item lex corne.& in
præalleg. cum vtrobique not.
per Bar.ita dicit Alex.in dicto

conſil. xſ. quod eſt ſingu. verbum. de quo etiam dixi in con ſi.d.meo cj.inci. Illumina quæſo me ſeruum tuū domine &c. vbi late ſatis locutus ſum in materia iſta in occurrēti caſu. vide tamen omnino quæ ego dixi infra, in hoc §.num. 177. Scias etiam ꝙ licet vnus teſtis de viſu quando eſt omni exceptione maior faciat indicium ad torturam, vt dixi: iſtud eſt verum quando deponit de ipſo maleficio immediato & propinquo: ſed ſecus eſt quando deponit ſuper remotis a maleficio, & ſuper mediatis ipſi maleficio. nam ſuper remotis a male-
7 ficio requiruntur † duo teſtes ad faciendum indicium ad torturam: et in talibus vnus teſtis non facit indicium. ita ſing.dixit gloſſ. in l. ſi.C.fami.hercif. quam ibi ſumme no. Barto. & docto.ibi. & in l.fin ff. de quæſtio. & idem voluit Bartol. in l. admonendi.ff.de iureiur. & In no.in c. ſicut, il.j. extra de ſymo.et Cyn. in l. iij.C ad legem Jul maieſt.& voluit Bald.in l. ij.in j.col.C.quorum appel.non reci. et in l ſi qs ex argētariis. in §.quod ſi plures. ff de eden. de quo latiſsime dixi in l.j. in §. idem Cornelio. & ibi in §. præterea.in viij.col. in verſic. præterea contra dictum &c.& in l. de minore. in §.plurium, in viij.col.in verſ. quod autem & in l vnius facinoris.in §. teſtes torquendi. in j. col. ff. de quæſtio. Et in hac materia teneas menti perpetuo notabile. verbum Soci.in conſi.ſuo liiij. incip viſis teſtibus.in iij.col.in iij. vol. vbi dicit, quod licet quando teſtis deponit de veritate facti debeat eſſe omni ex-
8 ceptione maior: † tamen quando requiruntur duo teſtes ad probandum delictum remotum a maleficio, non requiritur ꝙ ſint omni exceptione maiores, & tali caſu admittuntur etiam infames, ad quod allegat Bal. in l.cunctos populos.C.de ſum. trinita.& fide catho. & Barto. in l.j. in §.quæſtioni.ff.de quæſtio.& in l fin.ff.de excuſa.tut. quod eſt multū no. in practica. Item ſcias etiam, circa prædicta, quod ſi eſſent plures teſtes, qui deponerent ſingulariter ſuper diuerſis tamen tales teſtes non iungerentur ſimul ad faciendum indicium perfectum & ſufficiens: ratio eſt, quia nunquam iunguntur ſimul plures
9 ſpecies probationum † ad probandum, niſi quando vnaquæque ſpecies de per ſe in eſſe ſuo eſt perfecta, ſecundum Bald.in l. ſi qs ex argētarijs.pōſt prin. ff.de eden. quem refert & ſequitur d. Alex. in conſi.ſuo cclv. incip ſentio in dubium reuocari. in ij. col. vbi ſubdit quod ſi fama eſt plene probata, poteſt iungi cum alia ſpecie probationis: vt puta cum vno teſte deponente de veritate facti, qui facit ſemiplenam probationem. ſed vbi fama non eſſet plene probata, non poſſet iungi cum alia ſpecie probationis, & dicit Bal. ita intelligere glo. in l. ij. in verſi. legitimis. ff. de excu. tut. per l.j.C.qui nume. tutel.& ex hoc dicit d. Alex. in d.cōſi. quod ſi eſſet vnus teſtis de fama, & vnus de veritate, et vnus de alio indicio, iſti tales non coniungerētur: qa indiciū debet ꝓbari p duos teſtes, vt habetur

per

per gloſſ. in l. vna C. fami. herciſ. & idem tenet d. Ant. in c. li
cet ex quad. m. de teſti. vbi di
cit ꝙ teſtes ſingulares deponen
tes de duabus confeſsionibus:
10 † vnus de vna, et alius de alia,
non debent ſimul iungi. quod di
ctum refert & approbat d. Ale
xan. in conſi. ſuo ccxcij. incip.
viſo proceſſu. in iij. col. vbi di
cit quod idem videtur velle, li
cet non tam clare Abb. in c.
cum cauſam. in iiij. col. & ibi
d. Felyn in pen. & vlti col. de
proba. vbi dicit ꝙ teſtes ſingu
lares non debent iungi ad fa
ciẽdam plenam probationem.
& dicit ꝙ iſtud eſt etiam de mẽ
te Cyn. in l. j. C. quæ ſit long.
conſue. circa pen. col. De quo
articulo an & quando proba
tiones diuerſi generis iungan
tur ad faciendam plenam pro
bationem, vide etiam vltra præ
dicta latius per me dicta in l.
de minore. in §. plurium. in
xvij. col. in verſic. & bene ad
uertas. ff. de quæſtio. & in l.
vnius facinoris in §. teſtes tor
quendi. eod. titu. & vide Iaſ. in
repet. l. admonendi. in xcvij. &
xcviij. colũ. de iureiuran. Et
teneas tamen menti ſingularia
verba do. Alex. in conſil. ſuo
lxxvij. incip. in cauſa accuſa
tionis &c. ad fi. in j. vol. vbi di
xit, ꝙ illud ꝙ dicitur, ꝙ teſtes
ſingulares non probant, intelli
gitur quo ad plenam probatio
nem: ſed quo ad indicium vna
præſumptio iuuat aliam, vt pa
tet ſecundum eum ex notatis per
Barto. in l. fin. ff. de quæſtio.
& per Ioan. Andr. in addit.
Spec. in tit. de præſum. in §. ſpe
cies. verſi. violenta. vbi tractat
an ad torturam requirãtur plu
ra indicia, an ſufficiat vnum:
& dicunt ꝙ etiam quando ſunt
11 duo † indicia a remotis, vnum
iuuat aliud & plus dicit Ioan.
And. ſecundum eum, ꝙ in pra
ctica ſeruatur, ꝙ pro vno indi
cio proceditur ad torturam, de
quo latius infra, in hoc §. nu.
77. Item circa hanc materiam
indiciorum ſcias, ꝙ licet ex
pluribus indicijs fiat vera pro
12 batio, † ſecundum glo. no. in
l. ij. in verbo, legitimis. ff. de
excuſa. tut. quam ad hoc alleg.
Iacob. But. in addit. ad tracta.
Alb. Gandi ſuper maleficiis.
ſub rubr. de præſum. & indicijs
indubitatis. in iij. colũ. circa
me. & illam dixit ſingu. Ioan.
de Ana. in conſi. ſuo xlix. inci.
dubium de quo & Bal. in rubr.
extra de probat. in ij. char. &
in c. accedens il ij. in fi. vt lit.
non conteſt. & Barba. in rub. i.
extra de proba. in ij. char. et in
conſilio ſuo incip. ſcribitur pri
mo Reg. in quibus locis ipſe
Barba. adducit etiam alias gl.
& aliquos tex. idem dicentes
ꝙ dicta glo. quam etiam refert
& ſequitur do. Alex. in conſil.
ccclxv. incip. requiſitus in cau
ſa & c. vbi dicit, ꝙ idem voluit
gloſſ. in l. ii. §. eiuſdem. ff. de
teſt. quam etiam ad hoc pro
poſitum allegauit Ludo. Ro
ma. in l. j. §. hoc reſcriptum.
in penul. colum. ff. ad ſylla. &
in conſil. ſuo vij. incip. viſis ne
ceſſarijs. in j. colũ. & Paul. de
Caſt. in conſil. ſuo ccxcj. incip.
viſo puncto. in penul. col. et il
lam gl. etiam referunt et ſequũ
tur plures & plures doct. quos
retuli, accuratius in repe. mea
rubri. C. de proba. in lxij. col.
in verſi. vltra prædicta & c. vbi

nedum

ſedum late, ſed etiam latiſsi-
me locutus ſum de prædicta gl.
& in repetit.mea.l. fin.in lxv.
charta. C. de probatio. de qua
gloſſ. habetur etiam per Iaſon.
in repet.l.admonendi. in xcvj.
& xcvij. colum. ff. de iureiurã
do. Attamen prædicta gloſſ. &
alia iura volentia, ꝙ ex pluri-
bus idiciis fiat vera probatio :
13 habent locum † ſolum in ciui-
libus tantum, ſecus autẽ in cri-
minalibus. per text. in l.fin.C.
de proba. ita dicit gloſſ. not.in
c.veniens.il.j.extra de teſti.&
volunt docto. in locis ſuperius
allegat.& docto. alij quos ego
adduxi in d.repet.mea rub.C.
de probatio.in lxij.colum. Pro
quibus faciunt dicta per domi.
Alex.in conſi.ſuo clviij.incip.
in cauſa & lite.in vlt.col.in v.
vol. Item etiam ſcias ꝙ prædi
ctæ gloſſ.& iura non habent lo
14 cum in teſtibus † ſingularibus:
quia etiam ex pluribus teſtibus
ſingularibus non reſultat vera
probatio, quod tamen ſecus eſt
in aliis probationibus, quæ in-
uicem ſunt commiſsibiles, vt
vnus teſtis de veritate & duo
de fama : nam iſti teſtes faciũt
integram probationem. ita di-
xit Nico.de Neap. in d.l.ij.ff.
de execu. tuto. vbi dixit ꝙ il-
lud, quod ibi voluit glo. in plu-
ribus præſumptionibus non ha
bet locum in pluribus teſtibus
ſingularibus : ſed in alijs præ-
ſumptionibus inſimul commiſ-
ſibilibus, vt dixi. quod etiã fir-
mat d. Anto.in c. licet ex qua-
dam.de teſti.& Abb. in c.cum
cauſam.de proba. & do. Alex.
in conſi.ſuo ccclv.incip.ſentio
in dubium reuocari. Et ratio
quare ex pluribus teſtibus ſin-
gularibus nõ reſultat vera pro-
batio eſt:quia tantum probant
15 † mille teſtes ſingulares, quan-
tum vnus, ita dixit Bal.in l.iu-
riſiurandi.C.de teſti.& in c.tã
literis, extra de teſti. & in ad-
di Spec.in titu. de teſte.in iiij.
col. verſ. etiam mille. & Iaſ.
in repet.l.admonendi. in xcv.
col.ff.de iureiuran.& Alex.in
conſi.lxxiij.incip. non puto.in
iij.col.in j.vol. Pro quo facit,
nam mille ſcripturæ priuatæ
16 † non faciunt plenam fidem,
ſecundum Soc.in conſi.ſuo xlj.
incip. antequam. in v.col.in.j.
vol. quod etiam firmauit Bal.
in rub. de controuer. inueſti.in
j.col. Vide tamen Alex. in cõ-
ſi.lxxvij. incip. in cauſa accu-
ſationis. in vltimis verbis. in
j.vol. Eſt tamẽ verum ꝙ teſtes
ſingulares poſſent eſſe ita nobi-
les, ꝙ iudici adducerent credu
litatem, & indubitatam fidem,
17 & tunc † iudex non deberet
curare de illa ſingularitate, ſed
ſecundum eos deberet iudicare
ita ſingul. & mirabiliter dixit
Pau. de Caſt.in l. admonendi.
ff.de iureiur. & l. Lucius. ff.de
his qui not.infa. in ſuis recol-
lectis Florentinis. Et iſtud di-
ctum pro valde ſingu.refert et
ſequitur do.Io.Bapt. de ſancto
Seuerino.in repet.l.admonen-
di.in vij.char.in ij.col.de iure-
iur.& do. Fran. Bru.in ſuo tra-
cta.de indi.& tor. in j.char. in
iij.col.circa prin.de quo latius
dixi in ſing.meo cxiiij.incipi.
vulgatum et tritum eſt &c.vbi
videas. Et de materia d.gl.l.ij.
ff.de excuſ.tut.vide plura, quæ
ego dixi in repet. mea rub.C.
de proba.in lxij.col. & in col.
ibi ſeq. vbi late locutus ſum.

Modo

Modo vltra præmiſſa poſt-
quam ſumus in materia indi-
ciorum plura ſunt videnda, q̃
ſunt neceſſaria & vtilia, ac mul
tum practicabilia. Et primo
18 ſcias, ꝙ fama † de per ſe ſola
non facit indicium ad torturã,
ſecundum Io. And. in addi. Spe
cu. in tit. de proba. in §. viden-
dum. in verſ. xiij. iuxta fin. il-
lius addi. & Bald. in l. milites.
C. de quæſt. Cy. in l. fi. C. eo. do.
An. in c. veniẽs. il. ſ. in iiij. col.
de teſtib. Ang. de Are. in tract.
maleſ. in verſi. fama publica.
in verſi. & an famã. Bal. in ad
di. Spec. in tit. de ſenten. in vlt.
col. & Alex. in conſi ſuo v. in-
ci. in cauſa inquiſitionis. in ij.
colum. in j. vol. & Iaſ. in repe.
l. admonendi in xc. colum. in
princ. de iureiuran. de quo late
dixi in l. de minore in. §. plu-
rium. in v. col. in verſicu. nota
vlterius &c. ff. de quæſtio. Et
ratio quare fama non facit in-
dicium, poteſt eſſe, quia fama
eſt res fragilis & pernitioſa,
tranſmiſſa ab his, qui deſiderãt
de hoc famam eſſe: ita dixit
Barto. in tract. de tortura. quẽ
refert & ſequitur do. Paris de
Puteo. in trac. ſynd. in 100. car.
in 3. colum. Iſtud autem ꝙ fa-
ma non faciat indicium ad tor
19 turam non habet locum † in
vehementi fama: nam vehe-
mens fama eſt ſufficiens indi-
cium ad torturam. ita ſingula.
dixit Barto. in conſi. ſuo cxcj.
incip. domi. Paci de Burgo ſan
cti ſepulchri legũ doctori &c.
quem refert & ſequitur Bald.
in conſil. ſuo cxxxj. incip. vi-
ſis dictis artic. in ij. colu. ij. vo-
lum. & voluit etiam d. Alex.
in l. fina. in iij. addi. ff. de quæſt.

& Bald. in cap. ſ. in. §. iniuria.
in vj. colum. de pace iuramen.
firman. verſic. ſed nunquid ex
tali confeſsione. & do. Feli. in
ca. veniens. in v. col. de teſtib.
Pro quo faciunt: nam iſta ve-
20 hemẽtia† ſunt magni effectus.
Et ideo dixit Bald. in conſ. ſuo
incip. quidam Petrucius de Vi
terbio &c. quem refert & ſe-
quitur Soc. in cõſ. ſuo lxxxix.
incip. in cauſa agitata &c. in
vj. colum. in j. vol. ꝙ vehemẽs
adminiculum ſupplet ſemiple-
nam probationem. & Soci. in
d. conſi. adducit etiam Bald. in
l. ea quidem. in ij. colum. C. de
accuſ. vbi dixit, ꝙ vehemens
adminiculum eſt ſuppletio defe
ctus probationis, de quo latius
per Soci. vbi ſupra. Item vehe
mens opinio habetur pro ſcien
tia & pro certitudine, vt late
habetur per d. Felin. in ca. j. in
j. col. de ſum. trinita. & per me
in l. patre vel marito. in xij. co
lum. ff. de quæſt. & in l. de mi-
nore. in. §. plurium. in vj. col. ff.
de quæſtio. in verſi. hanc tamẽ
concluſionem. eo. tit. & in ſing.
meo ccv. incip. vehemens opi.
& in alio meo ſingu. xcvij. in-
cip. fama ſola &c. & in repeti.
mea rubri. C. de probatio. in
xlvij. col. & in repetit. mea. l.
fin. C. de probat. in lxxx. char.
Et vltra prædicta teneas perpe
tuo menti vnum videlicet, ꝙ
21 indicia multum vrgentia† fa-
ciunt plenam probationem, ita
multum not. dixit. Abb. in con
ſil. ſuo cxiij. incipien. tria ſunt
&c. in ij. col. in princ. in ij. vo-
lu. quod eſt ſingulare verbum,
quod alibi non memini me vi-
diſſe. Contra hoc dictum tamen
facit non parum, ꝙ voluit Ioſ.
de

de Ana.in conſi. ſuo lix. inci. viſa inquiſitione. in ij. colum. poſt princi. vbi dixit ꝙ præſumptiones probabiles & vehementes non operantur, ꝙ ex ipſis in cauſa criminali poſsit reus condemnari, ad quod allegat plura iura, de quibus ibi per eum. Pro quo facit etiam: nam violenta præſumptio, quæ ſit in ciuilibus, habet vim plenæ probationis in criminali-
22 bus † non ſufficit ad condemnã dum, ſecundum docto. in c. quia veriſimile & in cap. afferte. de præſumptio. & Bald. in l. fin. in vl. col. C. de ꝓbatio. & do. An. & Abb. in d. cap. afferte. & Ludo. Roma. in l. j. in. §. ſi quis in villa. ff. ad ſylla. Alex. in cõſi. xv. incip. viſo proceſſu in v. colum. in j. vol. & latius per Iaſo. alios referẽtem in l. j. in vj. col. verſi. Primo ex regula. C. de ſeruis fugi. vide tamen Io. de Ana. in c. tua nos. §. ſi. in ij. col. verſi. nota ꝙ ex iſtis &c. extra de homicidio. Plura ẽt alia in hac materia indiciorũ habes notare. Vnum eſt ꝙ arbitrio iudicis relinquitur an indicia exiſtentia contra reum ſint
23 ſufficientia ad torturam † ita dixit Bart. in l. fin. ff. de quæ. Bald. in l. ij. in j. col. C. quorum app. non re. Ioan. And. in c. cũ in contemplatione. de reg. iur. Alex. conſil. lxxvij. incip. in cauſa accuſationis. in iij. col. in j. volu. & ibi in conſil. lxv. incip. habita ſuper contentis. in fin. Et licet hoc ſit verum, ꝙ an indicia ſint ſufficientia ad torturam necne, relinquatur arbitrio iudicis: tamẽ tale eius
24 arbitrium † debet eſſe iuri & æquitati conſonum, alias non valet, ita no. dixit Lud. Rom. in conſil. ſuo ccclxxvj. incip. quæſtio eſt: nunquid &c. in pe. col. vbi pro hoc allegat gloſſ. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demonſtr. & hoc etiam voluit Bal. in diſputa. ſua. incip. ſtatuto cauetur ꝙ fœnerator &c. in vlti. col. arg. l. codicillis. § fin. ff. de lega. ij. & idem etiam dixit d. Alex. in conſi. ſuo xxj. incip. viſis verbis. in pen. col. in fin. vbi alleg Bald. in d. ſua diſputa. & plura alia, de quibus ibi per eum: pro quibus facit etiam text. in l. j. in prin. ff. de vſur. in verſi. ita tamen, vt legem non offendat, &c. Et facit etiam: nam qui habet poteſtatem diſponendi ſecundum con
25 ſcientiam, † non debet ſequi propriam conſcientiam, ſed publicam. tex. eſt iuncta gloſſ. in c. iudicet. iij. q. vii. in ver. volũtatis, & voluit Cyn. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta. & Bald. in l. j. C. qui accuſa. non poſ. Et ideo dixit Bald. in l ſi. C. de pœna iudi. qui male iudi. iudicem debere ſequi regulas legum, & non conſcientiã ſuã,
26 † quæ legibus aduerſatur. de quo etiã per Bal. in l. ij. in ii †. nota. C. de fideicom. miſ. & per Lu. Ro. in rep. rubr. ff. de arbi. in ij. col. ad ſi. & vide text. in l. i. ff. de ſol. & lex & ibi Bald. in l. certi iuris. in ſi. C. de iudi. & Iaſ. in. §. ſed iſtæ in penul. & vlt. col. inſtit. de actio. & vide gl. & do. Ant. in c. vt debitus. in ver ex rationabili cauſa. de appel. vbi dicit, ꝙ in arbitra-
27 riis iudex † debet facere ſuum arbitrium cum conſi. peritorũ. alleg. quæ habentur in c. ne innitaris. de conſti. Et ſubdit etiã

ibi d. An.per illam glo.ꝙ ſi cō mittitur aliquid iudici expediē dum ſecundum ꝙ ſibi videtur, intelligitur tamen habito conſi lio peritorum.quod etiam vo luit d.An.in c.j in viij.col. de conſtit. quem ſequitur Cardi. Alex. in d.c.vt debitus . in xj. col. ad quem etiam vide Soci. in conſi.xciij.incip. circa pri mum.in verſi. Secundo reſpon de. & in conſil.cxx.incipi. cū in præſenti.in viij. col. & Lu do.Bolo.in conſi. xlvij. incip. viſis igitur & diligenter conſi deratis in pen.col.& Matth.in no.ſuo xiiij.inci.nota.ꝙ vbi iu dex, & gl.in clementi.ſæpe.in verbo, defenſionis.de verb.ſi gnifi.& Ioan.And.in c.j.de cō ſti.quem refert & ſequitur do. Feli. in c.quoniam frequenter. in §. porro.in ij.col.vt lit. non conteſt.vbi dicit ꝙ in his, quæ ſunt cōmiſſa arbitrio iudicis ,
28 † iudex debet ſeruare æquita tem. Item de iſto arbitrio vide do. Pari. de puteo in tract. ſuo ſyndica.in xix.char.in iij.col. cum tribus col.ibi ſeq.& Pau. de Caſt. in l.filiusfa.donare.ff. de donat. & vide omnino d Ca tal.in tract. ſuo ſynd.in verſic. cxxxix.incip. adde ꝙ ſi datur arbitrium poteſtati.& quę ego dixi in repet.mea.l.fi.C.de ꝓ bat.in lxxix.char.& in l.quæ ſtionis modum.in iiij.& v.col. ff.de quæſt & in repe.mea rub. C.de probat.in l.col. & ſupra, in hac practica in §.conſtante. Et ad dicta ſuperius proxime adde Bal. in l.cum circa.C.de iure do. vbi dixit, ꝙ indiciū, qd mouet iudicis aium aliqua liter eſt ſufficiens , a iure ſi ſit approbatum ; ꝙ dictum refert

& ſequitur Bertachi. in reper. ſuo,in verbo,indicium.in ij.co lum. ad quod vide etiā Bal. in conſi.cclxxvj. inci.tex.in quo &c.in j.col.ante fin.in j. volu. Item ſcias etiam circa hāc ma teriam indiciorum , ꝙ indicia
29 † debent eſſe perfecta in gene re ſuo, alias non operantur vi res indiciorum . ita not. dixit Bald.in conſ.ſuo ccxxix.inci. verba inquiſi ionis.in ij.col.in iij.vol. Nam ſicut probationes in criminalibus ad condemnā dum debēt eſſe luce meridiana clariores,vt in l.fi.C.de ꝓbat. & in l. adictos. C. de appel. & in l.abſentem.ff.de pœnis.c.pi tacium, xxx.q.iij. ita & indi cia in genere ſuo ad torturam
30 debent eſſe clara,& talia † quę de iure ſubſiſtant. Pro quo fa cit regula illa,videlicet, ꝙ ea dem eſt ratio de toto quo ad to tū: quæ eſt de parte quo ad par tem, & econtra l. quæ de tota. ff.de rei ven.cum ſi.de quo ego etiam dixi in conſi.meo xx.in ci.digneris quæſo clementiſsi. me deus oīpotens &c.in princ. Et ideo ex hoc dicebam , ꝙ ſi cut in criminalibus ad plenam
31 probationem faciēdam † teſtes debēt reddere rōnem dicti ſui, etiam non interrogati,ſecundū Sal.in l.fi. C.de ꝓb. quē refert & ſequit Alex. in cōſ. ſuo xv. incip. viſo proceſſu inquiſitio nis formatę.ī viij.col.in j.vol. & voluit Iaſ.in repe.l.admo.in ciij col.de iureiu.& do.Phili. Dec.in cōſ.xxxvij.ici.in cau ſa.in iij.col.Ita & ad faciendū indiciū ad torturā debent red dere rōnem dicti ſui etiam non interrogati,quod eſt diligenter notandū. Pro quo faciunt not. verba

verba Ludo. Roma. in repe. ru
bri. ff. de arb. in x. col. in prin.
in verſic. ſcias tamen &c. vbi
dixit, ꝙ licet vnus teſtis depo-
nendo faciat ſemiplenam pro-
bationem, vt in l. admonēdi. ff.
de iureiur. cum ſi. iſtud eſt ve-
32 rum, ſi talis teſtis deponit † cū
cauſa: ſecus autem ſi deponit ſi
ne cauſa, qđ dicit voluiſſe Bal.
in cap. j. in. §. cum autem. de cō
tro. inueſt. de quo etiam dixi in
l. j. in. §. præterea. in xvij. col.
ff. de quæſtio. Contrarium ta-
men tenet d. Phili, Dec. in con
ſilio ſuo c. inci. in cauſa inquiſi
tionis. poſt princi. Sed dictum
ſuum non obſtat: quia iura per
eum allegata loquuntur in ciui
libus, non autem in criminali-
bus, ergo non obſtant. Et adde
etiam Bald. in hac materia in
conſil. ſuo cclxxv. inci. ad eui
dentiam. in j. col. in j. volu. vbi
dicit, ꝙ quando iudex procedit
per inquiſitionem contra ali-
quem, debet interrogare teſtē
de cauſa & ſcientia, alias di-
ctum teſtis non probat: nam cū
in ſe aſſumat officium inqui-
rendi, debet formare ipſe in-
terrogatoria ex ſeipſo. ita di-
cit Bal. in d. conſi. Item teneas
etiam menti aliud vtile in ma-
teria iſta indiciorū, videlicet,
ꝙ locus a cōmuniter accidenti-
33 bus † facit indicium indubita-
tum ad torturam. ita not. dixit
Bal. in addi. Specu. in titu. de
ſenten. in antepe. colū. in verſi.
ad mortem. & in l. ſi. circa fin.
ff. de hæredi. inſti. pro quo fa-
ciunt quæ dixi in ſingula. meo
primo. Et facit etiam: nam va-
34 lidum † eſt argumentum a ſoli-
tis. l. illud. & ibi Bart. ff. de ex-
cuſa. tuto. l. ij. ff. de ſpon. l. cum
de in rem verſo. ff. de vſur. l.
vel vniuerſorum. ff. de pigno.
actio. Et ex hoc dixit ſingula-
re verbum Bald. videlicet, ꝙ ſi
aliqui fratres ſtant in commu-
nione, & maior natu commu-
35 nia recipit & diſtribuit, † &
minor natu accipit vxorem, &
ſe obligat ad reſtitutionem do-
tis, quod talis reſtitutio dotis
debet fieri de communi patri-
monio, quia ſicut cæteri reddi-
tus peruenerunt ad manus ma-
ioris fratris, ita & illa dos per
ueniſſe cenſetur. ita ſing. dixit
Bal. in conſi. ſuo cxx. inci. duo
fratres: vnus maior &c. quem
refert & ſequitur Soci. in cōſi.
ſuo xlvj. incip. cum in præſen-
ti. in antepe. colum. quod eſt
ſumme not. Scias etiam in
hac materia indiciorum, ꝙ ia-
36 ctationes † non faciunt indi-
cium ad torturam: quia ſæpe
minus faciunt homines qui ma
gna minantur. ita dixit Bal. in
conſi. ſuo cclxxv. incip. ad eui
dentiam. in princ. in j. volu. &
idem voluit Ray. in l. fin. ff. de
hære. inſt. quem refert & ſequi
tur Alex. in conſi. ſuo clxxix.
inci. in cauſa angelorum. in ij.
col. circa medium. Contrariū
tamen tenet d. Paris de pu. in
tract. ſuo ſyndica. in ij. char. in
iij. colum. ver. an ſi probetur.
de quo etiam aliquid per Spec.
in tit. de præſum. §. fin. in vlti.
col. & vide omnino quæ ego di
xi in l. j. in. §. præterea. in viij.
colū. verſi. modo his viſis &c.
cum verſicu. ſeq. ibi. ff. de quæ-
ſtio. Et vltra præmiſſa quia in
dicia videntur eſſe fundamen-
tum cauſæ criminalis: ideo de
pluribus quærendum eſt an in
ipſis cauſis criminalibus faciāt

indicium ad torturam, quæ omnia quotidie occurrūt in facto.

37 † Quarto igitur an mandatarius contra mandantem faciat indicium ad torturam. in quo Bal. in conſ. ſuo xcvij. inci. an mandatarius &c. in v. volu. tenet ꝙ faciat indicium quo ad inſtructionem, non autem quo ad probationem. & hæc ſi acceptauit mandatum, ſed ſi non acceptauit, facit indicium ad torturam. De quo etiam per Bertha. in reper. ſuo in verbo, mandatarius. in vlt. colum. in vlti. verſicu. vbi ſubdit, ꝙ aſſaſsino eius aſſertio facit indicium ad torturam. alleg. l. non ideo minus. C. de accuſ. d. autem Alex. in conſil. ſuo lxxxviij. incip. quoniam omne. in pe. col. verſ. præterea. in v. vol. dicit, ꝙ teſtes deponentes de mandato & commiſsione ſibi facta ſunt idonei, allegat plura, de quibus ibi per eum, de qua quæſtione dixi etiam in l. j. in. §. diuus Antoninus. in prin. iij. col. de quæſtio. Mihi autem nunquam placuerunt dicta per dictos docto. in locis præalleg. & hoc ex pluribus. & primo inquantum dicit Bal. in d. conſi. xcvij. ꝙ ſi mandatarius non acceptauit mādatum, ꝙ facit indicium ad torturam. Sed vellem & ego ſcire a Bal. quomodo probatur ꝙ mandatarius acceptauerit mandatum, certe non video hoc. & ideo mihi non placet dictum Bald. nam non ſufficit dicere, ſed quod dicitur debet probari, vt latiſsime dixi in l. j. in. §. ſi quis dicatur. in j. col. ff. de quæſtio. Item inquantum d. Alex. in d. cōſi. ſuo lxxxviij. dicit, ꝙ teſtes deponentes de mādato & commiſsione eis fa-
38 cta† ſunt idonei. Dico ꝙ iſtud non obſtat: eo quia ipſe Alex. loquitur in caſu, in quo interfuerūt plures teſtes & nō vnus tantum, Sed in caſu quæſtionis noſtræ loquimur, vbi interuenit vnus teſtis tantum, ſcilicet ipſe mandatarius, ergo de vno non infertur ad aliud. item do. Alex. in d. ſuo conſil. loquitur in cauſa ciuili, nos autem loquimur in cauſa criminali vbi agitur de valde maiori præiudicio. iuxta l. in ſeruorum. ff. de pœnis. & ſic de vno non infertur ad aliud. Præterea dico nō ſemper eſſe verum, ꝙ etiam in cauſis ciuilibus teſtes de mādato & commiſsione ſibi facta probent: & hoc apparet ex doctrina Io. de Imo. in conſil. ſuo xcj. inci. in cauſa quæ vertitur. in j. colum. vbi dixit, ꝙ ſi aliquis ſcripſit aliquam literā priuatā alicuius obligationis pro aliquo qui neſcit ſcribere, ꝙ ta-
Et vide Fran. Bru. in tractatu
ſuo de indi. & tor. in iiij. char.
in vlti. col. verſic. quæro vlte-
rius an minæ &c. & vide om-
nino quæ dixi in conſil. meo
lxxij. incip. munda cor meum
&c. in ij. iij. ꝙ iiij. char. vbi ac
curatius loquutus ſum in hac
materia. Et poſtquam ſumus in
materia minarum, Nolo omit-
tere aliqua in ipſa materia .
Ideo teneas menti , ꝙ ille, qui
minatur mortem alteri , poteſt
87 in illo actu ab illo † occidi ,
quia non debet expectare ſe p-
cuti, ita dixit Bal. in l. j. C. quã-
do liceat ſe ſine iudi. vindic. &
Bald. ſuper ſtatutis . in verbo,
pax.

pax.in j.verſic.& Angel. in l. quemadmodum.ff.de inoffic.te ſtamen.quem refert et ſequitur Corſe.in notab.ſuis. in verbo, metus. Pro quibus faciunt quę late dixi in l.j. in princ. in v. col.ver. nam quis dicitur &c.
88 ff. de ſica. Et an† minæ inducant iuſtum metum,vide docto. in l.metum.C. quod met. cau. ſa.& Soci.in conſi. ſuo iiij. incip.ſuper quæſtione. in vj. colum.verſi.quinimo.el ij. in iij. volumi. Et ſcias etiam ꝙ po-
89 teſt agi actione†iniuriarũ cõtra minantem ſecundum Bald. in repertorio ſuo.in verbo, iniuria.in ij.col. alleg. text. ſingularem in l.item apud Labeonem.in.§.j.ff.de iniur. Itē ſcias ꝙ promittens aliquem nõ offendere faciendo pacem, dicitur rumpere talem pacem ſi infert
90 † metum offendendi, ita dixit Angel. in l. ſi cum exceptione. in.§.ſatis. ff. quod metus cauſa,pro quo optime facit text. in d.l. item apud Labeonem.§.j. de quo dixi etiam in l.j. in princi.in x.colum. in fin.ff. de quæſtio. Quæro vlterius, ſi res furtiua reperitur penes aliquem, vtrum talis inuen
91 tio faciat†indicium ad torturam contra illum, penes quem reperitur, quod ipſe illam furto ſubtraxerit, niſi ipſe doceat a quo eam habuerit. in quo dicas ꝙ ſic, ita dixit Bartol. in l.fina.ff. de quæſtio. & Angel. in l.ij.& in l.milites.& in l.fina.C.de quæſtio. & in l.ancillæ.C.de furtis.& Ang.de Are. in tract.ſuo maleſi.in verbo,fama publica. in ij.char. in ver. quæro an vnum indicium. pro quo facit l.inciuilem.in fin.C. de furt. Ad quod etiam facit quod in ſimili dixit Ludo.Ro. in ſingula.ſuo cccxxiij. incip. eoipſo ꝙ libri hæreſis &c.vbi
92 dixit,ꝙ†eoipſo ꝙ libri hæreſis reperiuntur penes aliquem, quod ille præſumitur hæreticus, & poteſt de hæreſi condēnari, quod dicit voluiſſe Archi. in c.ſane.el ij.xxij.q.iiij. & hoc per tex.in c.ſi forte.eadem cauſa.& quęſtione,vbi de hoc videtur caſus. pro quo facit l.maiorē.C.de Fal. vbi habetur,ꝙ ille qui habet penes ſe inſtrumēta falſa,pręſumitur falſarius,niſi oſtēdat a quo illa habuerit.& facit tex.in c.ad falſariorũ.in prin.de crimine falſi.Et põt ēt adduci gl.valde ſingula.in l.cum ita. in.§.ſpecies. ff.de leg.ij. quæ dixit, ꝙ ſi reperitur carceratus mortuus penes cuſtodem carceris,& ſic in carcere, quod ipſe cuſtos debet
93 †probare ipſum non eſſe mortuum dolo, vel culpa ſua, alias præſumitur contra eum: quam glo.ad hoc refert & approbat Io.de Ana.in d.c.falſariorum. in fi. j.colũ.de crimine falſi. & do. Alexand.in conſi.ſuo clvij. incipi. in cauſa & lite.in ij.colum. in ij. volumi. vbi pro illa gloſſ.plura allegat.Et illam gl.dicit ēt ſingu. Ange.de Are. in tractatu maleficio.in uerbo, fama publica. in xiij. char. in verſicu. ſecundo quæro &c.& pro illa glo.eſt text. in l.fi.ff. de cuſt.reo.Itē adduci poteſt ēt not.dictum Bal.poſt. Iac. But. in l.maiorem.C. de falſis. vbi dixit, ꝙ vtens falſo inſtrumen
94 to, † præſumitur, quod illud fabricauerit, vel illud falſum fieri fecerit,niſi oſtēdat vel no

minet autorem: quod dictũ refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo lxxvij. incip. in cauſa accuſationis. in prin. iij. colum. in j. vol. Et adduci poteſt etiam in arg. glo. not. in cap. coram dilectis. de offic. deleg. quæ dicit, ꝙ
95 ille in dubio præſumitur† procurator alicuius, penes quẽ reperiuntur acta ipſius cauſæ: quã gloſ. ad hoc allegat Bart. in l. carbonianum. §. cauſę. ff. de carbo. edic. Et poteſt etiam adduci glo. not. in l. fi. in fi. ij. glo. C. de pact. conuen. quæ dixit, ꝙ ſi inſtrumentum nominum debitorum vxoris reperitur penes maritum, præſumitur eſſe conſtitutus procurator ab vxore. Et faciunt alia plura quæ dixi in repeti. mea. l. fina. C. de probatio. in lxxxij. char. & ibi in ſeq. Scias tamen ꝙ prædicta omnia iura intelliguntur & locum habent in homine malæ conditionis, vitæ & famæ: quia ſi apud talem reperiantur talia bona furto ſubtracta, poterit ipſe torqueri tanquam præſumatur, ꝙ ipſe furto ſubtraxe
96 rit talia bona. † Sed ſecus eſt in illo, qui eſt bonæ conditionis vitæ, & famæ: & qui nõ eſt ſolitus ſimilia facere: quia ſi tales res furatæ reperiantur penes eum, non erit talis inuentio indicium ſufficiens ad torturam contra eum, & non præſumetur per hoc; ꝙ ipſe talia bona furto ſubtraxerit, ita notabiliter dixit Bal. & Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de hæredi. inſti. & Salyce. in l. fin. C. de qõ. quẽ refert & ſequitur domi. Aug. de Ari. in addi. ad Ang. de Aret. in tract. maleficiorũ, in verbo, fama publica, in iiij. char. in addi. magna inci. tu autẽ in hac materia adde ꝙ minor &c. in ij. col. & in eod. tracta. in verbo, & veſtem cœleſtem &c. in v. char. in addi. incip. tu autem inquantum tangitur hic &c. & hanc partem etiam tenuit Angel. de Are. in dicto tracta. malefi. in dicto verbo, & veſtem cœleſtem. in vij. char. in verſi. quæro an eoipſo &c. & ibi do. Auguſt. in addi. & do. Alexan. in conſi. ſuo v. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ. in ij. colum. in j. volu. Pro quibus ẽt facit optime quod voluit Bal. in lectura antiqua. in l. dominus horreorum. ff. locati. vbi limitat dicta Bartol. ibi, inquantum dixit, ꝙ ſi commiſſum eſt fur-
97 tum in aliqua domo, † ꝙ vicini poſſunt capi, & torqueri pro furto inueniẽdo, vt etiam dixit ipſe Bartol. in l. j. ff. furti aduer. nautas. & in l. j. ff. de offic. præfect. vigi. de quo etiam per do. Franciſ. Brun. in ſuo tract. de indi. & tortu. in ij. char. in iiij. col. Hoc tamen dicit Bal. in d. l. dominus horreorum. eſſe verum, & locum habere in vicinis malæ conditionis, vitæ, & famæ, qui ſunt conſueti ſimilia facere: ſecus autem dicit eſſe in hominibus, ſeu vicinis bonæ opinionis vitæ, & famæ: q̃a tales non poſſunt torqueri. quã doctrinam refert & ſequitur Iaſo. in l. in actionibus. in pen. colum. ff. de in litem iuran. Et vltra eum ibi dicas tu, ꝙ idem dixit Bal. in l. j. circa prin. C. loca. quem refert & ſequitur do. Aug. de Arim. in addi. ad trac. Angel. de Aret. ſuper maleficijs. in verbo, fama publica. in xviij. char. in j. addi. incip. tu autem

autem adde ꝙ iſte docto. &c. Tene menti hanc limitationē ad prædicta iura & doctrinas, quia vere eſt notabilis & lucroſa, & ego eam bis habui in facto, & obtinui in arduis cauſis criminalibus in hac ciuitate Bononiæ coram doctiſsimis iudicibus, ſanguinolentis tamē & duriſsimis, cum quibus longam habui diſputationem ſuper hoc paſſu: finaliter tamen obtinui & liberaui cliēticulos meos a pęna. Et vide circa hoc quæ dixi in conſi. meo lij. inci. Miſericordia domini non me deſerat &c. in antepen. & pen. char. & vide quæ dixi infra in hoc. §. in nume. 196. Quæro vlterius, an mendacium ſeu va

98 riatio faciat † indicium ad torturam contra mendacē vel variantem? in quo dicas ꝙ ſic. ita dixit Ludo. Rom. in cōſi. ſuo viij. incip. viſo facto &c. & idē dixit Bar. in l. de minore. in. §. plurium. ff. de quæſtio. vbi dicit, ꝙ iudex examinator reorum debet eſſe cautus, & facere eorum dicta varia & diuerſa ſcribi in actis, & etiā debet facere ſcribere trepidationem & ſimilia, ne ei poſsit dici, ꝙ fecit ponere reum ad torturam non præcedentibus indicijs. Et iſtud dictum Bart. refert & ſequitur Ang. de Are. in tracta. ſuo malefi. in ver. fama publica. in xvij. char. in verſi. nono quæro. vbi dicit, & quando iudex præcedentibus indicijs torquet aliquem, & vno ſero ipſe reus dicit vnū, alio dicit aliud variādo, quod tunc iudex non parcat calamo, ſed faciat ſcribere omnes variationes, et omnia quæ dicit: nam tunc ipſe dicit quod ſæpe & ſæpius etiā alijs indicijs non ſuperuenientibus, iudex poterit eum in torturam repetere, ad quod alleg. Bartol. in dicto. §. plurium. & dicit hoc eſſe bene no. quia hoc multoties fecit ſibi honorem, dum eſſet aſſeſſor in vrbe Roma. Et tu vltra eum dicas, ꝙ idem voluit Bartol. in l. fina. in ij. colum. ff. de quæſtio. de quo etiam dixi in ſingu. meo ciij. incipiē. varietas in teſte. vbi etiam alia not. adduxi in materia varietatis &c. de qua materia dixi etiam aliquid in l. ex libero. in prin. in vlti. colum. ff. de quęſt. vbi videas &c. Et vide ſupra in hoc. §. vbi ēt examinaui latius hanc quæſtio. nu. 74. & hic etiam tetigi oblitus ibi tetigiſſe, attamen non ſolent quæ abundant vitiare ſcripturas. Vlterius quęri poteſt de notabili & quo-

99 tidiano dubio, videlicet, † an ſolitus delinquere habeat ex hoc indicium delicti contra eū, adeo quod poſsit poni ad torturam? In quo domi. Alexan. in conſi. ſuo lxxvij. incip. in cauſa accuſationis. in iij. colum. in princi. in j. volu. tenet quod ſic, vbi dicit, quod hanc partem tenuit Bartol. in l. fina. ff. de quæſtio. & Bald. in l. fina. ff. de hæredi. inſtituen. & dicit ꝙ hoc tenuit in terminis gloſſ. in l. iubemus. C. de probatio. Et idem tenuit ipſe Alexan. in conſi. ſuo l. incip. viſis & opportune &c. in vj. colum. in j. vol. & in conſi. v. incipiē. in cauſa inquiſitionis &c. & Salyce. in fin. in vlt. colum. C. de quæſt. & Guido de Suza. in tract. de tormentis in iiij. colum. Et pro

hāc parte facit optime illa re-
100 gula vulgata, † qui ſemel ma-
lus, ſemper præſumitur malus
in eodem genere mali. l. nō om
nes in. §. a barbaris. ff. de re mi
lita. l. ſi cui. in. §. iiſdem. ff. de
accuſationibus. l. ſi aliquid. C.
de ſuſcep. & archa. lib. x. vo-
luit gloſſ. in l. iubemus. C. de
probatio. & probatur in c. mi-
ramur. lxj. diſtin. & in c. par-
uuli. xxij. quæſtio. v. & in cap.
non poteſt. ij. quæſtio. vij. & in
cap. ſcribam. de præſumptio.
& in regula, ſemel malus, de re
gulis iuris. in vj. & in hac re-
gula fundant ſe omnes tenen-
tes hāc partem. Et pro hac par
te et opinione poſſunt plura ad-
duci. Et primo adduci poteſt
notabile verbum Salyce. in l.
fina. in vlti. colum. in verſicu.
quæro an ſufficiat &c. in fin.
101 C. de quæſtio. vbi dixit, † ꝙ
licet incertitudo tollat poteſta-
tem iudici condemnandi ali-
quem, quando plures fuerunt
in rixa, & mortuus vel vulne-
ratus non habet, niſi vnicū vul
nus, & neſcitur a quo fuerit il-
latum, & ſimiliter tollat pote-
ſtatem torquendi aliquem, vt
veritas habeatur quis intulerit
dictum vulnus: attamen præ-
dicta omnia limitantur, & re-
ſtringuntur, niſi vnus ipſorū,
qui fuerit in rixa ſit malæ con
ditionis vitæ, & famæ: vt quia
alias alicui alteri intulerit ali-
quod vulnus, nam hoc caſu nō
obſtante aliqua incertitudine,
poterit talis torqueri ad verita
tem inueniendam, quod eſt ſin-
gula. notan. Et hoc idem vide-
tur velle Guido de Suza. in tra
cta. ſuo de tormentis. in iiij. co
lum. in verſicu, quæ & qualia
indicia &c. circa fin. De quo
latius dixi in ſingula. meo cc.
xvij. ter vel quater &c. Item
adduci etiam poteſt gloſſ. in l.
inciuilem. C. de furtis, quæ di-
102 xit, quod † ſolitus furari, in
dubio præſumitur fur. & gloſſ.
in l. cum allegas. C. de vſuris.
quæ dixit, quod ſolitus fœne-
rari, in dubio præſumitur fœ-
nerator. & glo. in l. Caſsius. ff.
de ſenato. quæ dicit, ꝙ qui ſe-
mel deliquit præſumitur in fu-
turum delinquere, & facit glo.
in l. iij. in. §. lege Iulia. ff. de te-
ſti. & gloſſ. in l. qui cum vno.
in. §. ignominia. ff. de re mili-
ta. & gloſſ. in l. lege Cornelia.
ff. ad Sylla. Et facit etiam: nō
ſtante ſtatuto ꝙ de damno da-
to ſtetur ſacramento damnum
paſsi, non ſtabitur ſi damnum
103 † paſſus alias iurauit falſum.
ita dixit Ioan. And. in addit.
Specu. in titu. de teſte. §. j. in
iiij. char. in addi. incip. alle-
gat Pileum. Et idem dixit Bar
tol. in cap. per tuas. per gloſſ.
ibi de ſymo. vbi etiam ad hoc
allegat tex. formalem in dicto
cap. pauuli. xxij. quæſt. v. quē
text. in gloſſ. etiam ad hoc al-
legauit Barba. in ſuo tract. Car
dinalium. in ij. quæſtio. in ix.
colum. verſicu. quarto limi-
ta &c. & idem voluit Angel.
in l. qui iudicio. ff. de accuſa.
vbi dicit hoc obtinuiſſe de fa-
cto. quē refert & ſequitur Bar-
ba. in cap. j. in iij. colum. de ac-
cuſ. Et facit etiam, nam pau-
104 peri † ſeu forenſi remittitur
ſatiſdatio quando cauere non
poſſunt. l. de creationibus. ver-
ſicu. inquantum poſsibile eſt.
C. de epiſco. audien. l. cum non
facile. ff. ſi cui pluſquā per leg.

Fal.

Fal. vbi dixit Ang. p illũ text. quod remittitur vſufructuario ſatiſdatio. de qua in l. j. C. de vſufruct. quando eſt pauper, & ſimiliter dicit ꝙ talis ſatiſdatio remittitur forenſi ſtante ſtatuto, vt in hac ciuitate, quod quis non audiatur, niſi ſatiſdet de expenſis in caſu ſuccumbentiæ. & idem dicit Ioã. de Imo. in dicta l. cum non facile. quos refert & ſequitur Barba. in cõſi. ſuo xj. incip. pro præſentis conſultationis clariſsima deciſione &c. in vlti. colum. in iij. volu. Pro quibus facit etiam tex. in authen. generaliter. C. de epiſco. & cleri. & in corpore vnde ſumitur. & text. in §. ſed hodie. inſtit. de ſatiſda. & in l. vnica. C. vt omnes iudi. tam ciuiles quam mili. & in §. ſi quis autem pro pecuniaria. in authen. de ſanctiſsimis epiſco. & in authen. cui relictum. C. de indi. vidui. tollen. & in corpore. & faciunt alia plura iura, quæ adhoc adduxi, in l. j. §. præterea. in xviij. colum.
105 ff. de quæſtio. † Iſtud tamen beneficium iuratoriæ cautionis perdit ille, qui alias talem cautionem non ſeruauit, ſecundum Bald. in authen. ei qui iurat in prin. C. de bon. autor. iudi. poſ. per illum text. & Ludo. Roman. in l. iij. in princi. in ix. colum. ff. ſolu. matrimo. & Modern. in l. ij. quod diximus ff. ſi quis cau. de quo etiam dixi in repe. mea. l. fina. C. de proba. & in ſingu. meo lxxiiij. incip. tu habes regulam. & latius in repeti. mea rubri. ff. de fideiuſſo. in xxij. quæſtio. Facit etiam optime ad prædicta ſing. verbum Paul. de Caſt. in conſi. ſuo cccij. incipien. viſo di
106 cto ſtatuto &c. vbi dicit, † ꝙ ſtante ſtatuto quod rapiens mulierem per vim puniatur pœna mortis, quod ſi quis rapuerit mulierem ſolutam quæ fuit alias tacta ſeu deflorata ab alio non cadit in pœnam ſtatuti: quia non præſumitur quod eam rapuerit per vim, cum alias conſenſerit alteri, quod eſt ſingula. not. Et idem voluit Albe. de Roſa. in ij. parte ſtatut. quæſtio. xcij. incip. ſed pone aliquis &c. & Gandi. in tract. ſuo maleſi. ſub rubr. de aliquibus quæſtionibus varijs in maleſi. in j. colum. in ſimi. in verſi. quæro de facto &c. pro quo faciunt dicta per Iacob. Butri. in additio. ad tracta. Gand. de maleficijs. ſub rubri. quomodo de maleficio cogno. per inquiſitio. in iij. colum. verſicu. vnde quanquam &c. de quo latius dixi in ſingu. meo lxxiiij. incip. tu habes regulam &c. & idem dixit etiam do. Augu. de Ari. in addi. ſuis ad Angel. de Aret. in verbo, che hai adulterata la mia donna. in vij. chart. in addi. incip. tu autem in hac materia de multiplici modo peccandi &c. ante finem. Facit etiam ad prædicta, nam dixit Bart. in l. ædiles. ff. de via
107 publica. † ꝙ repertus mortuus in ſtrata, præſumitur mortuus ab eo, penes cuius oſtium repertus eſt, quod dicit Ludoui. Roman. in l. j §. hoc reſcriptum. ff. ad ſyllan. eſſe verum in illo, qui erat ſolitus talia facere, alias ſecus. Et dicit Ang. in l. iuſto errore. ff. de vſucap.
108 ꝙ ſi reperitur aliquis † mortuus in ſtrata, et neſcitur a quo,

ꝑ præſumitur mortuus ab il-
lo,qui frequentabat illam ſtra-
tam.quod intelligit Ludo. Ro-
ma.in d.§.hoc reſcriptum.ſi il-
le erat ſolitus talia facere alias
ſecus. quam limitationem Lu-
doui. Roma.refert & ſequitur
Alex.in d.l.ædiles.de via pu-
bli. Facit etiam ad prædicta.
Nam in his quæ dependent ab
109 † animo,ſtatur dicto aſſeren-
tis cum iuramento. gloſſa in §.
aliæ.inſtitu.de actio quam pro
ſingu. allegat Pet. de Ancha.
in conſilio clviij.inci.rationes
quæ ſuperius. & Ange.in con-
ſi.cccxiij. incip.viſo.dicto te-
ſtamento. in ij.col.Sed alia eſt
ſimilis glo.in c.ſignificaſti. el
j.de homici.& in c.ſi vero. el
ij. de ſenten.excom. & in l. ſi
cui.in §.eiuſdem. ff. de accuſa.
& in l. atqui natura §.cum me
abſente. ff.de nego. geſt. & in
l.ſi.C.de anna. excep.& in l.
j.in §.hoc interdicto.ff de itine
re actuq; priuato.& alia eſt gl.
ſimilis. in c. qui & humanis.
xij.qō.ij.& in cap.propoſuiſti.
lxxxij.diſtin. & in l.j.C.de ſi-
ca. imo etiam hoc probatur in
d.c.ſi vero.el ij. de ſenten. ex-
commu.& in c.ſi verum.xxxj.
qō.ij.& in c.in lectum. xxiiij.
q.ij.& in c.nulli.de elec.in vj.
& in c. Paſtoralis. de except.
de quo latiſsime ego dixi in re
pet.mea rubri. ff.de fideiuſ. in
viij. & ix.col. & ponit etiam
Iaſ.in.§. ſed iſtæ.in pen. char.
inſti. de actio.& dixit ēt ſupra
in hoc.§. in nu. 44.Sed omnia
prędicta limita non habere lo
cū in eo, q alias iurauit et fuit
periurus:quia non ſtabitur iura
mento ſuo de his quę conſiſtunt
in animo ſuo, ita dixit d.Fely.
in c.ſignificaſti. el j.de homic.
ad quod allegat iura,de quibus
ibi per eū. Facit ēt ad prædi
cta, nam relaxādus fideiuſſori
110 bus non relaxatur,† ſed car-
cerat, ſi alias aufugit de carce
ribus:quia per illā fugā perdi-
dit priuilegium,ita dixit Ang.
de Aret. in tractatu maleficio.
in ver.fama publica.in verſic,
quarto notandum eſt. Facit ēt
nam an inſtrumenta ſint de no-
111 uo † reperta, ſtatur iuramen-
to producentis illa ſecundum
Bartol.& alios in l.admonen-
di.ff. de iureiura.& Cano.in c.
Paſtoralis. de except. quod li-
mitat Ludo. Roma. in d.l. ad-
monendi.non habere locum in
illo,qui alias fuit periurus: qa
non ſtabitur iuramento ſuo. de
quo latius dixi in repeti. mea
rubric. ff. de fideiuſ. in xxij.
q.Et facit etiam ad prædicta:
nam ſtante ſtatuto,quod creda-
112 tur † libro mercatoris, intel-
ligitur niſi talis mercator ſit
infamis,vel alias incurrerit in
famiam,ita dixit Bal.in l. cun
ctos populus. in xlj. col.C. de
ſumma trini.& fide cath.quem
refert & ſequitur Iaſ. in §.ſed
iſtæ.in xxiiij.col.inſtit. de act.
& faciunt etiam ad prædicta
quæ dixi in ſingu. meo j.Et fa-
ciunt alia plura , quæ dici poſ-
ſent de ſolitis, quæ cauſa breui
tatis non refero. Contrariam
tamen partem credo veriorem
videlicet ꝑ talis ſolitus delin
quere de ſtricto rigore iuris nō
poſsit ex hoc ſolum, ꝑ ſit ſoli-
tus delinquere , poni ad tortu-
ram. Et ad hoc dicendum me
mouent plura. Et primo dico vt
dixi ſupra ꝑ oēs doc. tenentes
contrariam partē fundant ſe in

illa

illa regula, quod ſemel malus ſemper præſumitur malus,tunc dico ſic, ꝙ fundans ſe in lege
113 vel ſtatuto. † debet inhærere verbis ipſius legis vel ſtatuti. c.porro.c.accedentibus. de priuilegijs. Bal. in auth.ſi qua mulier.in fi. C. de ſacroſan.eccle. & in l.iubemus.§.fi.C.ad Tre. Alex.in conſi.l. inci.viſis &c. in ij.col.in j.vol.Paul.de Caſt. in l.Gallus. in.§.& quid ſi tantum. in fine. ff. de lib.& poſtu. & in conſi. ſuo.clxj. incip. in præſenti cauſa &c. in ij. colũ. Modo ſic inhærendo verbis dictæ regulæ, in qua ſe fundant patet ꝙ ſolitus delinquere non poteſt poni ad torturam, ex hoc propter verbum, præſumitur, appoſitum in dicta regula, ſemel malus. Et ratio eſt: quia a verbo præſumitur, deſcendit verbum præſumptio: & præſumptio eſt minus quam indi-
114 cium: † vt colligitur ex dictis per Bald. in l. ea quidem. in ij.col.C. de accuſ. quem refert & ſequitur d. Amodeus Iuſtinus in tractatu ſuo ſyndica.in xxij.charta. in j. col. & voluit Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de notorio crimine.§. vt autem. in addi. magna. Et hoc ꝙ præſumptio ſit minus ꝗ indicium, firmauit Iaſon in l. j.in ij.colum.ff.de eo per quem fact. erit. Pro quo facit glo. in l.ij.C.de calumnia. Et faciunt dicta per Bald. in l.j.in j. col. ver.extra quæro.ff.de excuſa. tut.vbi dicit, ꝙ præſumptio eſt probatio probans non probatio probata: ſed indicium eſt probatio,probata,ſecundum Bald. in d.l. ea quidem. Item ſubdit Bald.in d.l.j.ff.de excuſa.tut. & dicit quod præſumptio indirectæ tangit factum ſed indiciũ directæ tangit ipſum factum. Et ideo dicit ibi, quod minus eſt præſumptio quam indicium cum ergo in ſolito delinquere non oriatur indicium, ſed oriatur ſolum præſumptio contra eum,ergo talis delinquere ſolitus non poterit torqueri:quia ad ponendum aliquem ad torturam non ſufficiunt præſumptiones, ſed requiruntur indicia de neceſsitate, ſecundum Bart. & alios in l.j.ff.de quæſt. & doc.in l.milites.& in l.fi.C. eo. cum multis ſimi. Item pro hac parte & opi. mea facit glo.nor. quam credo ſingu. in l.abſentem.in verbo, damnari.ff.de pœnis.quæ dicit, ꝙ ex ſola præſumptione quis nõ grauatur. quam gloſſ.refert & approbat Ioan. And. in addi. Specu.in titu.de notorio crimine.in.§.vt autem.in vltima additione. Item pro hac opinione mea facit etiam. Nam per-
115 ſpicuæ præſumptiones † faciunt argumentum ſecundum Inno.in c. cum in diœceſi. quẽ refert & ſequitur Soc. in conſilio ſuo xc. incip. in cauſa magnifici & c. in vj.col.in iij.vol. Sed ſi faceret indicium, non dixiſſet Innoc.& Socinus vbi ſupra, quod faciunt argumẽtum. Item ꝙ præſumptio ẽt veritatis non faciat indicium ad torturam, dixit expreſſe gloſſ. in c. literas. el ij. de præſum- 2 ptio. Item pro hac parte fa-
116 cit. Nam illud † quod facit ſemiplenam probationem in ciuilibus,facit indicium ad torturam in criminalibus: quod etiam procedit negatiue.Ita di-

xit Bartol. in l. fina. ff. de in li.
iurand. & d. Paris de Puteo in
tractatu ſyndica. in cv. charta.
ad quod allegat gloſſ. in l. ij. in
§. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau-
ſa agatur. quam etiam ad hoc
refert & ſequitur Alex. in l. fi-
na. ff. de quæſtio. de quo ego
ibi dixi in ij. col. & idem di-
xit Angel. de Are. in tractatu
maleficiorum. in verbo, fama
publica. in verſicu. iuramentũ
autem. Sed nullibi reperitur,
quod in ciuilibus præſumptio
faciat ſemiplenam probatio-
nem, ergo in criminalibus non
faciet indicium ad torturã. Et
pro hac opinione mea, quod ſo
litus delinquere non habet con
tra ſe ex hoc ſolo indicium ad
torturam. faciunt optime dicta
per Alex. in conſi. ſuo cccxiij.
incipi. viſo themate anteſcri-
pto. in ij. col. vbi not. loquitur.
& in conſi. cxxxiij. incip. ſtan
tibus. in v. col. in vij. vol. Fa-
teor tamen quod pro prima
opi. contraria multum faciunt
dicta p Ang. in l. athletas. in §.
calumniatur. in j. col. ff. de in-
fa. & per Alex. in conſi. cij. in
cip. viſo in pen. col. in vij. vol.
Attamen non recedo ab opinio
ne mea, quod ſolitus delinque-
re ex hoc ſolo non habet con-
tra eum indicium ad torturam
per ſupradicta, tene menti, quia
iſta eſt conſideratio mea noua.
¶ Quæro vlterius de importan
ti dubio & multum quotidia-
117 no, videlicet, † an dictum of-
fenſi conſtituti in mortis arti-
culo faciat indicium ad tortu-
ram contra illum, quem dicit
ipſum offendiſſe. Exemplum:
aliquis fuit mortifere vulnera-
tus in loco, vbi non erant te-
ſtes, vel de nocte, & talis vul-
neratus in articulo mortis di-
cit, quod Titius fuit ille, qui
eum vulnerauit, an tale di-
ctum faciat indicium ad tortu
ram contra dictum Titium:
Et poſſent etiam poni alia
exempla in ſimili. In quo vide
tur dicendum quod non, per te
xtum & quæ ibi volunt doct.
in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis
moriens. ff. ad ſylla. vbi dici-
tur, quod non creditur morien-
ti de eo, quod dicit, quod etiam
voluit Ang. de Aret. in tracta-
tu maleficiorum in verbo, qui
iudex ad probationem ſuæ in-
quiſitionis, in ſecunda colum.
& voluit etiam Bald. in conſi-
lio ſuo. xliij. incip. quidam
fuit in j. colum. in iiij. volu-
mi. Et pro hac parte facit glo.
in l. mater. C. de calum. &
faciunt dicta per Alex. in con-
ſi. ccxxxviij. incip. ponderatis
narratis in themate &c. in ij.
col. & Ang. in conſi. xxxviij.
inci. Chriſtophorus Petri &c.
in pen. col. verſicu. de ſecundo
&c. vbi loquitur in iudice, &
in arbitro, qui in articulo mor
tis dicunt ſe tuliſſe falſam ſen-
tentiam, vel falſum laudum, q
per hoc non præiudicatur ſen-
tentiæ, vel laudo, & idem te-
nent Bar. & Bal. loquentes in
teſte. in l. generaliter. in fi. C.
de non num. pecu. & in d. l. ſi
quis in graui. in §. j. & Bal. in
authen. ſi dicatur. in iij. colũ.
C. de teſti. & Paul. de Caſtr. in
l. Seia. in prin. ff. ad ſylla. vbi
loquitur de notario aſſerente
in articulo mortis ſe feciſſe fal
ſum inſtrumentum, quod per
hoc non derogatur ipſi inſtru-
mento, & prædicta affirmat

Iaſ.in l.j.in j.& ij. col.ff.de eo
per quem fact.erit, & Bald. in
c. literas.in iij.col.de præſum.
Pro quibus faciunt etiam di
cta per Petr. de Ancha.in cap.
final. de ſuc. & ab inteſta, vbi
118 dixit, † quod ſi vulneratus
moriẽs dixit ſe mori culpa me
dici, quod per hoc non iuuat
percuſſorem : quod dictum re-
fert & ſequitur do.Felyn.in c.
literas. in penulti. colum. de
præſump. Et dixit Bald. in c.
in præſentia. in iiij. colum. de
probat. quod ſi teſtator in teſta
mento dixit, confiteor me te-
neri ad reſtitutionem vſurarũ
a diuerſis extortarum: quod ta
men per hoc non præſumitur
vſurarius. Et dixit idem Bal.
in additio. Specula. in titul. de
confeſ. in verſic. confeſsio fa-
cta &c. quod confeſsio facta in
vltima voluntate non probat
debitum, de quo etiam per do.
Franciſc.Brun.in tracta.ſuo de
indici. & tortu.in iiij. char.in
ij.colum. verſic. xiij.an aſſer-
tio &c. Item facit pro hac par
te dictum Bald. in titul. de pa.
conſtan. in verbo, vaſalli no-
ſtri. vbi dixit, quod non omnis
moriens eſt ſanctus Ioannes
Euangeliſta. pro quo facit glo.
in cap.literas el ij. de præſum.
quæ dixit, quod morientes non
dicunt ſemper verum, quod &
dixit Oldrad. in conſil. cxcij.
incip. viſo diligenter proceſſu
&c. & Iaſo. in repeti. l.admo-
nendi. in lv.colum. ff. de iure-
iur. Item vltra prædicta, quod
non faciat indicium ad tortu-
ram talis confeſsio. ſeu aſſeue-
ratio, vel teſtimonium offenſi
conſtituti in articulo mortis,
facit optime : nam ſi aliter di-
teremus, ſequeretur inconue-
niens, quod ipſe offenſus eſſet
teſtis in cauſa propria, & ſic
contra regulam iuris, quæ eſt
quod nemo poteſt eſſe teſtis in
cauſa propria : vt in l. omni-
bus.C.de teſtib. & in l. nullus.
cum ſimi. de teſti. Et per iſta
verba videtur dicendum, quod
dictum offenſi etiam conſtituti
in mortis articulo nõ faciat in-
dicium ad torturam contra il-
lum, quem nominauerit, per
prædicta. Sed contrariam par
tem, ſcilicet quod dictum offen-
ſi conſtituti in mortis articulo
faciat indicium ad torturam,
tenuit Angel. in dicta l. ſi quis
in graui. in dicto §. ſi quis mo-
riens. quod etiam ibi approbat
Ludo. Roma. dummodo talis
aſſerens in articulo mortis il-
lud dicat cum iuramento, &
idem videtur tenere Bal. in au
then. ſi dicatur. C. de teſti. & in
cap. literas. de præſump. in fin.
& in cap. quoniam frequenter.
vt lit. non conteſta. Præterea
pro iſta parte facit. Nam con-
feſsio facta in mortis articulo
valet & tenet: & quia conſtitu-
tus in articulo mortis non præ-
119 ſumitur † mentiri, ita dixit
Bald. in conſil. ſuo xxv. incip.
caſus ſuper quo &c. in ſecunda
colum. in primo volumi. et qui-
libet præſumitur memor ſalu-
tis æternæ. l.fin. C. ad leg.Iul.
repetun. cap. ſancimus, j. quæ-
ſtio. vij. & maxime ille, qui la
borat in extremis, cõtra quem
non poteſt cadere aliqua præ-
ſumptio ꝙ mentiatur : quia ſi
unquam habetur veritas ab ho
mine, habetur quando receſſu-
rus eſt ab hoc ſeculo, & quando
anima debet ſtatim ſeparari a
corpore.

corpore. Et pro hac parte facit
glo.ſing. & vnica apud omnes
in l.j.in gloſ.fi. circa medium.
C.de fal.cauſa.adiect.leg. quæ
dixit, ꝙ licet confeſſus ſe ha-
buiſſe & recepiſſe pecuniã ab
aliquo poſsit intra biennium
opponere exceptionem non nu
me. pecu. vt in l. in contracti-
bus.in prin.C.de non nu.pecu.
tamen cõfitens in articulo mor
tis habuiſſe & recepiſſe pecu-
niam ab aliquo, ipſe nec eius
hæres non poterit opponere ta
lem exceptionem, quia mo-
riens non expectabat futuram
numerationem & illam gloſſ.
ibi multum commendat Bald.
in j.colum.in fi.& illam etiam
pro ſing.ad hoc alleg. Bald.in
titu.de pace conſtan. in verbo,
vaſalli noſtri.& in d.c.literas
de præſump. & illam ſequitur
Alex.in conſi.xlv.incip.habi-
ta ſuper his &c.in princip.iiii.
col.in j vol. Pro quibus etiã
facit dictum Ang.in conſi.v.in
cip. viſis inſtrumentis & iuri-
bus. in fi.vbi dixit, quod con-
feſsio facta in extremo vitæ
præiudicat, nec præſumitur fa-
cta ſpe futuræ numerationis,
per dictam glo. ſupra alleg.quã
refert & ſequitur Iaſ. in l.ſi pe
cuniam.in ii.col.ff.ſi cer.pe.fa
cit etiam pro hac parte.Nam li
12 cet confeſsio ſine cauſa † non
valeat vt in l.ij.§. circa . ff.de
doli excep.& in l. cum de inde
bito.ff.de probat.& habetur in
c.ſi cautio.de fide inſtru.tamen
ſi ſit facta in mortis articulo ſi
ne cauſa, valet & tenet, nec po
terit reuocari.ita dixit do. An
to.in d.c.ſi cautio.in vlti. col.
de quo ego latius dixi in repe-
ti.mea rub.C.de prob.i xviii.

col.in fi.verſi.limita etiam. Ad
prædicta facit etiam l.qui cum
maior.§.fina. ff.de bo.lib. vbi
dicitur, quod confeſsio teſtato-
ris excuſat hæredem a calum-
nia.quod etiam habetur in l.ij.
C.de calum. & voluit Bald.in
l.athletas.in.§.calumniator. in
j. colum. ff. de his qui no. infa.
vbi dicit, ꝙ licet aſſertio vul-
nerati non plene probet:tamen
pro ea multũ præſumitur, adeo
ꝙ excuſat a calũnia. & faciũt
quæ ego dixi in repeti. mea ru
bri.ff.de fideiuſſor. in ix. col.

Præterea pro hac parte fa-
cit ratio naturalis iuncta cum
arg. a communiter accidenti-
bus, videlicet, ꝙ naturaliter &
cõmuniter omnis homo videns
ſe ſtatim, ſeu de proximo mori
turum, non diceret mendacium
ſimpliciter: ſed nec etiam pro
quocunque pretio, & experien
tia rerum magiſtra hoc oſten-
dit. nã morituri magis timent
mentiri, & offendere maieſta-
tem Dei, quam aliquo alio tem
pore. & videmus ſæpe ꝙ ma-
ximi ribaldi qui toto tempore
vitæ ſuæ mala operati ſunt, &
nunquam voluerunt deſiſtere:
tamen in puncto mortis veniũt
ad pœnitentiam & contritio-
nem. Pro quibus omnibus fa-
cit illud diui Hieronymi dicen
tis, Facile contemnit omnia,
qui cogitat ſe moriturum, quã-
to fortius in illis, qui habent
(vt ita dixerim) mortem ante
oculos, & cognoſcunt nõ poſſe
tunc mortem euadere. Item
ad prædicta etiam facit quod
voluit Soci. in conſil. liiij. in-
cip. viſis teſtibus. in pen. col.
in iij. volum. vbi dixit, ꝙ in-
121 culpatio offenſi† facit aliquã
præ-

præſumptionem.ad quod alleg. glo.& Bal. in d.l.ii. C.de calum.Et vlterius pro iſta parte non eundo per arg. quod aſſertio offenſi conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam tenuit expreſſe Iaco. de Beluiſo in ſua practica iudicia li.ſub rubri.de quæſt.in v.col. ad quod dicẽdum mouetur præcipue per illud quod ſupra dixi,videlicet,ꝙ nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, vt in dictis iuribus Et iſta opi videtur mihi magis æqua & rationi ac iuri naturali conſona, non obſtantibus in contrarium allegatis & adductis. Quibus poteſt reſponderi. Et primo inquantum omnes doctores tenẽtes contrariam opinionẽ fundant ſe in illo tex. dictæ l. ſi qs in graui. in d.§. ſi quis moriẽs. Dico ꝙ ille tex.non probat eorum intentionem,nam tex.ille non loquitur de indiciis, ſed loquitur ad plenã probationẽ quod patet,nam dicit ibi text. non eſſe credendum domino. ego fateor ꝙ non eſt credendũ domino in illo caſu,quo ad plenam probationẽ, ſed ſecus quo ad indicium. Et ꝙ ille text.loquatur de plena probatione,& non quo ad indicium,patet.Nã
122 verba † ſemper debent intelligi in potiori & in digniori ſignificato l. i.§.qui in perpetuũ: ff. ſi ager vectig.vel emphy.petatur.l.j.§. biduum. ff. quando appel.ſit.c.pe.de ſen.excom.§. ſed quoties. inſtituta de iure naturali gentium vel ciuili. cum ſi.ergo illud verbum, Credendum, loquitur quo ad plenam probationem, & non quo ad indicium,ergo ille tex. nõ probat dictum docto.tenentium cõtrarium,cum ille tex. hoc non
123 probet,& dicta doctorũ † ſunt intelligenda ſecundum leges, quas allegant, vt dixit Barto. in l.non ſolum. in.§. liberationis verbo.ff.de libe. lega.& in l.cum quidam.ff.de his quib. vt indig & Ioan. And.in ca. cum nuntius. de teſtib.& Saly. in l. ſi ex cautione. in x.colũ. C.de non numerata pecu.Nec obſtat etiam illud, videlicet, ꝙ non omnis moriens eſt ſanctus Ioãnes Euangeliſta, & quod morientes non dicunt ſemper verum: quia dico,ꝙ licet nõ omnis moriens ſit ſanctus Ioannes Euangeliſta,tamen maior pars morientium nititur mori ſine onere conſcientiæ,vt docet experientia rerum magiſtra: & validum eſt arg.a communiter accidentibus,& non a raro cõtingentibus. l. certi condictio. in.§.ſi nummos.ff.ſi cert. peta. l.palam.§.ſi qua cauponam.ff. de ritu nupt. l.nam ad ea.ff. de legi.l. certi iuris.C.de iudi.Itẽ ille,qui dicit conſtitutũ in mortis articulo mentiri,non debet audiri: quia dicit non veriſimile: & dicens non veriſimile, non debet audiri, ſecundũ Pet. de Anch. in conſi.ſuo clvij.inci. viſa facti narratione in vij. colum. pro quo faciunt quæ dixi ſupra in.§.poſtquam.num.8. & facit tex.in l.ſi ita quis,verſicu. ꝙ nemo ſanus diceret. ff. de euict. Et ſic per iſta videtur dicendum,ꝙ credendum ſit offenſo conſtituto in mortis articulo, & eius dictum faciat indicium ad torturam contra illum, quem dicit eũ offendiſſe. Attamen non obſtantibus ſuperius

ſius adductis ad vtranque par-tem mihi videtur finaliter di-ſtinguẽdum in hac non leui du-bitatione, hoc modo videlicet, Aut talis moriens in articulo mortis conſtitutus eſt alienus a mẽte & intellectu, vt ſæpe mo rientibus contingit. iuxta tex. in l. hac conſultiſsima. in §. at cum humana fragilitas. C. qui teſta. face. poſ & tunc habeat locum prima opinio, quod dictum talis nullam probationem nec indicium faciat, nam mortis ti more oppreſſus ſimilis eſt mor tuo: vt dicit tex. in l. iubemus. poſt prin. C. de teſta. & voluit Pau. de Caſt. in conſi. ccclxvj. incip. viſo puncto &c. Et ideo dixit Bal. in l. extraneum. in princ. C. de hære. inſti. quod cõ ſtitutus in mortis articulo, non poteſt adire hæreditatem. Si autem talis conſtitutus in mor tis articulo, qui eſt offenſus eſt in plenitudine intellectus di-ſtinguendum puto, quod aut il-lud, quod ipſe afferit, poteſt pro bari per alios, aut non poteſt probari. Si poteſt probari per alios, tunc dictum ipſius offenſi non facit probationem, nec in-dicium. Sed ſi non poteſt pro-bari per alios, ne veritas pere-at, & ne delicta remaneant im-punita: teneo quod dictum ipſius offenſi conſtituti in mortis ar-ticulo faciat indicium ad tor-turam. Ad quod dicendum mo ueor ex pluribus. & primo ex regula illa, quæ dicit, quod quan-do veritas aliter haberi nõ po teſt, conceditur illud, quod ali-ter non cõcederetur, et propter hoc recedit a regulis iuris cõ-munis. quod patet ex pluribus

124 iuribus & doctrinis, † Et ideo dixit Saly. in l. ea quidẽ. in j. colum. C. de accuſa. quod ſi aliquis luſit in proſtibulo, & fuit deceptus propter taxillos falſos, vel male quadratos, vel aliter: quod hanc deceptionẽ po-terit probare per lenones, & ſic per infames, licet infames in cauſis criminalibus non ad-mittantur: vt in l. iij. § lege Iu-lia. ff. de teſti. & habetur in ca. licet ex quadam. & in ca. teſti-monium. de teſti. & in cap. for-tus. §. fin. de verbo. ſigni. quod dictum refert & ſequitur Ang. de Are. in tract. maleſi. in ver-bo. metitore di mal dadi: in j. colum. & in eo tract. & in ver. qui iudex ſtatuit terminum ad opponendũ contra proceſſum. in prin. & Alexã. in conſi. ſuo lxiiij. incip. viſo themate. in j. colum. in j. volu. vbi pro illo dicto allegat ea, quæ habentur in l. ex cõſenſu. C. de repudijs. & in l. ob carmen. ff. de teſti. & in c. veniens. el. ij. de teſti. Et facit etiam dictum Spec. in tit. de teſte. §. de teſtium compul ſione. verſi. ſed nunquid vxor & Abb. in cap. in literis in fi-ne. extra de teſti. quos refert & ſequitur Alex. in conſi. cij. in-cip. ſuper primo &c. circa fin. in vij. volum. vbi dixerunt, quod quando veritas aliter haberi

125 non poteſt, † vxor admittitur in teſtem contra maritum, li-cet regulariter non admittatur. Et facit etiam, nã aliquæ ſunt perſonæ, quæ inuitæ non com-pelluntur ad teſtificandum, de quibus in l. 4. ff de teſti. tamen compelluntur teſtificare, quan-do aliter veritas haberi non poſſet. ita no. dixit Hoſt. & Ioan. And. in c. j. de teſti. cog.

quod

quod dictum refert & ſequitur
Ludo. Ro. in ſing. ſuo. cccxciiij.
incip. tu habes &c. Et faciunt
plura & plura alia, quę ad hoc
propoſitum adduxi in l. diuus
Pius. in ij. & iij. col. ff. de quæſ.
& ſupra in hoc. §. in nume. 80.
cum pluribus numeris ibi ſe-
quenti. vbi plura adduxi ad
hoc propoſitum. Item pro præ-
dictis etiam facit. Nam in his,
quę ſunt difficilis probationis,
& vbi materia de ſui natura
non eſt probabilis p legitimas
probationes: tunc lex conten-
126 tatur ea probatione, quæ † fie
ri poteſt, ſecundum Bartol. &
Imo. in l. in illa ſtipulatione ſi
calendis. in fi. ff. de verb. obli.
& Bart. in l. ſi quis ex argenta
riis. in. §. pen. ff. de eden. de quo
dixi latius ſupra in princ. nu-
me. 13. 14. & 15. & faciunt opti
me dicta per Pau. de Caſtr. in
conſi. ſuo cxix. incip. notādum
&c. ad fin. Præterea pro hac
parte facit. Nam ſi diceremus
quod dictum offenſi conſtituti
in mortis articulo, quando nō
adſunt aliqui teſtes, nō faceret
indicium ad torturam, ſequere-
tur ꝙ delicta remanerent impu
127 nita contra † l. ita vulnera-
tus. ff. ad leg. Aquil. l. ſi lōgius.
§. j. ff. de iudi. l. Stichum. §. j. ff.
de ſolu. l. ſi operis. C. de pœnis.
cap. vt famæ de ſenten. excom.
cap. licet hely. de ſymo. quod
eſſe non debet, imo vt delicta
nō remaneant impunita aliqua
conceduntur, quę alias non cō-
cederentur. Quod patet, nam
128 quamuis priuato † nō liceat
ſibi ius dicere: vt in l. j. C. quā
liceat ſe ſine iudice vindica. l.
ſi quis in tantam. C. vnde vi. c.
placuit. xvj. q. iij. c. eum qui. de
præben. in vj. tamen quis poteſt
furem propria authoritate ca-
pere, quando eſt ſuſpitio fugæ,
ex qua delictum remaneret im
punitum, ita probatur in c. ij. &
iij. extra de homic. & habetur
in l. capite quinto. ff. de adult.
& ita dixit do. Feli. in d. ca. ij.
de homi. vbi ſubdit not. verbū,
129 videlicet, † ꝙ ſi video aggreſ
ſorem meum fugientem, quem
ego accuſaui, poſſum me de in-
iuria vlciſci, ne delictum ſuum
remanet impunitum, ad quod
allegat. glo. & ibi Bal. in l. nul
lus. C. de Iudæ. quam gloſſ. ad
hoc allegauit Abb. in cap. j. in
xix. col. de iudi. & in ca. cum
non ab homine. in iij. col. eo. ti.
& Lud. Rom. in l. ſi vero. §. de
viro. in xlj. fal. ff. ſolu. ma. Itē
minor pars vniuerſitatis puni-
tur de delicto per eam cōmiſſo,
ne maleficia remaneāt impuni
ta, ſecundum Hoſtien. & Ioā.
And. & do. An. in ca. dilectus.
de ſymo. quos refert Millus in
reperto. ſuo. in verbo, vniuerſi-
tas. in xiiij. not. &c. Patet etiā.
130 nam licet † in pœnalibus &
odioſis regulariter non fiat ex-
tenſio, quia odia debēt reſtrin-
gi. c. odia. de reg. iur. in vj. cum
ſi, tamen quando extenſio ten-
dit ad fauorem publicū, ne deli
cta remaneant impunita, fit ex-
tenſio etiam in pœnalibus &
odioſis. ita no. dixit Barto. in
l. quemadmodum. in prima co-
lum. C. de agrico. & cenſit.
lib. vndecimo, quod dictum re-
fert & ſequitur Alexand. in
conſilio ſuo ccccx. incipien. vi
ſa. in prima colum. Pro quo
dicto eſt text. in l. hoc modo.
ff. de conditio. & demonſtr. &
in l. ſi quis in graui. in. §. hi quo

que.ff.ad ſylla.& in l. ſecūdaſ. C. quando li.ſe ſine iud. vind. & voluit etiam Barto. in l. ij. in.§.exercitium. ff. de infa. & Bal. in l.non ſine.C.de bo.quæ libe. & Pau.de Caſt.in l.bona fides. ff.depoſi. Et illud dictum Barto.in dicta l.quemadmodū, refert etiam & ſequitur domi. Augu. de Ari. in additio.ſuis ad tracta. Ang. de Are. ſuper maleficijs. in verbo, che hai tradito la tua patria. in ſecunda char. in tertia colum. & in eod. trac. in verbo, Sempronium mandatorem. in vj.char. in j.col. & ibi,in verbo, Nec non ad denunciationem. in vj. char.in 3. colum.& Iaſ. in l.j. in vlt.colum.C.de tranſact. & in l.j.in 4.colū. C.de ſacr.ſan. eccl. & in l. ſi certis annis. in ij.colum.C.de pact.& in l.ſi is qui pro emptore. in lxxxviij. colum.ff.de vſuca. & in l. qui ſe patris.in xxix.colum.C.vn de libe.& in l.ſi quis maior. in ij.colum.C.de tranſactio. & d. Ro.de Curte,in ca.fi. in.li.col. in fin.de conſue.& domi. Ant. Corſe.in no.ſuo.in verbo.Extenſio.incip. licet lex pœnalis & odioſa, & d.Philip.Deci.in conſilio ſuo lxv.in ij.colū. Facit etiam pro hac parte & opi. Nam quando quis deponit de facto proprio, cum præſumatur magis ſcire veritatem, quā alius, propter hoc recedimus a regulis iuris communis. Quod patet. nam ad plenam probationem faciendam regulariter in quacunque cauſa requiruntur duo teſtes,nec eſt aliqua cā, quę termineтur ex dicto vnius teſtis tantum, quacunque digni tate præfulgeat, vt in ca. licet vniuerſis.eo.titu.& in l.iuriſiurandi.C.de teſti.& in c. teſtes.

131 §.vnius vero. 3. q.3. † Attamen in facto proprio vnus teſtis tantum plene probat, ita multum ſingul. dixit Paul. de Caſt. in l.prima in.§.ſi abſens. ff.ſi ex nox. cauſa aga. & hoc per tex. in l.quæro.§.fin. ff.de ædi.edict.vbi creditur vni ſeruo de facto proprio,ergo a fortiori vni libero. Et idem etiā tenuit idem Pau. de Caſtr. in l. ſeruos.C. de teſti. & in l. quicunque.ad fin. C.de ſer.fugi.& in conſil.ſuo cccxxix.incipiē. viſa petitione prędicta in j.col. & in conſil.xxxviij.incip. viſis actis & actitatis &c. Et idē tenuit Bal.& Salic. in l.ſi quis decurio.in 4.oppo.C.de fal. & Soci. in conſil. ſuo xlix.incip. in cauſa epiſcopi. in ij.colum. in 3.volu: & ibi in conſil. 28. incip.viſis &c.in ij.colum.Ex quibus omnibus mihi videtur concludendum ꝙ credatur offenſo conſtituto in mortis articulo, ſi dicit aliquem eum vulneraſſe, & dictum ſuum faciet contra illum, quem dicit eum vulneraſſe indicium ad torturam, quando talis offenſus in mortis articulo eſt in plenitudi ne ſui intellectus, & eſt homo bonæ conditionis, vitæ, & famæ: & tale delictum nō poteſt per alios probari, & iſta opinio mihi videt iuſta, & æqua, & optimis rationibus & iuribus roborata, non obſtantibus in contrarium adductis. tene menti: quia ſæpe contingit in facto. Quæro vlterius an dictum,ſeu teſtimonium laici con

132 tra clericum faciat† indicium ad torturam in quo videretur dicendum

dicendum ꝙ non: quia laicus non admittitur in teſtem cõtra clericum in cauſa criminali: vt habetur in ca. veniens. el. j. extra de teſti. & in cap. laicos. ij. quæſt. vij. & ibi glo. & voluit Specu. in tit. de teſte. in. §. primo ver. item quod eſt laicus. & voluit Ioan. And. in ca. prælatis. de homici. in vj. Attamen contrarium eſt verius, nam prędicta & ſimilia iura dicentia, ꝙ laicus non admittitur contra clericum in cauſa criminali, intelliguntur, quo ad plenã probationem faciendam: ſed ſecus eſt quo ad indicium: quia dictũ laici facit indicium ad torturã contra clericum. ita ſing. dicit Abb. in c. de cætero. de teſti. & ibi dom. Felin. quod dictum refert & ſequitur do. Alex. in l.
133 maritus. ff. de quæſtio. † Pro quo facit quod voluit Bar. in l. fi. in fi. ff. de in litem iuran. vbi dicit, ꝙ quotieſcunque probatio probat in ciuilibus, in criminalibus facit indiciũ ad torturam; ſed clarum eſt ꝙ in ciuilibus teſtimonium laicorum contra clericos plene probat, ergo in criminalibus facit indicium ad torturam. de quo latius dixi in ſing. meo. 98. incip. laicus &c. & ibi ẽt dixi, ꝙ lai-
134 cus † admittitur ad probandũ famam contra clericum. ita dixit d. Anto. in c. tam literis. in vlti. col. de teſti. de quo latius in d. meo ſingu. xcviij. Quæro
135 etiam † an teſtimonium torti qui de iure non poterat torqueri, faciat indicium ad torturam contra alium? In quo dicas quod non, ita dixit Bald. in l. fi. C. de accuſa. & Iacob. de bel piſo in ſua practica cauſa. criminali ſub rub. de quęſtio. & qualiter tormen. in xj. col. poſt prin. & ibi in col. ſeq. & iſtam partem etiam tenet Barto. in l. j. in. §. ſeruus bona fide. & ibi ego etiam aliquid dixi. ff. de
136 quæſtio. Quæro ulterius † an contumacia faciat indicium ad torturam contra contumacem? In quo dicas, quod ſic ſecundũ Bald. in l. j. in xj. col. C. de hære. inſti. & Iacob. de Bel. in ſua practica iudiciaria cauſa. cri. ſub rub. de criminoſo remiſſo. in princi. & illud dictum Bal. pro valde no. refert & approbat do. Franc. Bru. in tract. ſuo de indi. & tor. in xxxv. colum. in princi. & ver. addo alium &c. de quo dixi ego in ſingu. meo cxvij. incip. ad torturam &c. & in l. pen. in fi. ff. de q. pro quibus faciunt optime quæ ego dixi in rep. mea. l. de vnoquoque in xxxviij. colum. in fi. ff. de re iudi. Quæro etiam de no. dubio in hac materia indiciorum: quod dubium non memini me vnquam vidiſſe tactũ ab aliquo in voce, nec in ſcriptis vſque ad hanc horam. quod dubium tale eſt: Repertus eſt aliquis mortuus, vel vulneratus, & neſcitur a quo: Vel cõmiſſum fuit furtum, & neſcitur a quo: Vel impoſitus fuit ignis in aliqua domo, & neſcitur a quo, attamen aliquis, puta Titius ſcribit vnam literã Seio, in qua dicit hoc modo, videlicet; Quoniam aliqui teſtes dicunt te occidiſſe talem, Vel furtum commiſiſſe in tali apotheca. Vel impoſuiſſe ignem in tali domo, iudex ordinauit & mãdauit, vt ſis captus pro tali delicto, ideo animaduertas ne capiaris.

plaris. Tunc ille Seius recipit talem literam, & illam legit, et tacet & nihil dicit ſe excuſando, & dicendo ꝙ miratur de tali re, cum ipſe ſit innocens a tali delicto, † an talis receptio dictæ literæ cum taciturnitate faciat contra dictum Seium indicium ad torturã de dicto maleficio commiſſo? In quo mihi videtur dicendum ꝙ ſic, & hoc propter regulam illam, quæ dicit, ꝙ in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium vt dicit tex. in l. abſentem. ff. de pœnis, ſed in cauſa ciuili talis receptio ſimilis literæ cum taciturnitate facit probationẽ, vt ſtatim oſtendam, ergo in criminalibus debet facere indicium ad torturam. arg. doctrinæ Bar. in l. fin. in fin. ff. de in litem iuran. vbi dicit, quod ea quæ faciunt ſemiplenam probationẽ in cauſa ciuili, faciunt indicium ad torturam in cauſa criminali.

137

Quod autem talis receptio literæ cum taciturnitate in ciuilibus faciat plenam probationẽ,

138 † voluit Barto. in l. filiusfamilias. la ij. per illum text. ff. ad Mace. vbi dixit, ꝙ ſi ſcribo tibi literam, in qua rogo te, vt reſtituas mihi mea centum, quæ tibi mutuaui, quia illis egeo: tũc ſi tu recipis illam literam, & eam legis, & nihil dicis in contrarium, ſed taces, per talẽ taciturnitatem eſt probatũ creditum meum, & idẽ dixit Bar. in l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi. & in l. ſi tabernam. in §. idem quæſijt. ff. de pig. & in l. Publia. in fin. ff. depoſ. Et idẽ clarius firmat Mathæ. in not. ſuo xxij. incip. nota. mirabilẽ &c. vbi alleg. d. l. filiusfa. & tex. in clem. j. de procur. Et idẽ voluit Bald. in l. ſi procurator abſentis. in princ. ff. de procu. Bar. & Bald. in l. Titius Seio. ff. de conſti. pecu. & Bald. in rubric. C. de fide inſtru. in xiiij. col. & in l. ſi literarum. C. de ſolu. & in l. fina. C. ad Maced. & Bal. in l. ſi literas. C. manda. & in l. fin. C. de nouatio. & in c. ex parte. in vij. col. de reſcrip. et in c. fin. in viij. col. de iureiu. & Io. de Imo. in l. qui in domini. ff. de teſti. & in l. non ſolum. in. §. morte. ff. de oper. no. nun. & in d. cle. j. de procu. in fin. & Ludo. Roma. in l. quæ dotis. in vij. col. ff. ſolut. matri. & Abb. in c. non iuſte. in iij. col de procu. & docto. in d. l. fi. C. ad Maced. & d. Bartho. Cepo. in cau. ſua xlv. incip. pone quod filius & Abb. in conſi. xviij. incip. in cauſa & quæſtione. in ij. col. in ij. volu. de quo etiam per Iaſ. in repeti. l. admonẽdi in liiij. col. de iureiuran. & per me in repeti, mea rubri. C. de probatio. in li. col. Et per iſta videtur dicendum, ꝙ talis receptio dictæ literæ cum taciturnitate faciat indicium ad torturam contra dictum receptantem talem literã & tacentem. Contra ſupradicta tamen fortiter facit quod voluit Bar. & Paul. de Caſtr. in l. ſi cum dos. ff. rerũ amo. & per Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. ſi quidem. C. de tranſact. ideo cogita mecum. Poteſt etiam quæri qd

139 de meretrice publica, † an faciat indicium ad torturam: in quo dicas ꝙ non, ſecundũ Alexan. late in conſi. ſuo xj. incip. circa primũ. in ij. col. in j. vol. niſi delictum non poſſet aliter ꝓbari, vt dixi ſupra in hoc. §. in

In nume.81.cum ibi ſeq. & ge-
140 neraliter† an & quendo mu
lier poſsit eſſe teſtis, vide Ioã.
de Ana in c.tania labes.de ſy-
mo. vbi late loquitur in mate-
ria. Quæro vlterius de alio
141 dubio videlicet, an teſtis† qui
nõ debuit examinari, ſi ſit exa
minatus faciat indicium ad tor
turam? in quo dicas ꝙ talis te-
ſtis, qui nõ debuit examinari,
examinatus facit indiciũ qua-
lequale, ſecundum Bal.in l.ma
ritus.in ver. vlterius oppono.
ff.de qõ & glo.in l.iij.in prin.
in ver. aduertendus.ff.de teſti.
Bal.in l.cunctos populos.C. de
ſumma trini. Bald.& Saly. &
alij in l.ſeruos.C.de teſti & vo
luit Abb.in c.ex literis.in prin
ci.de tranſac.& Bal.in c.j.cir-
ca prin.de confeſ. vbi dicit, ꝙ
minor qui ratione ętatis nõ de-
bet examinari, examinatus fa
cit indicium ſolenne, cum quo
dicto concordat Saly. in l.fin.
C.de his quibus vt indignis.de
quo etiam late per d. Franciſ.
Brun. in ſuo tracta.de indi. &
tot.in j char.in vlt.col.cũ iiij.
colũ. ibi ſeq. Et facit quod.vo-
luit do. Flor.in d.l.iij. ff.de te-
ſti.vbi per glo. ibi dixit, ꝙ li-
cet teſtis in aliqua cauſa vt ſu-
ſpectus repellatur a teſtimonio
tamen ſi ſit examinatus facit
indicium. Et dixit no. Bald.in
l.cũ Titia.in fi. C. de iure do.
ꝙ vbi regulariter requiritur
certus numerus teſtium, minor
142 numerus facit indiciũ. † Et
dixit Bar.in l.ij.ff.de appella.
recip.ꝙ teſtis, qui poſt datum
terminum ad probandum non
eſt examinatus, ſed poſtea exa-
minetur, facit aliquod indiciũ.
Et bene facit gloſ. in cap. cum
olim.el j. de priuileg. & text.
in c.cum olim.de dolo & cõtu.
per quem dicit ibi Abb.in iij.
143 not. † quod teſtis examina-
tus ſine iuramento facit præ-
ſumptionem. de quo per Ale-
xan.in conſi.xxiiij.incip.ani-
maduerſis.in iiij.char.in ij.vo
lumi.de quo latius dixi in re-
peti.mea.l.fin.in lxxxj. char.
C.de proba. de quo etiam dixi
in l.maritus.in ij.colum. ad fi.
ff.de quæſtio. & in l. j.§.diuus
Antoninus.eod.tit.& vide Bar
tol.in l. ſeruus pro domino. C.
de teſta.& in l.ſi quis ex argen
tarijs.§.ij.ff.de eden.& Bar. in
l.ij.in.§.impubes.ff.ad ſylla.&
Bal.in l.j.in v.oppo.C.de ſum
ma trini.& fide catho. Et cir
ca hanc materiam teneas men
ti perpetuo, quod in caſu, ĩ quo
teſtis non debet examinari,
144 examinatus† facit indicium
eſt verum ſi a principio ante-
quã fuerit examinatus nõ fuit
per partem oppoſita contra eũ
exceptio ſuæ inhabilitatis: ſed
ſi antequam fuerit examina-
tus fuit oppoſita exceptio ſuæ
inhabilitatis contra eum, & po
ſtea fuerit examinatus, eius di-
ctum nullum facit indicium, &
pro nullo reputatur. ita ſingu.
dixit do.Franciſ.de Are. in c.
ex parte Adę.in v.char.de te-
ſti.& ibi alleg.rationem dicẽs:
quia ſicut teſtis a principio
ſi repulſus eſt, nihil penitus pro
bat per producente, quia non
eſſet examinatus: ita ſi exa-
minaretur poſt reſeruationẽ
nullum penitus facit indicium
145 exceptione probata, quia† re
ſeruatio operatur effectum con
ſeruatiuum actus, perinde ac
ſi ſuo tempore factus eſſet quo

ad omnia, vt probat text.cum glo. in l.item Labeo. in §.j.ff. famil.herciſcun.de quo meminit Bald.in l.terminato. C. de fruct.& lit.expen. pro quo bene facit quod not.glo.& docto. in c.cum contingat. de foro cõpe. Et quod talis teſtis hoc caſu faciat nullum indicium dicit ipſe d.Fran.ſe allegare caſum no.in auth.de teſte.in §.ſi vero dicatur.circa prin. vbi dicit text. ſecũdum quod perinde eſt ac ſi nũquam fuerit examinatus. Et ideo dixit Bartol. in l. ſi ille a quo in.§.teſtamẽto.ff.ad Treb.

146 † quod reſeruatio exceptionum operatur, quod ſi poſtea pateat de veritate ipſarum exceptionũ, omnia retro ſunt nulla, idẽ dixit Paul.de Caſt.in conſi. cccxcij.incip.viſo quodam libello.in fin.ij.colum. & idem voluit glo.et ibi doct.in c.cum cõtingat. de offi. deleg. quam ad hoc pro ſing. allegauit Iaſo. in §.præterea.in pen.col. Inſtitu. de actio.de quibus omnibus latius dixi in ſing. meo cxcvij. incip.teſtis qui non debet examinari. Et circa prædictã materiam quando teſtis non debet examinari &c. ſcias etiam

147 † quod teſtes inordinate recepti non probant,etiam ſi eſſent recepti a Cardinalibus. ita dixit Bald.in authen.ſed & ſi quis.in viii.colum.C.de teſti. Itẽ ſcias

148 etiam quod teſtis † non legitime examinatus non facit indiciũ, etiã ſi talis teſtis ſit omni exceptione maior. ita dixit Bal. in c.j.§.ſacramentum. in ij. colũ. de conſue. recti feud. quem refert & ſequitur Barba. in cõſi. ſuo xj. incip.illud &c.in antepen.colum.in iiij. volumi. pro quibus optime faciũt dicta per Iaſ. in repeti.l. admonendi. in lxxxj. colum. poſt medium.ff. de iureiur. Quæro vlterius an duo teſtes ſingulares ſuper eo-

149 dem facto† coniungantur ad faciendum indicium ad torturam:in quo dicas quod non.ita dixit Bal.in l.ſi quis ex argentariis.§.j.ff.de eden. quem refert & ſequitur Alexand. in conſi. ſuo clxxix. incip. in cauſa angelorum.in fin. ij. colum. quod etiam dixit patere ex not. per do. An.,in cap. licet. de teſti. quod etiam voluit domi. Alexand. in conſi. ſuo ccxcij. incip. viſo proceſſu cauſæ &c.in iij.colum.& in conſi.ccccv. incip.ſentio in dubium &c. in fi. ij.colum. vbi etiam ſubdit, quod ita etiam intelligit Bald. gloſ. in l.ij.ff. de excuſa. tut. per l. j.C.qui nu.tu.& idem etiam fit mat domi. Alexan. in cõſi. ſuo ccxxviij.incip.ponderatis narratis &c.vbi dicit, quod hoc etiã voluit Bald. in l. ſpadonem.§. quarta.ff.de excuſ.tuto. & in l. iuriſiurandi.C.de teſti. & Ioã. Cal.& Anto.de But.in cap.veniens.el j.de teſti. & Nico. de Neapo. in l.ij. in princi. ff. de excuſa.tut.& Pet.de Ancha.in conſi.ſuo cclxvij.incip.viſa diligenter &c. Pro quibus etiã faciunt dicta per me in l.vnius facinoris. in.§.teſtes torquẽdi. ff. de quæſtio. Et dicta per Bal. in ſub. de contro. inueſtitu . in j.colum. vbi dixit, quod ſi eſſent duo teſtes ſingulares non conſentientes in vnũ rei finem:qui eos produxit,non dicitur habere aliquẽ teſtẽ,et eis nulla fides adhibetur. quod eſt no. Pro quibus faciunt etiã plura not. quæ

adduxi

adduxi in l. de minore. in .§. plurium.in xvij.col.in ver. & bene aduertas &c.ff.de q.& vide etiam Soci.in cõſi.lxxxix. incip.in cauſa.in viij. colũ. & Iaſo. in repe.l. admonendi. in xcvj. colum.cum ſeq. ff. de iureiur. videas tamen Cacialupum in ſua repeti.l. admonendi.ff.de iureiurando. quem refert & ſequitur Socin.in conſi. ſuo liiij.incip. viſis teſtibus. in j.colum.in iij.vol.vbi dixerũt, ꝙ licet plures ſemiplene probationes non coniunganiur ad faciendam vnam plenam probationem,tamen coniunguntur ad faciendum vnum indicium. de quo dicto alias multum dubitaui legendo. Vlterius circa hanc materiam indiciorũ non omitto vnũ,videlicet, ꝙ quandoque oritur indicium ad torturam contra eum,qui non requiſitus ſe ingerit in perquirendo malefactorem,adeo quod dicit domi. Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi. in xcix. char.
150 in iiij. colũ.poſt med.† ꝙ indicium aliquando ſumitur contra aliquem, qui primo dicitur vidiſſe ſeu inueniſſe maleficiũ ſeu occiſum,& contra aliquem quia valde ſolicitat in curia,& petit ꝙ maleficium inquiratur, de quo ad eum nihil ſpectat. Et refert temporibus ſuis bis occurriſſe de quodam, qui dixit inueniſſe occiſum,& hoc curiæ denuntiauit, & ipſe eum occiderat. Et ſimiliter refert, ꝙ quidam occiderat conſociũ & ſæpe veniebat ad curiã importune ſolicitando vt occiſor reperiretur,qui ſolicitator fuit captus vt ſuſpectus; & finaliter repertum eſt quod ipſe illum occiderat. Et prædictorum omnium ratio eſt regula illa vide-
151 licet,qui ſe ingerit† ſuſpectus eſt: vt probat tex. in l.vnius ſacinoris in.§.ſeruo qui vltro.ff. de quæſtio. & concordat text. in l. quæ omnia.ff. de procura. & in l.fina.& ibi glo.ff. de officio prætο.& in l.ſemper.ff.de iure immuni.& in l. vxori. in .§.qui ſe.ff. de Falcι. & in l. ſi quenquam.C.de epiſco. & cleri. cum concor. in glo. allegatis. de quo dixi in d.§. qui vltro.in fin.penult. colum. Vide tamen quæ dixi infra in.§.expedita.nume. 91. Quæro vl-
152 terius†an ex indicijs indubitatis poſſit quis ad mortem cõdemnari? de quo vide quæ latiſsime dixi in l. repeti. in vj.& vij.colum. ff. de quæſtio. quæ dicta ibi non repeto breuitatis cauſa: & ibi finaliter poſt adducta pro vtraque parte tenui ꝙ non.& ibi in vij. colum. in verſi.quæ autem ſint expo-
153 ſui†quæ dicantur indicia indubitata,quę omnia omitto hic ne idem ſæpius repetam.& in tali materia vide etiam quæ dixi in repeti. mea rub.C.de proba.in xlvij. colum, vbi etiam late loquutus ſum in materia. & quæ dixi infra in.§.quoniã. nume.29. Quæro vlterius de alio dubio videlicet, quidam reus fuit inquiſitus de quodam maleficio, præcedentibus legitimis indicijs cõtra eum & ſeruatis ſeruandis fuit poſitus ad torturam, in qua confeſſus fuit ſe commiſiſſe illud delictum.& dixit ꝙ Titius fuit eius ſocius in committendo tale delictum: poſtea ductus ad banchum.iuris ad ratificandum negat, &

non vult perſeuerare in dicta
ſua confeſsione: ſed dicit, ꝙ il-
lud quod dixit,& confeſſus eſt,
ꝙ fuit propter cruciatum tortu
ræ.& repetitus in tortura pro-
pter dictam ſuam confeſsionē
154 perſeuerat in negatione,† an
hoc caſu vigore ſuæ primæ cō
feſsionis poſsit dictus Titius
poni ad torturam, tanquam cō-
tra eum talis confeſsio faciat
indicium ad torturā? & loquor
in delictis de quibus poteſt quis
interrogari de conſocijs. In
quo videretur primo dicendum
ꝙ ſic. cum ſit, ꝙ ille reus pro-
pter dictam ſuam primam con-
feſsionem poſsit repeti in tortu
ra, vt volunt ſcrib. in l. repeti.
& ibi late ego dixi. ff. de quę-
ſtio. Attamen hac ratione non
obſtante, contrariam partē cre
do veriorem. ratio eſt: quia nō
eſt eadem ratio dictæ confeſio-
nis contra ipſum Titium, quæ
eſt contra ipſum reum. nam di-
cta confeſsio contra dictū reū
facit nouum indicium, vt ip-
ſe poſsit repeti in tortura, vt
volunt docto. in dicta l. repeti.
ſed non facit aliquod indicium
contra ipſum Titium, qui non
negauit nec confeſſus eſt, ideo
niſi veſtiatur cum ratificatio-
ne & perſeuerantia ipſius rei,
qui hoc confeſſus fuit, non pro-
bat, ſed cum non perſeuerauе-
rit in dicta ſua confeſsione, di-
citur nuda, & ſic non debet no
cere ipſi Titio,& ſic non pote-
rit ex ea torqueri: quia tanquā
acceſſoria corruit corruente cō
feſsione rei, in qua non perſe-
uerauit. arg. reg. acceſſorium.
de regu. iur. in vj. de quo etiam
dixi in dicta l. repeti. in viij.
colum. in verſi. his visis &c.

Modo incidenter hic quæro,
155 an† reus qui confeſſus eſt de-
lictum, poſsit ſine nouis indi-
cijs repeti in tormentis vt ma-
nifeſtet mandantem? in quo di-
cas ꝙ ſic, ſecundum Angel. in
l. & ſi certus. ff. ad ſylla. & idē
tenet Ang. de Aret. in ſuo tra
cta. maleſi. in verbo, Sempro-
nium mandatorem. in ij. colū.
in verſi. & bene nota. & illud
dictum Angel. in d. l. & ſi cer-
tus. refert & ſequitur domi.
Philip. Decius in conſil. ſuo
clxxxix. incip. Lætatus ſum.
in vj. colum. Et vide Angel.
de Aret. in dicto tracta. male-
ſi. in verbo, fama publica. in
xiiij. charta. in verſicu, quæ-
ro aliquis. vbi dicit, ꝙ confeſ-
ſus delictum poteſt poni in car
cere ſolummodo propter hoc,
vt manifeſtet mandantem, &
de materia vide Bald. in mar-
ga. ſua in verbo, Confeſsio. in
ij. verſi. & do. Flor. in l. ait lex.
in .§. Iulianus. el ij. ff. ad leg.
Aquil. & domi. Lud. Bologni-
num in conſi. ſuo viij. in iiij.
colum. in princi. de quo etiam
ego dixi in l. repeti. in viij.
colum. ff. de quæſtio. Et in hac
materia adde Bald. in l. non
ideo minus. in j. colum. C. de
156 accuſa. vbi dicit, quod† aſſaſi
nus ſine alijs indicijs poteſt tor
queri vt indicet mandantem.
& idem voluit Alexan. poſt
Bart. in dicta l. repeti. quæ om-
nia ſunt multum not. quia quā-
doque accidunt in facto, & ego
hic,& alibi vidi hunc caſum in
facto. Viſis ſupradictis, ſe-
quitur alia not. dubitatio, quæ
157 eſt talis videlicet,† an in enor
mi crimine requirantur ſolen-
nia indicia,& aliæ ſolennitates

quæ

quæ requiruntur in alijs cri-
minibus? in quo primo aſpectu
videtur dicendum quod non,
nam enormitas delicti opera-
tur, vt iudex poſsit tranſgredi
iura, & regulas iuris commu-
nis & ſtatutorum. Quod patet
pluribus modis. Et primo in ta
158 li enormi delicto† poſſunt re-
cipi teſtes lite non conteſtata
& parte non citata, & ſic con-
tra illum titulum, vt lite non
conte. & contra regulam l. de
vnoquoque. cum vulg. ff. de re
iud. ita dixit Archi. in cap. j.
de homi. in vj. qui dicit quod
in caſu illius capituli poſſunt re
cipi teſtes lite non conteſta. &
parte non citata. quod dictum
ſequitur ibi Gemini. in. §. fin.
& eos refert & ſequitur domi.
Felyn. in c. quoniam frequen-
ter in prin. in pen. colum. vt li-
te non conte. Item pro hac par
te facit regula illa videlicet,
159 † q͏ propter enormitatem de-
licti, licitum eſt iura tranſgre-
di, ſecundum Innocen. & alios.
in cap. j. de conſti. & voluit
Bald. in l. quid ergo. in. §. pœ-
na grauior, ff. de his qui notan.
infa. in iiij. colum. & in cap. j.
in vj. colum. qui feu. dare poſ.
& in l. & ſi ſeuerior. in ij. co-
lum. C. ex quibus cauſis infa.
irro. & idem Bald. in l. j. in v.
col. C. qui accuſa. non poſ. &
in l. obſeruare. in. §. proficiſci.
in vj. colum. de officio procon
ſul. & in l. j. in prin. C. de præ-
ci. impera. offe. & in c. j. §. iniu-
ria. in prin. de pace iura. fir. &
in authen. ſed nouo iure. in j.
col. C. de ſer. fugi. & in c. iurgẽ-
tium. in ſi. de re iudi. & volunt
alij plures iuriſlatores in alijs
locis quos retuli in l. fin. in re-
pe. mea. C. de proba. in lxxiij.
& lxxiiij. char. & in l. j. i prin.
in ix. col. ff. de qõ. & ĩ l. vnius.
in. §. cogniturũ. in xiiij. col. eo.
tit. Facit ẽt ad prædicta: nõ cle-
160 ricus faciẽs† atrociſsimũ de-
lictũ poteſt ſine degradatione
puniri, ſcdm Io. An. in c. cũ nõ
ab homine. de iudi. & Gemi. in
c. ſi. de homici. in vj. & Pet. de
Anch. in conſi. clvij. incip. ex
narratis in facto. in v. colũ. Et
161 facit etiam, † nõ ſtatutũ cõce-
dens abolitionem delinquenti-
bus nõ cõprehendit delinquen
tes enormiſsimi criminis, ſecũ-
dum Ang. in diſputa. ſua incip.
extorta guerra. & Ludo. Ro-
ma. in l. ſi quis in graui. in. §.
hi quoque. ff. ad ſyllan. Item fa
cit etiam, nam licet regulariter
reus criminis non poſsit renun-
162 tiare† defenſionibus ſuis dire
cte: vt dixi in l. j. §. fina. in xix.
colum. verſicu. ſi autem loqui-
mur &c. ff. de qõ. & in l. vnius.
in. §. cogniturum. in xij. col. eo.
tit. Tamẽ committens enorme
delictũ põt renũtiare defenſio-
nibus ſuis. ita dixit do. Fely. in
c. cum veniſſent. in iij. colũ. de
teſti. & Ludo. Roma. in rub. de
arbi. in xiiij. colum. & Bald.
in l. pronuntiare. C. de ſer. Fa-
163 cit etiam, nam† committens
enorme delictum non eſt ſecu-
rus in aliquo loco, ſed poteſt
vbique capi. l. j. C. de rap. vir-
gi. c. j. de homi. in vj. in ver. a to
to populo Chriſtiano defida-
tus &c. & in c. inter alia. de im
mu. eccle. c. Felicis. §. pe. de pœ
nis. in vj. l. iij. §. transfugas. in
ver. vbicũq;. ff. de ſica. Itẽ facit
164 nã† pro inſignibus furibus iu
dex nõ debet pati aliquẽ aduo-
care, ſecundũ Angel. de Are,

in tracta. maleff. in verbo, &
veſtem cœleſtem abſtulit ver-
ſic. & bene nota &c. pro quo
eſt tex. in l. per omnes. C. de de
fen. ciui. quod etiam voluit Lu
doui. Roma. in repe. l. ſi vero
in §. de viro. in iiij. Fal. ff. ſol.
ma. & Barb. in c. querenti, in
x. col. de offi. dele. Item pro-
165 pter enormitatē delicti, † po-
teſt procedi contra reum ordi-
ne iuris non ſeruato, ſecundum
d. Parid. de Puteo, in tract. ſuo
ſyndica. in lj. char. in ij. col. in
fin. & ibi ſubdit quod in crimi
ne aſſaſinatus propter enormi-
tatem delicti non requiritur
plena probatio, ſed ſufficiunt
probabilia argumenta, allegat
iura de quibus ibi per eum. Itē
facit nam ſi aſſaſinus ſit cleri-
166 cus, † poteſt puniri per iudi-
cem laicum ſecundum Lappū
in d. c. i. de homici. in vj. quem
refert & ſequitur do. Paris vbi
ſupra. Et dixit Bald. in c. cum
quidam. in ſi. de iureiur. quod
licet magnates furcis non ſu-
ſpendatur, tamen hoc fallit quā
do committunt proditionem,
quod eſt enorme crimen quia
tunc ſuſpendatur furcis. Et fa-
cit etiam. nam propter enorme
167 crimen † animal brutum pu-
nitur. c. mulier. xv. q. j. dixit
gloſſ. in l. ij. arbo. fur. cæſa. ꝙ
propter enormen delictum quis
poteſt ſuſpendi, et poſtea beſtiis
ſubijci: quam gloſſ. dixit ſing.
Lud. Ro. in l. ij. circa ſi. C. qui
teſt. fac. poſ. Item propter enor
men delictum poteſt damnari
168 † memoria defuncti. gl. in §.
per contrarium. inſti. de hære-
di. quæ ab inteſta. defe. quam di
xit ſingu. Ang. de Are. in tra.
maleficio. in verbo, qui iudex

videns. ver. & prædicta proce-
dunt &c. Io. de Imo. in l. defun
cto. ff. de publi. iud. & in c. quo
niam frequenter. vt lit. non cō
teſt. Item propter enormen de-
169 lictum † reus poteſt ſpada-
chiari & ita ſpadachiatus du-
ci ad mortem, ſecundum Bald.
in l. j. in iiij. col. C. ne ex delic.
defun. pro quo facit tex. in l. il
luſtres. C. de modo mul. in ver-
bo, grauiſsimum. Item propter
enormen delictum poteſt proce
di die feriato. l. prouinciarum.
C. de ferijs. & voluit Ange. de
Are. in tracta. maleff. in verbo
inchoata & facti. verſi. quæro
an vno die. de quo etiam do.
Ant. in c. fina. & ibi etiam per
Abb. de iud. & in c. ff. de ferijs.
Et adduci poteſt etiam tex. fin.
in l. ad beſtias. ff. de pœnis vbi
propter eminentem vtilitatem
quis liberatur a morte. de quo
tex. aliqua dicit do. Fely. in c.
illud extra de maio. & obed.
Et poſſent alia plura in hac
materia adduci, quæ alias ad-
duxi in l. vnius. in §. cognito-
rum in xiiij. col. cum ſeq. ff. de
quæſtio. & in l. j. in prin. in xj.
col. eo. tit. & in repe. mea. l. vni
cæ. C. de rapt. vir. nu. c. cum plu
ribus nu. ibi ſequen. Et ſic
ex prædictis videtur dicendū,
ꝙ quando ſumus in enormi cri
mine, non requirantur ſolennia
indicia, nec ſolennitates, quæ
eſſent ſeruandæ in alijs crimi-
nibus. Sed contrarium credo
verius ſcilicet, quod etiam in
enormi, imo enormiſsimo cri-
mine ſeruandæ ſint ſolennita-
tes omnes requiſitæ in alijs cri
minibus. Et in hoc attende quæ
ſo. Nam poteſt dici ꝙ in cauſæ
accuſationis, vel inquiſitionis
enormis

enormis criminis dicatur, ꝙ ſumus in delicto enormi, cum non conſtent ꝙ reus accuſatus vel inquiſitus commiſerit tale delictum: quia ſi hoc conſtaret vlterius reus nõ accuſaretur,inquireretur,nec contra eũ procederetur de tali delicto,ſed puniretur pro ipſo delicto pœna cõgruenti .Sed in tali caſu de neceſsitate debemus dicere,quod non ſumus in tali enormi delicto ſed ſumus in imputatione enormis delicti, ideo merito non habent locum ſuperius ad
170 ducta.† nam non ſequitur,talis eſt accuſatus, vel inquiſitus de tali enormi crimine, ergo eſt reus talis criminis vere. Ad quod ego adduco text. no.in l. ſi.C.de accu.in ver.non ſtatim reus exiſtimetur &c. Item adduco tex.in t. furti.in princ.ff. de his qui no.infa.in ver.pendente iudicio nondum inter famoſos habetur &c.et facit tex. in l.j.& in l.nullam.C.ex qui. cau.infa.irro.et facit etiam.nã nõ ſtatim quod quis accuſatur, reus eſt, ſed qui conuincitur, ita dixit text. in c. fina.in fin. xv.q.vlti. & in c. nonne.viij. q.iiij. & in c.eorum xj.q.iij.& in c.laudabilem.vt lit.penden. & hoc voluit Specu. in titu.de aduo.in §.ſequitur. circa prin.
171 Pro quibus ẽt facit.nã † quis non dicitur talis, donec non eſt pronunciatus pro tali, ſecundũ Spec.in titu.de inſtru. edi.in §. reſtat.ver.quid ſi tabellio & in ver.quid ſi confectum. & Soc. in conſi.lj.incip.prçſtantiſsime docto. &c. in iiij.col.in primo volu.& Pau.de Caſt.in conſil. xxxij.inci.omiſſo ordine &c. in fin.& verbis. & Pet. de Ancha.in conſi. ccxlj. incip. per prædicta. circa fin. vbi dixit, quod omnis executio eſt ſuſpen
172 ſa † contra excommunicatũ, antequam ſit declaratũ per ſententiam ipſum eſſe excommunicatum:de qua materia latius ſum loquutus in rubri.extra de crimi.fal. Et facit etiam, nam
173 ſtatutum † dans præmium accuſanti,intelligitur ſi ipſe accuſans probauerit contenta in accuſatione eſſe vera & non aliter.ita dixit gloſſ. in c.j.in verſic.oſtenſum.de his quæ fiunt a ma.par.ca.& probatur in cap. poſt electionem. & in cap. cum ſuper.de conceſ.præben.& voluit gloſſ.in c.non eſt.in verſi. allegat.de conſuetu.in vi.et gl. in l.ſi cuius appellatio.ff.de appel. reci.& in l.ij. in gloſſ.fin. C.quod me.cau.& voluit Alexan.in conſi.ccxcvj.incipien. diuini numinis. in ij.col.& in conſi.lxxj.in ij.col.in v.volu. quod incip.videretur in conſultatione &c. de quo etiam dixi in l. qui falſum in vj. colũ. in princi.ff.de fal. Et facit etiam illud vulgatum videlicet,quod
174 † non ſufficit dicere, niſi illud quod dicitur probetur: vt dixit gloſſ. in l.j.ff. ſi qua.pau. fe.di.& gloſſ. in l ij. de fer. & gloſſ.in l.magis puto.in.§.illud ff.de re.eo.& gloſſ.in l.ait prætor.ff.vi bo.rap. & in l.j.ff. de incen. rui.nau.& gloſſ.in cap. ſuper eo.extra de appel. & in cle.j.de reſtitu.in integ.de quo etiam dixi in l. qui falſam. in v. col.in verſicu.quinimo fortius.ff.de fal. Item pro hac parte ꝙ in crimine enormi debeãt ſeruari ſolennitates, quæ ſeruantur in alijs criminibus, fa-

175 cit, † nam videmus quod et in crimine læſæ maieſtatis, quod eſt enormiſsimum crimen indicia debent præcedere torturam, ſicut in criminibus non enormibus text. & nota. & ibi gloſſa, Cynus, Baldus, & Sali. in l. ſi quis alicui. C. ad legem Iul. maieſt. quod etiam voluit Ang. de Are. in tracta. ſuo maleſi. in verbo, che hai tradito la toa patria. in primis verbis. & d. Franciſ. Brun. in ſuo tracta. de indic. & tortu. in ix. char. in j. colū. poſt me. de quo etiam latius dixi in l. penul. in v. quæſt. in prin. ff. de quæſtio. & in repe. mea. l. fina. C. de pro ba. in lxxvij. char. & dixi etiam ſupra in §. conſtante. numero 2. Et ſic ex iſtis omnibus ſatis patet per iura & rationes, ſuperius adductas, quod in enormibus criminibus requiruntur indicia, ſolennia, & aliæ ſolennitates, quæ requiruntur in criminibus non enormibus. Et patet etiam, ꝙ illud quod ſupra dixi, ꝙ propter enormitatem delicti, licitum eſt iura transgredi, habet locum in puniendo, quando conſtat reum eſſe verum delinquentem, ſecus autem in procedendo: quia in proceſſu nondum vere ſcitur, an accuſatus vel inquiſitus ſit verus delinquens necne. Tene mēti, quia non mentior, hæc cōſideratio mea noua fecit alias mihi magnum honorem in ciuitate Mediolani coram Capitaneo Iuſtitiæ in quadam cauſa moneiæ, in qua oretenus allegaui, & poſtea in ſcriptis cōſului, vt voti compotem facerem illum Capitaneum Iuſtitiæ, & eius vicarium, corā quibus agitabatur illa cauſa. Et circa illud quod dixi ꝙ propter enormitatem delicti, licitum eſt iura trāſgredi, incidenter teneas

176 menti, † ꝙ illud habet locum ſolum in maioribus magiſtratibus: ſed ſecus eſt in minoribus, vt ſunt Poteſtates, & Iudices terrarum, qui iurauerunt ſeruare ſtatuta: nam tales non poſſunt leges, ſtatuta, nec conſuetudines transgredi. ita dixit Bal. in authē. hodie. C. de iudi. quem refert & ſequitur Iaſ. in §. ex maleficijs. in ij. col. inſti. de actio. vbi pro hoc dicto alleg. Ludo. Ro. in l. ſi vero. in §. de viro. in xlvj. fal. ff. ſolut. mat. vbi dixit, ꝙ propter enormitatem delicti, non licet magiſtratui leges transgredi: ſed ꝙ imo tunc debet conſuli ſuperior, pro quo alleg. text. quem dicit vnicum in iure in l. diuus. la ij. ff. de fal. Et dicit Iaſ. vbi ſupra ꝙ iſtud dictum Ludo. Roma. alibi non reperitur, licet videatur ſibi, ꝙ ille text. hoc non probet. certe imo ille text. optime probat illud. ſed & illud quod dixit Bal. in d. authē. hodie. dixit etiā ipſe in authē. ſed nouo iure. circa ij. colū. C. de ſer. fugiti. De quo etiam dixi in ſing. meo ccxliij. incip. tu ſcis & illud &c. tene menti præ dicta: quia in hoc multi iudices errant credentes ſibi licere transgredi leges, ſtatuta, & conſuetudines &c. Quæro modo

177 do vlterius, † an vnum indicium tantum ſufficiat ad torturam inferendam, an vero requirantur plura: in quo Bart. in l. maritus. de quæſtio. dicit videri ꝙ plura indicia requirantur: quia leges de hoc loquen-

quentes, loqui videntur in plurali numero, vt in l. j. circa princ.ff.de quæſtio.ibi,alijs argumentis. & in l. vnius.§.j.eo. titu.& in d.l.milites. eo.tit. & facit l.ſicut.C.de Fal.Sed ꝙ ſufficiat vnum indicium facit gl. in d.l.maritus.quæ loquitur in ſingulari dum dicit,ſed præcedente ſuſpitione &c.et facit gl. in l.ſi quis.C.ad leg. Iul.maie: Poſtea dicit Bar.ꝙ hoc an ſufficiat vnum indicium, vel requirantur plura ad hoc vt quis poſsit poni ad torturam,hoc relinquitur arbitrio iudicis.ar.l. iij.§.eiſdem quoq;. ff.de teſtib. nam ſecundum eum poſſunt eſſe quædam indicia generalia & remota, quæ non ſufficerent ſine alijs indicijs:& ponit exemplum: ſi probatur quod homo eſt malæ conditionis. nam hoc eſt indicium qualequale: vt in l.de minore.§. penul.ff.de quæſtio. & dicit ipſe Barto.ſe putare quod tale indicium nõ ſufficiat ad torturam ſine alijs indicijs: ſed ſi eſſet tale indicium vnitum cum alio indicio,vtputa, quia eſt homo malæ conditionis, & conuerſabatur in domo illa,vbi factum fuit tale maleficium: tunc iſta duo generãt ſuſpitionem:vt habetur in l.do mini horreorum.ff.loca. ſed ſi eſſet vnum indicium non remotum, ſed propinquum tangens negotium, de quo quæritur, vt puta,vnus bonus teſtis de viſu: vel confeſsio extra iudicium, vel eſt res reperta apud eum: tunc dicit Barto. quod tale indicium ſolum erit ſufficiens ad torturam.& ita dicit ſe intelligere gloſſ.in dicta l.maritus.& in dicta l. ſi quis, C. ad leg. Iul. maieſta. ita reſidet Barto. circa hoc dubium in d.l.maritus. Sed tu vltra Bartol. vide de hoc articulo domi. Pari. de Puteo in tracta. ſuo ſyndica.in ciij.charta in vlti. colum. vbi inter cætera adducit Azo. in ſumma de quæſtio. dicentem, quod licet dicatur, quod vnus teſtis inducit præſumptionem per l. Theopompus. ff.de dote prælega. tamen ſi talis teſtis eſt de veritate, ſufficit ad torturam, & iura loquentia, ꝙ requiratur pluralitas indiciorum ad ponendum aliquem ad torturam,non habent locum,quando extat vnus teſtis de veritate delicti. Item ſubdit d. Paris vbi ſupra, quod tamen in hoc, an vnum indicium, vel plura indicia requirantur ad hoc vt reus poſsit poni ad torturam, quod relinquitur arbitrio iudicis. ad quod allega. Bartol. in d.l.maritus. & in l. fin.ff.de quęſtio.& alios etiam allegat de quibus ibi per eum. Et idem dixit do. Paris in d. ſuo tracta: in cv.char.in j.col. ver.an ad torturam inferendã. vbi etiam alia plura dicit, de quo etiam ego latius dixi in d. l.final. ff.de quæſtio. in j.& ij. colũ. Ad quem etiam vide do. Pari. in d.ſuo tracta.in xciiij. char. in vltim. colum.& ibi in xcvj. char.in ij. col.in verſi.ſi quis eſt inuentus &c. circa fin. & vide etiam Ioan. An.in addi.Spec.in tit.de præſum.in §. ſpecies.in addi. inci.hic eſt inſtandum &c. circa me.addi.& Iac.de Bel.in authen,de exhi. reis.i §.ſi vero ẽt.quę refert Io. de Imo.in l.ſi.i pe.co. ff.de hęr. inſti.& Iaſ.in repe.l.admonẽdi in lxij.

in lxij. col. ff. de iureiur. Et vide omnino ſupra, in hoc. §. nu. 5. & nume. 11. & dom. Pe. Phil. Cor. in conſil. lviij. inci. viſa in quiſitione. in iij. col. in princ. in ij. volum. Quæro vlterius
178 † an tacita confeſsio, quæ fit per pacem ſequutam, faciat indiciũ ad torturam de delicto, in quo fuit facta pax? In quo dom. Fran. Bru. in tracta. ſuo de indiciis & tortura. in iiij. char. ij. colum. in verſic. quæro quid de confeſsione tacita &c. dicit ꝙ per talem pacem plene probatur delictum, per ea quæ habentur per Bar. & Bal. in l. trãſigere. C. de tranſ. & per Bald. in ca. j. §. iniuria. de pace iura. fir. & dicit ꝙ de hoc videtur text. in l. quoniam. C. de infami. poſtea dicit ꝙ Bald. in d. l. quoniam. & in l. furti. in. §. pactus. eod. titu. dicit, ꝙ faciens pacem nunquã intelligitur confiteri delictum, quo ad condemnationẽ. Item allegat Archid. in cap. in omnibus. ij. quę. iiij. vbi dicit, ꝙ licet paciſcens videatur fateri crimen: vt in d. l. quoniam. tamen iſtud eſt verũ, ſi aliquo dato paciſcitur, ſecus eſt ſi gratis: vt d. §. pactus. Poſtea quærit ipſe d. Frã. Bru. vbi ſupra, quõ fieri poterit pax, vt per eam non videatur quis fateri delictum. ad quod allegat Tancre. de Corneto in ſua cõpendioſa dicentem, ꝙ fiat hoc modo videlicet, ꝙ dicat. Et hęc facit vt euitet ſumptus litis, non ꝙ commiſerit crimen, de quo facit pacem. allegat d. l. furti. §. pactus. Item dicit ꝙ poteſt fieri alio modo videlicet, ꝙ is qui iniuriam, vel damnum paſſus eſt, remittat per pactum omne damnum, & omnẽ iniuriã, quod conſtaret vel cõſtare poſſet ſibi ab aliquo illatum quacunque de cauſa; Vel iniuriatus faciat pacem cũ iniuriante, & ei remittat iniuriã, quam conſtat vel conſtare poſſet illam ſibi intuliſſe: quia ex hoc nihil videtur fateri. Poſtea dicit, ꝙ alij dicunt generalius, ꝙ Notarius debet dicere in inſtrumento: Tales fecerũt pacem, & concordiam de omnibus iniuriis, vulneribus & offenſis, quæ dicuntur per dictos ſeinuicem feciſſe, & inuicem intuliſſe. nam tunc non videtur fateri. ita reſidet d. Fran. Brun. in d. ſuo tract. Tu autem vltra do. Fran. Bru. vbi ſupra. vide d. Catal. in ſuo tra. ſyn. in ver. cccccc xxv. incip. adde an producens. vbi dicit, ꝙ producens inſtrumentũ pacis, videtur confiteri delictum, ſi talis pax fuit facta per pecuniam ſecus ſi fuit facta gratis, quia tunc non videtur confiteri delictum. & alle. d. l. quoniam. C. de infa. & Bal. in d. l. furti. in. §. pactus. eod. tit. & alle. etiam Arch. in c. in omnibus. ij. quæſtio. iiij. Et ſubdit do. Cata. vbi ſupra in ver. ibi
179 ſeq. ꝙ † qui remittit iniuriã per pecuniam, eſt infamis. alle. glo. xxiij. q. iiij. c. ſi illic. quod etiam no. Bart. ſecundum eum in l. athletas. in. §. ſiquis. ff. de infa. & vide circa hanc materiam Bald. in cap. j. in. §. ſeu furtum. in v. colum. verſi. itẽ quæſiuit Ioan. mona. de pace iura. firman. Prædictis etiam adde
180 ꝙ qui petit veniam, † non videtur fateri delictum, ſecundum gloſſ. in cap. exhibita. in verbo, veniam poſtulauit. de homi-

homicidio, quod etiam voluit Ludo.Rom.per illam glo.in l. ſ.in prin.ff.de noui.oper.nunc. & do.Bartho.Cep.in conſi.ſuo xxj.incip.ego Barth.in vj. colum. & vide Paul. de Caſt. in conſi.cxix.incip.notandũ &c. circa fi.& do.Fely.in cap.teſti monium.in xj.col.verſi. & aduerte.extra de teſtib. vbi allegat plures Doct.in pluribus locis loquentes circa hanc materiam. Quæro vlterius de dubio ſæpiſsime occurrenti,quod ego ſæpe audiui de facto vide-
181 licet,an†diuinatio ſeu incantationes faciant indiciũ ad torturam:quam quæſtionem ponit do.Franciſ.Bru.in tract.ſuo de indicijs & tor.in v. char. in ſ. col.in prin.vbi dicit, ꝙ quandoque a liquis incantator conſultus dicit, quod Titius commiſit tale furtum,vel aliud delictum:an ex hoc poterit quis poni ad torturã, & dicit quod ipſe vidit fieri incantationem in quadam fiala, vel cum forbice & cribro,& dicit ꝙ talia non faciunt indicium ad torturam,quia talibus non eſt adhibenda fides:vt l. item apud Labeonẽ.§.ſi quis aſtrologus. vbi hoc tenet Angel.ff.de iniur. & facit.l.verum.C.de infam.Dicit poſtea ꝙ Bald. in quodam ſuo conſil.incipien. in Dei nomine amen, quia quæſtio iſta de tortura &c.dicit,ꝙ licet ars maleficiorum ſit reprobata, vt l.nemo.C.de malefi.& mathe. tamen quandoque permittitur quod maleficium tollatur per aliud maleficium, ſi alio modo non poteſt quam per incantationem etiam demonum, vt dicit notari in ſumma confeſſorũ per magiſtrũ Ioan.de Ripa ſub rubri.de impedimento ligaminis,tamen animus non debet recedere a deo quicquid ore proferatur, ſecundum opinio.multorum Theologorum. nam licitum eſt aliquando de aqua turbida bibere, vbi fluminis ſtagnantis aqua deficit:medici nę enim omnes ſumuntur non ratione delectationis,quia ſunt aridæ, ſed ſolum ratione ſanitatis recuperandæ, retinendæ, vel adipiſcendæ, ſicut arte & natura manifeſtum eſt: ſępe uulnus vulneri additur, vt vtrunque curetur. ita ſecundum eum dicit Bald.in d. ſuo conſil.Ex quibus videtur ſecundum do. Fran.vbi ſupra,ꝙ quamuis ars diuinandi ſit reprobata,tamen vbi magnum ex delicto immineret ſcandalum,forte nec Deo nec hominibus reprehenſibilis uideretur dummodo animus a Deo non recedat.non dico ꝙ ad torturam procederetur, ſed ad inquiſitionem. nam ſi diuinator aliquem inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre qua conſtantia, quo rubore, & quo palore loquatur, & ex hoc ſumere indicium veritatis: vt in l.de minore.§.tormenta. ff.de quæſtio.ita reſidet dom.Franci.Brun.in dicto ſuo tracta. Ego autem circa hanc materiam dico vnum,quod teneo firmiter, ꝙ talis diuinatio non faciat indicium ad torturam,ſed ad inquirendum vt dixit do. Franci.cum ex iſtis diuinationibus,& incantamentis ſæpe animus hominis inclinatur,& inducitur ad credendum aliquid eſſe vel non eſſe.Et memini me alias tempore iuuentutis

tutis meæ vidiſſe rem mirabi-
lem & ſtupendam, dum eram
gubernator ciuitatis Albingha
næ in partibus Ianuenſium vl-
tra Sauonam per xxx. milia-
ria. Nam fuerat mortuus quidã
homo nocturno tempore, & ne-
ſciebatur a quo: attamen mul-
ti erant ſuſpecti de morte ſua,
& quidam homo ſenex dixit
mihi, domine gubernator ſi
vultis ſcire veritatem huius ho
micidij, faciatis coram vobis
portare cadauer illius mortui,
poſtea faciatis vocare illos
qui ſunt ſuſpecti de illo homici
dio, & veniãt vnus poſt alium,
vbi eſt illud cadauer, tũc cum
ſuperuenerit verus homicida,
tunc vulnera illius cadaueris
fluent ſanguinem de nouo, &
ſic habebitis certitudinẽ illius
homicidij: Quo audito feci por
tare coram me illud cadauer,
& feci vocari illos ſuſpectos
de illo homicidio de vno in
vnum: & cum ſuperuenit ve-
rus homicida, vulnera illius
cadaueris incœperunt effluere,
& emittere ſanguinem. de quo
ſumme fui admiratus: attamen
nihil dixi, non præſtans fidem
tali rei, quæ nullibi probatur.
attamẽ ex poſt per plures dies
reperta ſunt indicia ſufficien-
tia ad torturam contra illum
verum reum, quem capi feci,
qui habita copia indiciorum
abſque tortura confeſſus fuit ſe
occidiſſe illum hominem, & po
ſtea eum condemnaui ſecũdum
formam iuris, & ſtatutorum il
lius ciuitatis. Quæri etiam po
182 teſt † an in cauſis criminali-
bus poſsint teſtes cogi teſtifica
ri? in quo remitto me ad dicta
per domi. Franciſ. Bru. in tra-
cta. ſuo de indiciis & tortu. in
ij. char. in j. colũ. vbi etiam po-
nit quæ perſonæ cogi poſsint.

Quæro poſtremo, an ſi iudex
ſine indicijs, vel cum indiciis
minus legitimis poſuit reũ ad
torturam, qui reus confeſſus eſt
delictum, quo caſu talis cõfeſ-
ſio eſt nulla, etiam ſit ſibi ratifi
cata, vt habetur in l. penul. ff.
de quæſtio. & ibi late dixi. an
ſi poſtea ſuperueniant indicia
183 ſufficicientia, † confirment
torturam præcedentem indebi
te factam, & confeſsionem ex
ea extortam. In quo Bal. for-
mans iſtam q. in l. fi. C. de accu
ſa tenet ꝙ non. & hoc dicit ꝓ-
cedere: quia fuit ordo peruer-
ſus, vt patet ibi in glo. & dicit
ꝙ hoc etiam tenuit gl. expreſ-
ſe in l. maritus. in ij. lectu. ff. de
quæſtio. quod dicit eſſe notan.
Tu vltra Bal. dicas ꝙ idem te-
nent doct. per gl. ibi in l. pen. ff.
de quæſtio. & in l. qui in alie-
na. §. Celſus. ff. de acqui. hære-
di. & do. Catal. in ſuo tract. ſyn
di. in ver. clxv. inci. adde quod
diximus. de quo etiam dixi in
repe. l. fin. in xxxij. char. ante
fin. C. de prob. Pro qua doct.
Bald. & ſequacium poſſunt ali
qua in ſimili adduci. Et primo
adduci poteſt dictum Bal. in l.
ſi vxor. C. de condi. inſer. vbi
184 dixit, ꝙ licet filiusfa. † poſ-
ſit donare cauſa mortis cũ con
ſenſu patris: vt l. tam is. §. j. ff.
de dona. cauſa mor. tamen ſi fi-
liusfa. donat cauſa mortis ſine
conſenſu patris, licet poſtea pa
ter ratificet, non tamẽ valebit
talis donatio: quod dictũ refert
& ſequitur do. Fran. de Are. in
no. conſi. ſuo lxx. incip. dona-
tio. Et dixit Bald. in cap. cum

conſue-

conſuetudinis. in ij. colum, de conſuetu. quod pater nõ poteſt authorari filio donanti cauſa mortis poſt donationem factã, etiam ſi donaret fratri in eadẽ poteſtate conſtituto. pro qua faciunt dicta per Bal. in ca. quoties. de pac.& dicta per Oldr. in conſi. ſuo cccvj. Incip. quamuis pater &c. in j. col. & dicta latius per Iac. de Bel. in conſi. ſuo inci. Cicolus Petri &c. qđ conſilium eſt inter cõſilia Bal. in vj. volum. num. lvij. & faciunt dicta per Bald. in conſil. lxxxiiij. incip. verba libelli &c. in fin. ij. colum. in. j. vol. & in conſi. clxvj. incip. caſus talis eſt &c. in iij. volu. Et facit etiam dictum Bald. in l. j. in antepe. colum. verſi. extra quæritur. C. qui admitti. vbi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ mulier non
185 † poſsit contrahere ſine conſenſu propinquorum, alias non valeat contractus, ꝙ ſi mulier contrahit ſine conſenſu propinquorum, licet poſtea propinqui conſentiant, tamen non valebit contractus: quod dictum refert, & ſequitur Barba. in repe. rubr. de fide inſtru. in xiij. char. in vlti. col. & in cap. cauſam matrimonij. in vlti. char. in j. colum. de officio delega. & in cap. cum in iure. in xxvij. colum. eo. tit. pro quibus facit gl. in l. ſi filius. C. de petit. hæredi. Et idem in ſimili dixit domi. Alex. in conſil. ſuo clxx. Inci. viſo proceſſu. in vltim. col. pro quo allegat l. ſi filius. & l. eius qui in princ. ff. de teſta. & l. ſi minor. ff. ſi ſeruus expor. & c. j. de deſpon. impub. lib. vj. & no. per Bal. in c. fi. de ca. mona. & per Dyn. in reg. non firmatur, de reg. iur. in vj. Et facit quod no. dixit Bal. in titu. de pace cõſtan. in verbo ſententiæ. vbi di
186 xit, ꝙ laudum † latum non præcedente compromiſſo, non poteſt ratificari per partes: qđ etiam videtur de mente Salic. in l. ſocietatem. in. §. arbitrorũ. in xv. q. ff. pro ſocio. & d. An. in c. Quintauallis. vltra me. de iureiur. quod etiam voluit Pe. de Ancha. in c. canonum ſtatuta. in xiiij. qõ. prin. xj. colũ. de conſti. & idem tenet Lud. Ro. in l. j. in fin. ff. de feriis, vbi refert Bal. in dicto verb. ſententiæ quoque. & idem voluit Io. de Imo. in conſi ſuo cvj. inci. in cauſa quę vertitur & verſa eſt inter Chriſtophorum &c. & ꝓ illo dicto Bald. eſt bonus text. quem ipſe allegat. in d. §. ſentẽtiæ quoque. in c. examinata. de confir. vtili vel inutili. vbi dicitur, ꝙ non poteſt emologari laudum, ſuper quo non præceſſit compromiſſum. Et idem voluit Lud. Ro. in conſi. ſuo clv. incip. præmiſſum laudum. vbi conſuluit ſuper hoc. & dixit nõ refragari ſequens ratificatio, ſeu emologatio laudi, quando non præceſsit compromiſſum. & allegat d. cap. examinata. & Bal in d. §. ſententiæ quoq;. & idẽ dixit ipſe Lu. R o. in conſi. ſuo 173. in fi. & Bal. in cõſ. 108. inci. cũ plures &c. qđ iñ an ſit verũ ſemper & indiſtincte nõ ex animo nunc, cũ non ſit materia noſtra. ideo me remitto ad dicta per doct. in dictis locis. & ad Io. de Imo. in ca. niſi eſſent. in ij. col. de præben. & ad Bal. in c. cũ dilecta. de reſc. & dicta p Bal. in l. fi. ĩ fi. C. de cõtrahẽ.
187 emp. vbi dicit etiã, ꝙ † laudũ

non

non poteſt ratificari a partibus
antequam feratur : quod dicit
voluiſſe Dyn.in conſi.ſuo inci.
Ptolomæus &c. quod tamen li
mita vt ibi per eum.de qua ma
teria vide etiam Lud Rom.in
d.conſi.xxiiij. in fi.j.colum.&
Pet. de Ancha.in conſi.ccliiij.
inci.videtur prima facie dicen
dum. in fi.& Ioan.de Imo.poſt
Ang. in l.ſciendum.circa fi.ff.
de verb. obli.& Ang.in conſi.
ſuo cxcv.inci.pro concluſione
prædictorum. & d. And.in ca.
dilecti. de arbi.& Abb.in d.c.
examinata . & Bald. in l.cum
antea.in j.colum.C.de arbi.&
Pet. de Ancha. in conſilio ſuo
cxx. inci.vnus ex procuratori
bus. Itē vltra prædicta pro hac
parte , ꝙ habilitas ſuperueniēs
non validet actum a principio
nullum facit gl.ſing. iūcta tex.
in l. pen.ff.de quæſt.quæ dixit
ꝙ confeſsio facta in tormentis
legitimis indiciis non præcedē
tibus non valet . dato ꝙ poſtea
ſuperueniant indicia:& dato ēt
ꝙ ratificetur. de qua glo. plura
dixi d.l.pen.& in repetit.mea
l.fin.C.de proba.in xxij.char.
poſt med . Item vltra prædicta
pro hac parte , ꝙ habilitas ſu-
perueniens non validet actum
a principio nullum , facit tex.
in l. obligari. in.§. tutor. ff. de
auto. tuto.& tex.in.§.tutor. in-
ſtit.eo.titu.in quibus iuribus di
citur , ꝙ ſi authoritas tutoris
debet interuenire in ipſa cele-
bratione actus , alias actus de-
bet eſſe nullus,ꝙ talis actus ēt
non conualidatur,ſi factus ſit ſi
ne illa ſolennitate,ſeu autorita
te , licet poſtea talis autoritas
interueniat. Pro quibus etiam
faciunt dicta per Ludo.Roma.
in conſilio ſuo lix. incip. circa
propoſitam cōſultationem.cir-
ca pen.col.vbi ad hoc ꝙ habi-
litas ſuperueniens non validet
actum a principio inualidum ꝓ
pter aliquam inhabilitatem al-
legat plura.& primo tex.in l.
ſi quis in ſenatorio. & l.ſi quis
tutor. verſi.quid ergo. & l.eos
ff.de ritu nuptia. & l.j.C.ſi re-
ctor prouinciæ.& l.& ſi cōtra.
C.de nup.& c.j.§.nec matrimo
nium.de ſponſa. impub. in vj.
in quibus iuribus patet , ꝙ ſi
matrimonium , vel ſponſalia
ſunt nulla:quia inter inhabiles
contracta propter defectū æta-
tis,vel propter aliam inhabili
tatem legalem: ea inhabilitate
ceſſante,vt quia ſuperueniat le
gitima ætas,ipſo iure non recō
ualeſcent. item allegat etiam
Ludo.Ro.in dicto cōſi.ad hāc
materiam. l.j. C.de contracti.
judi.& l. fi.C. ſi maior fac.vbi
dicitur,ꝙ alienatio facta illi,q
præeſt alicui loco pro iure red
dendo,non recōualeſcit ceſſan-
te inhabilitate. ad idem alleg.
l.minor.ff.de ſer.expor.in ver
bo,nullius momenti &c.& c.ſi
eo tempore . de reſcrip. in vj.
vbi habetur,ꝙ conceſsio facta
per principem nulliter,eo quia
inhabili propter defectum æta
tis,non reconualeſcit ex hoc ſo
lo,ꝙ ſuperueniat legitima ętas
& alia plura ad hoc propoſitū
adducit Ludo. Roma. in dicto
conſil. Sed ego vltra eum addu
co not. verbum Bart. in l.eum
qui.alias inci.Paulus.ff.de ſta
tu ho.vbi dicit, ꝙ ſi cōtractum
eſt matrimonium in gradu pro
188 hibitio , † licet ſuperueniat
diſpenſatio, tamen filij ante na
ti non erunt legitimi . & idem
tenet

tenet Bal.in cap.j.§.naturales. in vlti.colum.ti de feu.fue. con tro.inter dom. & agna.& dicit ꝙ Cyn. in d.l.Paulus.refert ꝙ iſta quæſtio fuit de facto in quo dam de Vbaldis. & idem cla rius dixit Bald. in l.& ſi contra.C.de nupt.in verſi.nota ergo &c.& Bald.in l.ex libera. C. de ſuis & legi. vide tamen quæ dixi infra, in.§.ſecunda q. nume. ij. Et facit quod voluit Ioan.And.in additio.Specu.in titu. de teſte.in.§.j. in ij. addit.
189 vbi dicit.ꝙ ſi inimicus † recipiatur de facto in teſtem con tra inimicum, licet poſtea ſuperueniat reconciliatio inter eos,non tamen reconualeſcit teſtimonium ſuum. & alleg. glo. in auth. de teſte.in.§. ſi vero qs dicat. in verbo, non adſit. Et faciunt etiam dicta per Pau.de Caſt.in conſi.cccxxij. incip.ſuper primo videtur &c. vbi dicit, ꝙ ſententia nulla ratione defectus probationum, non reconualeſcit ex atteſtationibus poſtea receptis. Pro quibus ēt faciunt quæ ego dixi in l.iuriſiurandi.in ij.char.C.de teſti.& quæ latius dixi in l.pen.in vj. vij. & viij.colum. ff.de quæſt. vbi omnino videas.& in repe. mea.l.fin.C.de prob.in xxxij. char.& in conſi. meo xxv. incip.confundentur omnes, qui te derelinquunt domine &c. in ij. & iij.char.& Pe. de Ancha. in conſi.cccxxxviij. incip.de efficacia &c.in ſi.tene mēti prædicta in materia præſentis dubitationis: quia vere ſunt notabilia. Quæro modo vlterius: pone aliqua ſunt indicia cōtra reum ꝙ commiſit maleficium: aliqua vero ſunt pro reo ꝙ non commiſit maleficium, an vigore indiciorum exiſtentium con
190 tra eum† poterit poni ad torturam? in quo dicas ꝙ non. & hoc duplici ratione. Primo q̄a ſemper in obſcuris debemus inclinare in benigniorem partē. l.ſemper in obſcuris. ff.de reg. iuris.l.factum cuique.§.fin. eo. titu.reg.in pœnis.de reg.iuris. in vj. cap.eos vero.l.diſtinct.l. merito.ff.pro ſocio. l.Arrian. ff.de actio.& obligatio.Et vbi poteſt capi duplex intellectus, ſemper debet capi intellectus per quem quis non cadat in delictū, vt latiſsime dixi ego adducendo multas,& quamplures doctrinas in repetit. mea.l.fin. C.de probatio. in l.char.& habetur per Fran.de Cur.in cōſi. ſuo lxx. incip. circa primum. in iij.colum.pro quibus optime faciūt,quæ ego dixi in l.vnius facinoris, in.§.in ea cauſa. in verſi.item pro prædicta regula &c.ff.de quæſtio. vbi plura notabilia adduxi facientia ad materiam iſtam. Pro quibus facit quod dixit Bald.in ca.duobus. in j. colum.verſic.ꝙ ſi iudices.
191 de re iudica. vbi dixit,†ꝙ in teſtibus parti minori diſcordātibus,prĕualet benignior pars.
192 Secunda ratio eſt:quia † vnū indicium tollit aliud, ſecūdum Alexand.in conſi.ſuo lxxvij. incip.in cauſa accuſationis. in vlti. col.in j.volu.& vna præ-
193 ſumptio† tollit aliam.l.diuus ff.de in integ.reſtitu.cap.accedens.de crimine fal.& ibi glo. cap. tuam. de ſponſalib. & ibi gloſ.voluit Bald.in l.Pacumeuius.ff.de hæredi.inſtitu.& Io. de Ana.in cōſi.ſuo xix. incip. viſis inſtrumētis,in iij. colum.

Alex.

Alex. in conſil. ciij. incip. videtur. in vij. col. in j. vol. & Cyn. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimo. & Spec. in titu. de expenſis. §. iiij. verſic. in hoc &c. circa med. docto. in l. ſi qui adulteri. C. de adulter. & in l. ſiue poſsideris. C. de probati. & habetur in l. mater. & ibi Ange. & Salyce. C. de calumnia. Et idem dicimus in cõiecturis.
194 † quia vna coniectura tollit aliam, ſecundum Bal. in conſil. ccciij. incip. proponitur, ante fi. in ij. vol. & Fulg. in conſil. clxxiij. incip. in cauſa. & Ange. in l. iniuriarũ. in. §. ſi quis de honore. ff. de iniur. Et idem dicimus in duobus veriſimilibus:
195 † nam magis veriſimile tollit minus veriſimile, ſecundum Bal. in l. fi. in ij. oppo. C. de hæredi. inſti. Et maior veriſimilitudo tollit minorem, ſecundum Bald. in l. ſiue poſsideris. C. de probat. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. ſi extraneus. in ij. col. ff. de cõdi. cauſa data cauſa non ſequuta. Et circa hanc materiam ꝙ vnum indicium tollit aliud teneas perpetuo menti, ꝙ iſtud eſt adeo verum, ꝙ ſi cõtra reũ adeſt vnum indicium maleficij: ſed pro reo ſit probata bona fama, ꝙ hoc caſu ipſe reus
196 † non poterit torqueri vigore illius indicij, quod habet cõtra ſe: ita not. dixit Bal. in l. fi. C. de proba. in vlti. col. quem refert, & ſequitur d. Alex. in l. fin. in iij. apoſtil. ff. de quæſtio. vbi dicit, ꝙ illud quod dicitur, ꝙ quando contra reum eſt aliquod indicium, ꝙ ex hoc ipſe reus poteſt torqueri: Eſt verum & habet locũ quando talis reus eſt vilis perſona, & abiecta: ſecus autem vbi eſſet vir grauis, bonæ vitæ, conditionis, & famæ: quia tunc non poterit torqueri: quoniam qualitas præcedentis vitę elidit huiuſmodi indicium. per l. non omnis. §. a Barbaris. ff. de re milit. & c. cum in iuuentute. de præſump. quod dixit Alex. vbi ſupra eſſe not. & idem dixit ipſe Alex. in conſilio ſuo cccxiij. incip. viſo themate ante ſcripto. in pen. col. Et idem dixit Bal. in l. ea quidem. in antepen. col. verſ. itẽ quæro an infamatus. C. de accuſa. vbi etiam reſpondet ad contraria. & dicit ibi ꝙ idem tenuit Gandi. licet non dicat in quo loco. Et idem tenuit Bart. in l. iij. in. §. ſed ſi ex improuiſo. ff. de re mili. & Alex. in d. l. fi. ff. de quæſtio. in pe. apoſtil. Et idem etiam tenuit Alex. in conſi. ſuo ccxxxvij. incip. ponderatis narratis in themate. in vlti. col. vbi allegat Bald. in dictis locis. Et idem tenuit Catal. in ſuo tractatu ſyndi. in verſi. ccccccxlij. incip. adde quia ſępe &c. ante fin. dicti verbi. & Rapha. Cuma. in conſilio ſuo cxxxv. incip. ad primum &c. in ij. col. in verſic. amplius dixit Bal. &c. vbi allegat Bald. in d. l. ea quidem. in d. verſicu. quæro an infamatus &c. Et idẽ tenuit d. Petr. Philip. Corn. in conſilio ſuo lviij. incip. viſa inquiſitione. in iiij. col. ij. volu. & do. Bartho. Cepo. in conſilio ſuo xl. incip. Lucius &c. in ix. col. Et hanc partem etiam firmauit Ange. in l. milites. C. de quæſtio. quem refert, & ſequitur Alex. in d. l. fi. ff. de quęſtio. in iiij, & in pe. apoſtil. Et hanc

partem etiam firmat do. Phili. Deci.in conſi.ſuo clxxxix.incip. lætatus ſum &c.in pe.col. in fi.vbi etiam adducit Bal. in l.j.in fi.C.loca. vbi concludit,
197 †ꝙ præſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ: ad quæ vide etiam Pet.de Ancha. in c. canonum ſtatuta. in cvij. col. verſi. ſubijcio ſimilẽ quæſtionem: de conſtitu. quæ omnia ſunt notanda: quia multi eſſent,qui dicerent cõtrariũ, Nam quando ſpecialiter ſunt examinati teſtes ſuper mala fama alicuius, tunc tales teſtes præferuntur teſtibus deponentibus in genere de bona fama. ita dixit Ludo.Roma. in cõſi. ſuo clxvij.incip. Antonius accuſatus.in fin.verbis.vbi allegat hoc voluiſſe Inno. in c.inquiſitionis. & in c. cum oporteat. de accuſatio. Pro quo ẽt faciunt dicta per Inno.in c.auditis.de præſumpt.vbi dixit,ꝙ
198 probationes† in ſpecie præferuntur probationibus in genere: quod dictum refert,& ſequitur do. Alexand. in conſi. ſuo lxxvij.incip. in cauſa accuſationis.in prin.iiij. colum. in j. volu.& ibi etiam ſubdit,ꝙ pro hoc facit quod voluit Bald. in l. ſiue poſsidetis.in ij.col.C. de prob.vbi dixit, ꝙ præſumptio in ſpecie tollit pręſumptionem in genere. Et facit regula, generi per ſpeciem derogatur. de regu.iuris.in vj.de quo per do. Franciſ. de Curte. in conſi. ſuo lvj.incip.ſuper proceſſu &c. in vij.colũ. Item illud dictum Inno.in d.c.auditis. de præſcrip. refert, & ſequitur Alexan. in conſi. ſuo cxlviij. incip. excellentiſsime domine &c.in j.col. in ij.volu. vbi etiam refert Nicol. de Neapo. in l. turpia. in princi.ff. de lega.j. dicentem,
199 ꝙ†magis creditur duobus teſtibus in ſpecie deponentibus, ꝙ̃ pluribus deponentibus in genere allegat quod not. per Inno.in d.cap. auditis. de quibus omnibus dixi in l. de minore. in.§.plurium. in xviij. colum. in princi.ff.de quæſtio. vbi ſecuutus ſum hanc partem. Sed nunc diligentius, & accuratius cogitans circa prædicta inclino in aliam partem tanquã benigniorem. Et hoc primo per regulam,ſemper in obſcuris.& per alia quæ ſupra adduxi.Secundo propter autoritatem tantorum patrum contrarium tenentium,quos ſupra retuli.Pro qua parte & opinione faciunt optime, quæ ego dixi in l. falſam.in prin.in xv.colum.ff.de fal.& ſupra in hoc.§.nu.96. & 97. Quæ omnia teneas menti: quia ſæpe conferunt honorem, & maximam vtilitatem. Vlterius dico,ꝙ omnia ſuperius dicta continent materiam indiciorum exiſtentium cõtra reos quia aliqua etiam ſunt indicia, quæ faciunt pro ipſis reis ideo mihi videtur de talibus indicijs facientibus pro reis aliqua dicere, & in medium afferre:
200 Ideo ſcias ꝙ exculpatio †offenſi eſt magnæ importantiæ, & multum prodeſt reo inquiſito,vel accuſato. Nam ſi aliquis fuit accuſatus, vel inquiſitus de vulnere illato in perſonam Titij,ſi ipſe Titius dicit, ꝙ non fuit vulneratus ab illo inquiſito, vel accuſato,& eum exculpat, non poterit torqueri ex indicijs exiſtentibus con-

ita eum: quia habet indicium innocentiæ pro ſe, ita ſingu. dixit Bal. in l. j. in vlt. colum. in ver. pone teſtator. C. commu. de leg. alleg. l. Paulus. §. j. ff. de bo. lib. quam doctrinam refert & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo xxiiij. incip. animaduerſis, in vj. colum. in ij. vol. & in conſil. ccxxxvij. incip. ponderatis narratis in themate. circa prin. & in conſi. ccxxiiij. inci. viſo proceſſu. in ij. char. in vlt. col, & idem firmat Bal. met in margarita ſua. in ver. maleficium. in j. ver. & Bal. in reperto. ſuo. in verbo. vulnus. in j. ver. & do. Fely. in c. j. circa fi. de præſumpt. & in c. literas. in v. col. eo. tit. & Gandi. in tract. ſuo maleficiorum. ſub rub. de tranſact. & pac. in maleſi. in vj. colum. in vlt. verſi. inci. ſed pone ꝙ quidam mortifere vulneratus &c. & illam doctrinã Bald. etiam refert & ſequitur Alexan. in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis moriens. ff. ad Sylla. & in conſi. ſuo cxxiiij. incip. quoniam abunde &c. ad fin. in vj. volu. & in conſi. xxx. incip. ex allegatis &c. in vlti. colum. in vij. vol. de quo etiam per Iaſo. in l. j. in ij. col. ſi. de eo per quem fac. erit. & per eundem in d. l. j. in fi. C. commu. de legatis. de quo dixi ego etiam in ſingu. meo xxiij. incip. confeſsio offenſi &c. Item aliud eſt indicium pro reo, quod indicium eſt tarditas accuſandi.
201 †Nam ſi accuſator multũ ſtetit ad accuſandum, eius accuſatio poſtea redditur ſuſpecta, ſecundum Bald. in conſil. ſuo xxxvij. incip. quidam tabellio. in fin. in iij. volu. pro quo facit tex. in cap. j. in ver. quia ſi proclamare voluit, cur tam diu tacuit &c. de frigi. et maleſi. ad quæ vide etiam Iaſon. in §. fuerat. in v. colum. inſti. de actio. & in l. j. in vj. col. ver. itẽ pro extenſione &c. C. qui admit. pro quibus etiam faciunt dicta per Alexã. in conſi. cxv. inci. viſa. in j. col. ad fin. in vij.
202 vol. Et facit etiam. †Nã violentia per lapſum longi temporis præſumitur conuerſa in cõſenſum, ſecundum Spe. in tit. de pręſumptio. in §. ſpecies. in verſicu. neceſſaria. Et pro iſtis faciunt optime dicta per me in ſing. meo cclxxxviij. incip. tolle moras &c. vbi videas. Et facit etiam. Nam ille qui differt producere inſtrumentum ſolutionis vel alterius tenoris rele
203 uans eum a petitis, † non debet audiri illud producẽdo, niſi refectis expenſis quibus ſua tarditate vexauit aduerſarium ita dixit Bal. in c. exceptionẽ. in princi. de excep. quem refert do. Fely. ĩ c. ad audiẽtiã. el ij. in xij. colũ. de reſcri. & in c. de cætero. in iiij col. de re iudi. pro quo alleg. c. ſuſcitata. & ibi Abb. in iij. not. de in integ. reſti. Et pro hoc facit optime no. dictum Aegi. de Belame. in deciſ. ſua ccxvj. inci. ĩ cauſa &c. vbi dicit clericus qui permiſit ſe condemnare a iudice laico, & committere executionẽ, & poſtea allegauit priuilegiũ clericale, cum eſſet clericus, quod debet condemnari in expenſis, quibus fatigauit actorem tardãdo opponere dictam exceptionem: quod dictum refert & ſequitur d. Fely. in c. exceptionẽ in princi. de exceptio. & idem

dixit

dixit Gemi.in c.j.in vj.colum. in prin.de reſcrip.in vj.de quo plenius dixi in l.patre, vel marito.in xvj.col.ff.de quæſt.vbi videas.& vide etiam in materia Alex.in l.edita. in iiij. colum.ver.teneo opinionem, C. de eden.& Io. An. in additio. Specu.in ti.de requiren.conſi. §.inſuper ver.tu autē.& Angel. in conſi. cxxxvj. incip.in quæſtione vertente.et Alexan. in conſi. lxij. incip.viſa facti narratione &c.in ij. colum. in fi.in ij. vol.& do.Fely.in c. inter monaſterium.in viij.col.de re iudica. & in c. nullus. circa fin.de præſumptio. & Abb. in c.ſciſcitata.in pen.col.de reſtitutio.in integrū.& in c. ex parte.el ij.poſt prin.de offi. deleg. & in c.ſuper.eo.tit.& do.Franciſ. de Aret. in c. ſuper his. in
204 xj.col.de accuſa. †Aliud eſt indiciū non debile iudicio meo in ſignum innocentiæ rei, & in eius fauorem: quod indiciū nō memini me vidiſſe poſitū, nec tactum ab aliquo ſcribente: qd indicium eſt, quando aliquis eſt accuſatus, vel denuntiatus, vel inquiſitus:& eſt in libertate poſitus:tamen ſponte ſe ponit in carcerem.Nam iudicio meo tale eſt ſignum non leue, & indicium, ꝙ talis ſit innocens.Nam nemo eſt ita fatuus,& inſanus, qui ſi eſt nocens & verus reus delicti velit ſe priuare libertate,& conſtituere ſe in carcerē, putans celare veritatem, quæ finaliter mori non poteſt, niſi ſciat ſe innocentem, & loquor vbi tractatur de pœna vitæ. & ita tenet do. Bartho. Cepo. in conſi.ſuo xxxj. inci. ſuper homicidio.in iiij. colum. ver. decima & vltima. Et vere ego multos diebus meis præſentaui ad carceres ſua ſponte,& ſemper reperti ſunt innocentes, & fuerunt abſoluti,& liberati,& non credo ꝙ aliud cadere poſſit in capite ſani, & prudentis viri, quam ꝙ talis ſe ſponte cō ſtituens ad carceres ſit innocēs licet ſæpe diſſuaſerim hoc pluribus clientulis meis memor illius dicti Bald. dicentis, quod ſub iuſto clypeo ſæpe pereunt iuſti, & ſępe ſuccumbit fouens iuſtitiam. Et propter hanc ſpō taneam conſtitutionem in carcerem memini me alias legendo feciſſe quandam conſiderationem nunquam factam, nec relatam ab aliquo, quæ talis eſt. Tu ſcis ꝙ iura prohibent, & repellunt inimicum ab accuſando, cum magis præſumatur propter odium & inimicitiam accuſare inimicum, quam propter veritatem, & zelum iuſtitiæ:vt habetur in cap.cum oporteat. & in cap. repelluntur.de accuſa.& in c.cum P.& in cap. meminimus. eod. titu. & in cap. accuſatores. & in c. omnes.iij. quæſtio.v.& voluit gloſſ. in cap.j. de accuſatio. & Specu. in titu. de accuſatio. in §.j.in xv. colum.verſicu.item quod eſt inimicus &c. Et idem
205 dicimus,de infame†qui ſimiliter non admittitur ad accuſandum l.qui accuſare.ff.de accuſatio.l.criminis.C.qui accuſare non poſſunt.cap.prohibentur.ij.quæſtio.j.gl.in c.j.de accuſa.Et Specu.in titu.de accuſatore.in.§.j.in verſic. Item ꝙ eſt infamis. & Hoſtien.in ſumma de accuſa. & Azo in ſumma,C.qui accuſare non poſ.&

glo.in rub.C.qui accu. nō poſ.
Et ratio quare infamis non ad-
mittitur ad accuſandū eſt:quia
alias propter aliquod delictum
per eum commiſſum incurrit
infamiam. Ideo præſumeretur
etiam nunc fraudulenter accu-
ſare per regulam, ſemel ma-
206 lus &c. † Item ſimiliter pau-
per non admittitur ad accuſan
dum,l.nōnulli.ff. de accuſatio.
c.prohibentur.ij.q.j. & voluit
Specu. in d.titu. in.§.j. in xiij.
colum.in ver.itē excipitur cō-
tra accuſatorem ꝙ eſt pauper.
& voluit glo. in d.rub. C. qui
accuſa. non poſ. Et cauſa pro-
pter quam non admittitur pau-
per ad accuſandum eſt, ne pro-
pter paupertatem accepta pecu
nia indebita accuſet, ſecundū
Specu. in d.verſicu.item exci-
pitur contra accuſantem &c.
Et in prædictis caſibus nulla
alia ratio aſsignari poteſt,pro-
pter quam prædicti repellātur
ab accuſando, quam rationes
ſuperius allegatæ: ergo illæ
rationes debēt haberi pro ex-
preſsis. quia quando vna ra-
207 tio tantum poteſt † aſsignari
in lege, vel ſtatuto, illa habe-
tur pro expreſſa, ſecundū gloſ.
not.& ibi docto.in l. quamuis.
C. de fideicom.& voluit Cy.in
cap.ſi.de reg.iur.in vj. & Bal.
in l.fina.C.de liberis præte. &
Rapha. Cu. in conſi.cxlvj. in-
cip. Simon.in iiij.col. & Ful-
go. in conſi lxxviij.inci. præ-
ſuppoſito ſtatuto &c.in ſi.j.col.
Sed ſi dictæ cauſæ ceſſarent de-
beret ceſſare effectus: quia ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus.l.adi
gere. in.§.quamuis.ff. de iure-
patro.c.cum ceſſante. de appel
latio.Sed in dictis caſibus ceſ-
ſant dictę pręſumptiones:vt ſta
tim oſtendā.ergo debet ceſſare
effectus quod nō poſsint accuſa
re.Quod autem ceſſent prædi-
ctæ præſumptiones in dictis ca
ſibus oſtendo clare, & lucide.
Nam accuſans aliquem ad hoc
vt valeat, & procedat eius ac-
cuſatio,debet duo facere de iu-
re cōmuni.primo debet ſe ſub-
ſcribere,ſeu inſcribere ad pœ-
nam talionis. l. libellorum. ff.
de accuſatio.l.iij.C.qui accuſa
re non poſſunt. & l. non prius.
C.de calumnia. Quæ pœna ta-
lionis eſt vt ipſe accuſans dicat
ſe velle pati illam pœnam,quā
deberet pati accuſatus, ſi ipſe
non probabit ſuam accuſatio-
nem. ita dixit glo.in d.l.iij.C.
qui accuſare non poſ.& docto.
208 in dictis locis. † Item ꝙ du-
rius eſt , tenetur ipſe accuſans
intrare carcerem cum accuſato,
& ibi ſtare detētum donec pro-
bauerit:& lata fuerit ſentētia,
vel cauſa terminata,aliter non
procedit accuſatio. & hoc pro
cedit & habet locum tam de iu
re ciuili, ꝙ̄ de iure canonico.
De iure ciuili hoc dicit tex. in
l.fin.C.de accuſatio. & tex. in
l.ij.C.de exhiben.reis.& tex.
& gloſ.in l.ſi quis alicui.C.ad
leg. Iuliam maieſta. De iure
autem canonico hoc dicit tex.
in c.ſi quis.j.q.viij. & tex. in
c.fina.iij.q ix. & voluit Bald.
in l.ſed ſi is.ff.de in ius vocan.
Sed ſi inimicus infamis, vel
pauper accuſant aliquem, & ſe
inſcribant ad pœnam talionis:
& vltra inſcriptiones debeant
perſonaliter ſe cōſtituere in car
cere cū accuſato: vt ſupra pro-
baui. vere, & indubitāter ceſ-
ſat omnis ſuſpitio,& omnis prę
ſumptio,

ſumptio, quæ poſſet obijci, & opponi eis, ꝙ accuſarent indebite alicuius pretextu, cum nemo ſit ita demens, fatuus, vel beſtialis, & tantum crudelis ſibijpſi, ꝙ vellet indebite aliquē accuſare, quãdo exponit propriã vitam in carceribus in manibus iuſtitiæ, vbi non eſt ſpes fugæ, vel alterius auxilij; & hoc credo conſtare vnicuique ſani capitis. ergo prædicti paſsim ſunt admittendi ad accuſandũ. Nec obſtant præſumptiones, quæ ſunt contra eos, quas ſupra retuli: quia maior eſt præſumptio in contrarium poſtquam exponunt propriam vitam, ponendo ſe perſonaliter in carceribus. Et vna præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integrum reſtitutio. l. ſi qui adulteri. C. de adulte. l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. c. literas. de præſumptio. c. accedens. de crimi. fal. Item vnum indiciũ tollit aliud, & vna coniectura tollit aliam: & magis veriſimile tollit minus veriſimile; vt de iſtis omnibus dixi ſupra ĩ hoc §. nu. cxcij. cũ tribus numeris ibi ſequen. Et ſic ex iſtis dico, ꝙ iura ſuperius allegata dicentia, ꝙ inimicus infamis, & pauper non poſſunt accuſare, ſunt delenda: quia nõ poſſunt ſtare, nec locum habere ſtantibus dictis iuribus, quibus cauetur, ꝙ accuſans debeat intrare carcerem ſimul cum accuſato, præmiſſa inſcriptione ad pœnam talionis. Et iſta fuit conſideratio mea noua nunquam audita ab aliquo, quam ego alias feci dum legerem titulum. C. qui accuſa. non poſ. ſuper glo. rub. Et ideo argu. prædictorũ dico, ꝙ ille qui in libertate poſitus ponit ſe ſponte in carceribus in cauſa, in qua tractatur de periculo vitæ, quod ille habet pro ſe indicium innocentię niſi eſſet aliquis fatuus, vel furioſus, vel alius nõ cõpos mentis. Tene menti. Modo quia vĩdimus plura quæ proſunt damnum paſſo, vel offenſo mediantibus indicijs. Scias ꝙ etiam quandoque ſine indicijs ſuccurritur damnum paſſo: vt puta cõmiſſum eſt furtum in bonis Titij: & licet ipſe non habeat aliqua indicia contra aliquem de furto: attamen ſi habet aliquã ſuſpitionem ꝙ bona ſibi furto ſubtracta ſint in aliquo loco, vel in aliqua domo, poteſt im-
209 plorare † officium iudicis, &
petere quod ſibi fiat copia perquirendi in domo illius vbĩ ſuſpicatur quod ſint bona ſua, & iudex debet hoc facere. ita dixit Angel. de Are. in tract. ſuo maleficiorum: in verbo, veſtem cœleſtem abſtulit. in ix. char. in verſic. & bene nota &c. allegat l. j. §. hoc autem. & l. diuus. ff. de ſeruis fugi. & l. requirendi. C. eo. & dicit ꝙ ita tenent doct. in dictis locis. Et ſubdit quod hoc eſt verum, non tantum in territorio, in quo factum eſt furtum, ſed etiam ſi factum eſt furtum in vno loco, & portatum ſit in alio territorio, vel loco, & vnĩ ſit aſsignatum furtum. nã tunc hoc idem poterit impetrari ã iudice vt poſsim perquirere in illa domo, in qua ſuſpicor ꝙ apportatum ſit tale furtum. ad quod allegat. l. j. C. vbi quis de curia. & cohorta. lib. xj. Et dicit ꝙ hoc voluit Bal. in d. l. re-

quirendi. De quo etiam latius per d. Augu. de Ari. in ſuis ad. di. in d. ver. & bene nota. &c: & per Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum. in tit. de furibus & latro. in fi. & Ioan. de Ana. in c. qui cum fure. in ij. col. de furtis. de quo etiam dixi in l. j. in prin. in ix. col. in fin. ff. de quæſtio. Et per iſta finem impono pro nunc materiæ indiciorum, quæ iudicio meo ſatis diffuſe tacta fuit ex ſupradictis. Hyppolytus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex an poſſit incipere a metu torturæ.*

2 *Torquẽdi metus, torturæ æquiparatur.*

3 *Tormentorũ formidine aliquid faciens an ſibi præiudicet.*

4 *Confiteri ſponte an dicatur, qui torquetur.*

5 *Belli timor remiſſionem datiariis præbet.*

6 *Debitorem ſuum propria autoritate capere ex ſola fuga trepidatione an creditor poſſit.*

7 *Metum offendendi inferens pacem fœderis percuſſi violat.*

8 *Iudicandum idem an ſit de futuro inimico, quemadmodum de præſenti.*

9 *Venditio metu facta an poſſit reuocari per titulum. de alie. iud. mutan. cau. fac.*

10 *Confeſſio quando dicatur metu tormentorum facta.*

11 *Confeſſio incarcerati dicitur violenta & non ſpontanea. Carcer eſt ſpecies torturæ.*

12 *Mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu.*

14 *Tortura quibus modis probetur. 15. 16.*

17 *Potentia in habitu hoc poteſt quòd potentia in actu.*

18 *Tempus ad appellandum hoc operatur quòd ipſa appellatio.*

19 *Percutiens percutere volentem, qui non percuſſit, an dicatur defenſionis cauſa pcutere.*

20 *Mulier quæ a viro vapulauit, vt contractui conſentiret, & poſtmodum præſtitit conſenſum, metu plagarum dicitur conſenſiſſe.*

21 *Metus probatio ex indiciis & probationibus fit.*

22 *Edictum prętoris, quod metus cauſa, eſt vox Dei in ore prætoris inſufflata.*

23 *Metus cadens in conſtantem virum actum eneruat.*

24 *Notarius ſcribens reum coram tortura ſponte confeſſum, falſum cõmittit, et uenit puniẽdus.*

25 *Non ueriſimile, eſt quędam falſitatis imago.*

26 *Experimentum verorum ſermonum quale eſt.*

27 *Decuriones, & conſtituti in dignitate torqueri an poſſint. Et quid officio finito 28. Et quid de doctoribus. 29.*

Miles

30 *Miles pro debito non poteſt carcerari. Et an idem de aduocato & doctore.* 31.32.33.

34 *Onerum impoſitio an extendatur ad doctorem.*

35 *Doctor dicitur in dignitate cõſtitutus.*

36 *Milites torqueri an poſſint, & quid de doctoribus.* 37.

38 Torqueri *quæ perſonę non poſſint.* 39. 40. 41. 42. 43. 44.

45 *Priuilegiũ non torquendi ceſſat in crimine læſæ maieſtatis.*

46 Confeſſio *in tormentis perſonæ torqueri ꝓhibitę an ualeat.*

47 Torqueri *in quibus cauſis quis poſſit.*

48 Teſtes *an, & quando, & in quibus caſibus torqueri poſſint.*

49 Torturam *a quo debeat incipere iudex quando plures ſunt torquendi.* 50. 51. 52. 54.

50 Pater *magis veretur de filio, quàm de ſeipſo.*

52 *Nomen turpe indicium præbet iniquitatis.*

53 Phyſionomia *bona prodeſt reo mala nocet.*

55 Torturam *reus an poſſit ſponte ſubire iudice non decernente.*

56 *Committere alteri ut ipſum puniat an quis poſſit.*

57 *Iud-- terminos iuris excedens habendus vt priuatus.*

58 P*ęna delicto commenſurãda.*

59 Tortura *an ſit grauior pœna quam membri mutilatio.*

60 Cauſa *pecuniaria grauis & ardua æquiparatur criminali, & in illa deueniri poteſt ad torturam.*

61 *Cauſa ciuilis habens crimen annexum torturam recipere poteſt.*

62 *Mercatores bancha rumpentes & fugitiui an poſſint torqueri.*

63 Cauſa *ciuilis in quibus differat a criminali.* 68. 69. 73. 78. 79. 81. 82.

64 Induciæ *deliberatoriæ in cauſis criminalibus non dantur, nec reus cum iuramento reſpondet.* 65. 66 *Et in his cauſis iuriſdictio an prorogetur.* 67.

70 Appellare *a tortura & futuro grauamine reus an poſſit.*

71 *Executor merus habẽs cõſcientiã cõtra ſñiam quã uidet iniquã, an debeat illã exequi, maxime in cauſa criminali.* 72.

73 *Appellare continue an poſſit, qui continue grauatur.*

74 *Iuramentum in ſupplementum probationis in cauſis criminalibus ſtante ſemiplena ꝓbatione, an defferi poſſit.*

75 Statutum *quod de damno dato ſtetur accuſatoris iuramento an habeat locum in furto.*

76 *Princeps in cauſa criminali an poſſit de plenitudine poteſtatis tollere defenſionem rei.*

77 Probatio *ſemiplena vna cum*

fama non ſufficit in cauſis criminalibus.

79 *Mutilati, vel corpore vitiati an poſſint in cauſa criminali cõtra clericos teſtimonium ferre.*

80 *Clerici contra laicos nõ admittuntur in cauſis criminalibus.*

81 *Probatio plena in cauſis ciuilibus ex pluribus indiciis fit.*

82 *Teſtium numerus in cauſis ciuilibus ſupplet, quod deficit in fide, ſecus in criminalibus.*

83 *Reus pro crimine enormi an poſſit die in honorem dei feriato quæſtioni mandari.*

84 *Iudex aduerſus abſentem contumacem, contra quem habet indicia criminis commiſſi, qualiter ſe debeat gerere.*

85 *Tortura cum moderamine infligenda.*

86 *Iudex ſeuerus in criminalibus ab officio deponendus. Vbi multa de Iudicum credulitate.*

87 *Iudex aliquem indebite torquens an, & qua pœna puniendus. Et quid ſi iniuſte odio, vel fauore procedat.* 88. *Et quid ſi reus in tortura moriatur.* 89 90.

91 *Conuerſatio cum iniquis indicium præbet iniquitatis.*

92 *Bonus ex mala conuerſatione efficitur malus.*

93 *Taciturnitas indicium facere poteſt ad torturam.*

§. EXPEDITA materia indiciorum, ſucceſſiue videndũ eſt aliqd circa materiã torturę, ad quam deuenitur data copia indiciorum reo cum termino ad illa purganda, primo præcedẽte reſponſione negatiua facta inquiſitioni. Circa quam materiã vltra ea quæ dixi ſupra in §. nunc videndum. ſcias primo ꝙ ſicut iudex non põt incipere a tortura: vt dixi ſupra in §. cõſtante. in pluribus verſiculis, ita nec etiam poteſt incipere a
1 minis, ſeu a metu torturæ † ſeu a terrore aliquo: quia talis me
2 tus † & talis ſuſpitio torquendi æquiparatur torturæ: ſecundum Bal. in l. interpoſitas. circa fi. C. de tranſa. quem ibi ſequuntur doc. & voluit Do. Alexan. in l. j. in §. diuus. ff. de qõ. et iſto caſu ita dicet confeſsio facta per torturam, ac ſi fuiſſet totius. Et ideo dixit Bald. in l. nouiſsime. in prin. ff. quod fal. tut. auto. ꝙ paria ſunt confiteri in tormentis, Vel metu tormentorum: quod etiã dixit Barba. in c. ſi conſtiterit. in pe. col. de accuſa. & d. Catal. in tract. ſynd. ĩ verſi. clxv. & Ang. Are. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica. in verſi. poſt quam aliquis &c. pro quibus faciunt dicta per Inn. in c. relatum. quod metus cauſa. & in c. cauſam matrimonij de officio deleg. & Ange. in l. qui in aliena. in §. Celſus. ff. de acq. hære. vbi oẽs concludunt, paria eſſe confiteri per tormenta, vel metu tormentorũ. Et dixit Bal. in l. ij. in fi. C. quorũ appel. nõ recip.

3 cip. ꝙ ille qui † formidine tormentorum aliquid facit, non ſibi præiudicat. pro quibus faciunt dicta per Corſ. in not. ſuis in verbo, metus. & per Barba. in cōſ. ſuo lxx. incip. vbi Chriſtus &c. in iij. col. in iiij. volu. vbi dixit, quod probato metu,
4 vel tortura, † impoſsibile eſt, ꝙ quis ſponte fuerit confeſſus, allegat Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. & alia plura dicit in materia iſta Barba. in dicto conſilio. Et facit tex. in l. ſi quis. in verbo, iacentem. ff. de incen. rui. naufrag. vbi dicitur factum in naufragio, vel pati in naufragio. quod quis fecit, vel paſſus eſt timore naufragij imminentis. & dicit ibi Barto. ꝙ ex naufragio dicitur fieri, quod ſit trepidatione naufragij. & facit l. iij. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. vbi ſufficit terror armorum. Et dixit Ludo. Roma. in l. lege. Cornelia. in ij. col. ff. ad Syllania. ꝙ paria ſunt producere libellum minatorium accuſationis, vel libellum accuſationis, ad quod allegat tex. quē dicit non eſſe alibi in l. miles. in §. ſocer. ff. de adul. Et dixit Ang. in l. j. C. vnde vi. ꝙ timor geminationis percuſsionis operatur, vt percuſſus poſsit percutere ſuum percuſſorem licite. quod etiam voluit Bal. in cōſi. ſuo cclxxxix. incip. de iſta q̄ſtione. in j. vol. Et faciunt optime dicta per Pet. de Ancha. in conſi. ſuo lxxxvij. incip. præmiſſa facti ſerie &c. vbi con-
5 ſuluit † ꝙ datiarij alicuius datij ita debent habere remiſsionem propter timorem belli, ſicut propter ipſum bellum, & allegat illud Senecæ, Peior eſt bello timor ipſe belli. Et faciūt dicta per eundem in conſil. ſuo clviij. incip. rationes ſuperius. et facit gl. in l. ob negotium. C. de neg. geſt. quę vult, ꝙ idē operetur exiſtētia curatoris, quod ſuſpitio exiſtentiæ. Et dixit gl. in l. pen. C. de pignora. actio. ꝙ idem operatur præparatio ad fugam, quod operatur actus ipſius fugæ. Et ideo dixit Alex. in conſi. ſuo cclxxxviij. incip. & ſi celeberrime. in vlti. col. ꝙ ſufficit eſſe trepidatio fugæ
6 ad hoc, vt poſsit † quis ſibi ꝓpria autoritate ius dicere, & capere debitorem ſuum. Et idem dixit Bal. in conſi. ſuo cv. inci. ad euidentiam. ante fi. in j. vol. vbi dicit, ꝙ licite poteſt capi ille, qui ſe præparat ad fugam. De quo dixi aliqua in ſingul. meo xliiij. incip. debitor fugitiuus &c. ad quæ etiam vide quę dixi ſupra in §. diligenter. nu. xlj. & xlij. Et faciunt dicta per Alex. in conſi. ſuo xlij. incip. ſuper præmiſſo themate. in penchar. in vlti. col. in j. volu. vbi dixit, ꝙ idem operatur timor litis, quod operatur ipſa lis quo ad trāſactionem faciendam. alle. tex. in d. l. j. C. de tranſactio. & l. cauſas. eo. titu. & not. in l. iij. ff. de tranſactio. Et dixit Ange. notabile verbum. in l. ſi cum exceptione. in §. ſatis. ff. ꝙ
7 metus cauſa. † ꝙ promittens non offendere, dicitur rumpere pacem, ſi infert metum offendēdi. Et dicit Spec. in titu. de delegato. in §. ſequitur. in ij. colum. verſic. porro, quod ſi aliquis non turbat iuriſdictionem delegati, ſed eſt præſumptio, vel dubitatio de turbatione, quod poteſt

teſt delegatus ipſum cogere vt caueat de non turbando. quod etiam voluit do. Anto. & Io. de Imo. in ca. j. de officio dele. quos refert do. Feli. in rubr. de treuga & pace. in fi. Et dixit Bald. in ca. j. in vlt. col. quibus
8 cauſis feu. amitt. ꝙ idem † iudicamus de inimico, ꝙ de eo, de quo dubitatur ex veriſimili ratione ꝙ debeat effici inimicus, ad quod vide, quæ dixi in ſingu. meo clxxviij. incip. inimicus &c. Et ad prædicta facit dictum Odo. quem refert & ſequitur Bal. in l. quoties. C. de rei vendica. vbi dixit, ꝙ ſi ti-
9 meo mihi † moueri quæſtionẽ ſuper domo, vel fundo, & ideo eam alieno: poſtea mihi mouetur quæſtio, dicit ꝙ talis venditio reuocabitur per titulum de alie. iudi. mutan. cau. fact. quod etiam fuit de mente Barto. in l. qui petitorio. C. de rei vendi. & Bart. in l. ij. in §. fi. C. de alie. iudi. mutan. cauſa facta. & Ange. in l. ſi autem. §. j. C. de rei vẽdica. Et facit ad prædicta tex. in l. habitatores. §. fi. ff. loca. & ibi doctores. vbi dicitur, quod iuſtus timor facit, vt fiat remiſſio mercedis, licet non ſit ſequutum periculum, de quibus omnibus latius dixi in repeti. mea l. fina. C. de probatio in lxvij. charta, & in l. j. in prin. in x. & xj. col. ff. de quæſtio. vbi ſupradicta limitaui, videlicet, ꝙ tantum operatur timor torturæ, quantum ipſa tortura, hoc habere locum in hominibus timentibus torturam, et qui in ea cruciantur, vt multos vidi in diuerſis officiis, quæ habui. Sed ſecus eſſet in illis, qui non timent torturam, nec alia tormenta, vt ſimiliter pluries vidi, quos ego habui in fortijs meis, qui alias fuerunt capti, & torti, & adeo ſunt aſſuefacti torturæ, quod eam nihil timent, & cum non timeant realem illationem tormentorum, multo minus timebunt minas eorum. argu. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. Sed merito quæri poteſt nunc, quando con
10 feſsio † dicatur facta metu tormentorum? in quo dicas ꝙ nedum dicitur facta metu tormentorum quãdo realiter ſunt illata, & adhibita tormenta, ſed etiam dicitur facta metu tormentorum, ſi non ſint adhibita tormenta, quando reus fuit ligatus ad torquẽdum, & ductus coram tortura, vel etiam ſi minæ ad torquendo præceſſerunt. ita dicit Ang. de Are. in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica. in verſi. poſtquam aliquis. & ita dicit voluiſſe Iaco. Butri. Cy. & Saly. in l. ij. C. de cuſto. reorum. & Bart. in l. j. §. diuus. ff. de quæſtio. Et idem dicit, ſi reus ſit ſpoliatus ante torturam, & nõ ligatus, nec aliquo modo minatus. ad quod alleg. Bart. in l. nouiſsime per illum text. ff. ꝙ falſo tuto. auto. vbi dicit ſe hoc habuiſſe de facto Florentiæ. Et idẽ tenet Gandi. in tractatu ſuo maleficiorũ. ſub rubr. de quæſtio. & tormẽ. in verſic. dictum eſt ſupra. Et ſcias ꝙ ſi carceratus aliquid cõfiteatur etiam ſine alia tortura: talis confeſsio non dicitur ſpõ
11 tanea, † ſed violenta: quoniam carcer dicitur ſpecies torturæ ſecundum Bart. in l. clericus. alias ſi clericus. in ij. col. C. de epiſco. audi. & in l. j. C. qui

qui ad libert. perue. non poſſ. in fin. vbi dixit ꝙ mortuus in
12 carcere, † dicitur mortuus in cruciatu. pro quo eſt text. in C. nulli dubium. iij. quæſtio. j. in fin. & in materia vide omnino Alexan. in conſi. ſuo cclxxv. incip. viſo themate. in vlti. colum. vbi hoc tenet. & allegat Pet. de Ancha. idem dicentem in conſilio ſuo xxiij. incipiente, viſa inquiſitione formata in Philippum. de quo ibi latius per eum. pro quo faciunt dicta per me in conſilio xviij. incipiente, requiſitus a ſer Franciſco de Ghiſileriis &c. in j. charta, in verſicu. & licet ipſe Petrus &c. & per Gemi. in conſilio ſuo xv. incipiente, reuerend. pater. in iiij. colum. verſic. ſuper ſecūdo. & dicta per Car di. Alexan. in cap. ſuper eo. el ij. in ij. colū. poſt medium. poſt do. Philip. de perū. ibi in j. col. de appellatio. & per Bald. in cap. at ſi clerici. in prin. iij. colum. ver. & licet confeſſus. extra de iudi. vbi videtur innuere contrarium. & vide quæ dixi in l. j. in prin. in x. col. ff. de quæſtio. Item ſcias ꝙ ſufficit
13 probare quem fuiſſe † detentum, vt eius confeſsio dicatur facta metu tormentorum: ita dixit Bal. in l. falſus. in l. ff. C. de fur. quem refert & ſequitur d. Fran. Bru. in ſuo tract. de indi. & tor. in xj. char. in iij. col. ver. quibus adde &c. Et ita dixit do. Catal. in ſuo tract. ſynd. in verſic. clxiij. incip. adde an tortura &c. vbi ad hoc alleg. Bal. in d. l. falſus. & Cy. in l. ij. C. quod metus cauſa. quod etiā videtur velle Bald. in l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. & cle. & voluit etiam Barba. in ca. ſi conſtiterit. in pen. col. extra de accuſ. de quo etiam dixi in repetit. mea l. ſi. in lxv. char. poſt med. C. de probatio. & in l. j. in §. diuus Seuerus. in j. col. ff. de quæſtio. & infra, in §. attingam. num. 27. 28. & 29. Quæ-
14 to vlterius † quomodo probetur tortura? in quo dicas ꝙ probatur pluribus modis. Et primo probatur à communiter accidentibus: adeo ꝙ ſi reus dicat ſe confeſſum fuiſſe per torturam, & poteſtas, ſeu iudex dicat ꝙ imo ſponte confeſſus eſt, ꝙ creditur ipſi reo: quia poteſtates terrarum, ſeu iudices ponunt homines ad torturam nocturno tempore, nemine ibi pro reo exiſtente. Ita dixit Pet. de Ancha. in d. conſi. ſuo xxiij. incipien. viſa inquiſitione formata contra Philippum &c. in ij. colum. verſi. præterea aduertēdum &c. vbi etiam refert Bal. conſuluiſſe pro hac parte. quod conſilium refert, & ſequitur Alex. in conſi. ſuo cclxxv. ſecundum ordinem meum incip. viſo themate. circa finē, quod conſilium Bald. in ordine eſt ccccclxix. in vj. volumi. & incip. præmittendum eſt ꝙ interdum tortura &c. & idem conſuluit ipſe Bald. & melius & clarius in conſil. ſuo clxxj. in eodem volumi. & incipit, tres ſunt caſus &c. pro quo dicto faciunt dicta per Bald. in l. prima. C. ne ex delict. defunctorum. in v. colum. vbi dicit, ꝙ aſſeſſores videntur homicidæ: quia in camera torquent, & poſtea ad banchum faciunt ſcribi, ꝙ reus ſponte confeſſus eſt. Et ideo dixit mul-

tum

tum no. Bald.in l.ij.C.de cuſt.
reo. in ver. & ideo aſſeſſores,
ꝙ quando ſcriptura dicit, ꝙ
reus eſt ſponte confeſſus, ꝙ ta-
lis ſcriptura vt plurimum eſt
falſa.& illud dictum Pe.de An
cha.in d.conſi.xxiij.refert, &
ſequitur d.Paris de Put. in tra-
ctatu ſuo ſyndi. in xcvj. char.
in iij.col.in verſi. quidam fuit
tortus. Et hoc etiam firmauit
d.Alex.in conſi.ſuo clxxxix.
inci. in cauſa & lite.in iij.col.
In vj.volu. Pro quibus faciunt
dicta per Bal.in l.obſeruare.in
§.proficiſci.in xiij.q.ff.de offi
cio proconſ.Et faciunt quæ di-
15 xi in ſingu.meo primo. † Item
probatur etiam tortura proba-
ta detentione rei, vt dixi:quod
voluit etiam Alexã.in l.j.§.di-
16 uus Seuerus.ff.de quęſt.† Item
etiam probatur tortura per in-
dicia & coniecturas,ſecundum
Bal. in l. ſi quis in hoc genus.
C.de epiſc.& cleri.pro quo fa-
cit. Nam cum iſtud ſit diffici-
lis probationis,cum tortura de
tur in ſecreto,vbi non adeſt co
pia teſtium, merito poterit pro
bari per indicia,& cõiecturas:
quia in his, quæ ſunt difficiliis
probationis, admittitur proba-
tio per coniecturas vt dixi in
d ſingu. meo prima,& dixi ſu-
pra in princ. huius operis. in
num: xiij. & xiiij. Item pro-
batur etiam tortura.ſi reus fuit
auditus vociferare in occulto,
ſecundum Alex.in d.l.j.in d.§.
diuus Seuerus. ff.de quæſt. De
qua materia vide etiam Pau.
de Leaza.in ca. grauis.de de-
poſi.Cano.in c.cum in contem
platione.de reg.iur.Et dixit ẽt
do.Alex.in d.§.diuus Seuerus.
ꝙ tortura etiam probatur per
famam ad quod alleg. quæ ha-
bentur in l. de minore.in.§.plu
rium.& in.§.tormenta.ff.de q.
Et in hac materia vide etiam
Ang.in l.j.in.§.quæ onerandę.
ff.quarum rerum act. nõ datur.
Et ſcias ꝙ nedum confeſsio fa
cta per torturam non præcedẽ-
tibus indiciis eſt nulla: vt eſt
gl. iuncta text.in l.pen.ff.de q.
& ſimiliter ſi ſit facta per me-
tum torturæ vt dixi ſupra, ſed
etiam ſi ſit poſtea ratificata ſta
tim,vel ex interuallo durante
captura rei in fortiis ipſius iu-
dicis. ita dixit domi. Catal.in
tractatu ſuo ſyndi.in ver.clxv.
incip. adde ꝙ diximus in ſupe
rioribus. & alleg. Bart. in d.l.
pen. Et hoc quod dicit de per-
ſeuerantia, intelligit ipſe eſſe
verum, ſi perſeuerat in tali cõ-
feſsione antequam ſit repoſitus
in priſtina libertate: quia tunc
eſt præſumptio, ꝙ ſicut illicite
torſit: ita illicite fecit eũ perſe
uerare, ſeu ratificare metu tor-
mentorum futurorum. argu.l.ſi
cui.§.iiſdem. ff. de accu. Secus
autem dicit eſſe, ſi reus fuiſſet
poſitus in priſtina libertate,&
poſtea rediret ad iudicem, &
coram eo fareretur delictum;
nam tali caſu confeſsio ſua pro
baret,& eſſet puniendus:vt ha
betur in l.j. C. de confeſsis. &
facit l.pen. ff.de condi. ob cau-
ſam. Et ſubdit ꝙ hoc ſuadet ra
tio manifeſta: videlicet, quia
intelligitur metus durare vbi-
cunque durat eadem poteſtas
torquendi. ad quod allegat In-
no.in c.ſi.ꝙ metus cauſa. & in
ca.cauſam matrimonij. de offi-
cio deleg. Et ideo ſecundum
eum dicit Ange.in l.qui in alie
na,in §. Celſus.ff.de acquiren.

hæredita,

hæredita. ꝙ cautus debet eſſe
aduocatus inquiſiti, qui confeſ-
ſus fuit ad banchum iuris ſe
maleficium commiſiſſe, vt fa-
ciat probari, ꝙ reus primo fuit
tortus indebite nullis præcedē
tibus indiciis ſufficientibus ad
torturam: quia quouſque deten
tus fuit, idem metus torturæ du
rare præſumitur: ideo talis per
ſeuerantia, ſeu ratificatio non
nocet reo. ita reſidet d. Catal.
in loco ſuperius allegato. Et
idem dixit Ang. de Are. in tra
ctatu maleficio. in verbo, fama
publi. in iiij. char. in ver. & ad
uertas. vbi dicit idem voluiſ-
ſet Pet. de Ancha. in clem. j. de
homicid. per tex. in ca. j. de ac-
cuſatio. in vj. ſed latius ſuper
hoc loquitur Augu. de Ari. in
ſuis addit. ibi. qui refert ſe
alias ex hoc euaſiſſe a pœna
mortis quendam, qui vocaba-
tur, vt ipſe, ſcilicet, Auguſtinus
de arimino. & ibi refert Bald.
& Saly. tenere contrarium, &
male, vt refert plures antiquos
& Modernos tenere] hanc par-
tem contra Bald. & Saly. Ego
autem vltra domi. Augu. vbi
ſupra. dico quod idem tenuit d.
Paris de Puteo in tractatu ſuo
ſyndi. in ciiij. charta in iij. col.
in ver. datur regula &c. vbi
idem dicit, quod dixit do. Ca-
tal. in loco ſuperius alleg. de
quo etiam per do. Alexan. in
conſi. ſuo v. incip. in cauſa in-
quiſitionis &c. in prin. in j. vo-
lu. & in conſi. clxxix. incip. in
cauſa Angelorum. in pen. col.
& in conſi. ſuo ccxxiiij. incip.
viſo proceſſu inquiſitionis for-
matæ. in ij. colum. & in conſil.
cclxxv. incip. viſo themate. in
ij. col. & Gandi. in tracta. ſuo
maleſic. ſub rub. de quæſtio. in
v. col. in verſi. pone quidā &c.
Et inquantum Ang. in d. l. qui
in aliena. in d. §. Celſus. ff. de ac
quiren. hære. & do. Catal. & ſe-
quaces dicunt, ꝙ ſi reus perſe-
uerat in cōfeſsione facta in tor
tura non præcedentibus legiti-
mis indiciis antequam ſit poſi-
tus in priſtina libertate; ꝙ ta-
lis confeſsio, & perſeuerantia
ei non nocet: quia præſumptio
eſt, ꝙ ſicut eum torſit indebite,
ita illicite fecerit eum perſeue
rare metu torturæ: qa quouſq;
detentus fuit, idem metus tor-
mentorum durare præſumitur.
Adde d. Paridem de Puteo in
tract. ſuo ſynd. in lxix. char in
iij. col. in verſicu. quidam fuit
tortus &c. in fi. vbi dicit, ꝙ idē
17 operatur ipſa potentia † in ha
bitu, ꝙ operatur ipſa potentia
in actu. quod dicit probari in
l. Labeo. ff. de ſtatu. libe. & in
c. non ſolū. de appellatio. in vj.
Ex quo dicit, ꝙ confeſsio rei
conſtituti in fortiis iudicis, di-
citur facta metu tormentorum,
cum iudex ſemper habeat po-
teſtatem, & potentiam in habi
tu torquendi ipſum reum. Sed
tu vltra dom. Pari. adde ꝙ pro
hoc optime facit gloſ. & quod
ibi voluit Barto. & alii in l. ex
iudiciorum. ff. de accuſa. quæ di
18 xit, † ꝙ idem operatur tempus
datum ad appellandum, ꝙ ope
ratur ipſa appellatio. quam gl.
ſequitur Bald. & Imo. in l. qui
a latronibus. in. § j. ff. de teſta.
& Bald. in l. furti. in ij. colum.
ff. de his qui no. infa. & Bald.
in l. ſi is. in. §. j. in iij. colum C.
ſi penden. appella. & Bald. in
cap. conſideramus. de electio.
& Bald. in c. quoniam contra.

in

in xxiiij. col. de probatio. &
Ioan.de Imo. in l.defuncto. ff.
de pub.iudi.& Ange.in l.fi.C.
ſi reus,vel accuſa. mor.fue. de
quo etiam per docto. in c. con-
certationi. de appellatio. lib.
vj.& voluit Bal.in l.addictos.
poſt prin.C. de epiſco.aud.vbi
ad hoc etiam alleg. gloſſ. ſimi-
lem in l.j.ff.nil noua. appellat.
& idem firmauit ipſe Bal. in l.
poſt rem.in ij col.ff.de tranſac.
& Barba.in conſi.ſuo vij.inci.
viſis dubijs eleganter &c. cir-
ca pen.col.in iij.vol. & Oldr.
in conſi.ſuo xviij. incip. circa
primum.circa me. vbi pro hoc
allegat bonum tex. in l.appel-
latione. C. de appella. & in l.
vnica.ff.nil no. appel. pen. &
tex.in d.c.non ſolum.de appe.
in vj. vbi text. & glo.de hoc.
Et hanc partem etiam tenuit
Alex. in l. iij.in §.ſi ſeruus. in
vlti.col.ff. de acqui.poſ.de quo
etiam per Corſe.in no. ſuo ij.
in verbo,appellatio. & in ver-
bo, terminus in j. not. Et pro
iſtis facit optime no. verbum
Bar. in l. ſi ex plagijs. in §.ta-
bernarius. ff. ad legem Aquil.
quem refert & ſequitur Ange.
de Are.in §.iniuria.in j.colum.
in fi.inſtituti.ad leg.Aquil.vbi
dixerunt, ꝙ ſi percutio te ante
19 quam † tu percutias me,dum
tu es in actu percutiendi me, ꝙ
dicor tunc feciſſe ad meam de-
fenſionem. quod etiam vo.
Ange. in l. quemadmodum. ff.
de inoffic. teſta.quem refert &
ſequitur d. An.Cor.in no.ſuis.
no.j. in verbo, metus. Pro qua
doctrina eſt text. apertus in l.
iij.C. ad legem Cor.de ſica. &
hoc etiam firmauit Ange.in l.
j.circa,fin,C.vnde vi. vbi not,
loquitur. Et idem dixit Ange.
Are. in tracta.malefic. in ver-
bo , & dictus Titius ſe defen-
dendo. in j.charta in vlti. ver.
circa medium. vbi ſimiliter al-
leg. Barto.in d.§.tabernarius.
& Bald. in l.j.C.vnde vi. Et
idem in effectu dixit do. Alex.
in conſil.ſuo cccxxiij.incip.in
caſu prædicto.in iij.col.in ver-
ſicul. circa ſecundum . vbi ad
hoc alleg.bonum text.in l.no-
uiſsime. in verſicu.quid ſi com
pulſus.ff.quod falſo tuto. auto.
per quem text. dicit Dyn. ibi,
quod idem operatur probabilis
ſuſpitio tormentorum, quod ip-
ſorum illatio.pro quibus etiam
faciunt dicta per Bald.in con-
ſil. ſuo ccccIxxxviij.incipien.
Ioannes. in princ.v.col.in iij.
volu.Et faciunt dicta per Pet.
de Ancha. in conſi.ſuo clxviij.
inci.rationes quæ ſuperius &c.
vbi dicit, ꝙ poſtquam quis ſcit
ſe poſſe compelli per iudicem
ad gerendum actum,non minus
dicitur coacte facere, licet ſpõ
te dicat facere. & dicit de hoc
eſſe caſum in d.l. nouiſsime.§.
ꝙ ſi compulſus. in verbo,ſi cõ-
pulſus aut metu ne compelle-
retur &c. quod ibi not. Bald.
Et ſubdit etiam Pet. de Anch.
in d. conſil. quod inſpicitur no
cendi potentia, ſicut nocendi
actus . & allegat l. Labeo. ff.
de ſtatuliber. & c. piſanis. de
reſtitutio . ſpoliator. & idem
firmauit Petr. de Anchara. in
conſil. ſuo lvij. incip. præmiſ-
ſa facti ſerie.& in conſi.clviij.
pro quibus faciunt optime quæ
ego dixi in repetitio. mea l. fi.
C.de probat. in lxvj. & lxvij.
char. & in l. penulti. in iij. &
iiij.col, ff. de quæſtio. & dicta
per

per Angeſ.in l.j. in.§. quæ ho-
norandæ.ff.!quarum rerũ actio
non datur. Et faciunt not. ver-
ba Bartol.in l.penulti.in vlii.
col.ff.de condictio.ob turp.cau
30 ſam. † vbi dicit, ꝙ ſi maritus
bene verberauit vxorem, quia
nolebat conſentire contractui
fiendo, ſi poſtea ex interuallo
talis mulier conſentiat, præſu-
mitur per metum conſenſiſſe:
quia donec durat in matrimo-
nio illius viri, ſemper metus il
le durabit. & hanc doctrinam
refert, et ſequitur Iaſ.in.§.qua-
drupli.in x.col. inſti. de actio.
vbi alleg.Ang. idem dicentem
in l.ad inuidiam.C.ꝙ met.cau
ſa. Et pro hoc dicto faciunt di-
cta per domi. Alexan.in conſi.
cccxcj.incip. in cauſa prædi-
cta. in iiij. colum. vbi ad hoc
alleg. glo.fi.in c.j.ꝙ met. cau-
ſa, quæ dicit, ꝙ viuente viro
ſemper metus præſumitur du-
rare in vxore. Et adducit etiã
Bartol.in l.j.C. ꝙ metus cau-
ſa.qui dicit, ꝙ ſi aliquis facit
aliquid metu tyranni, præſumi
tur durare metus, donec viuit
tyrannus. Et adducit etiã Inno.
in c.ſuper hoc.de renũcia. vbi
dicit, ꝙ vbi apparẽt ſigna ex-
trinſeca violentiæ, non poteſt
apparere de animo, tũc ex ex-
trinſecis fit probatio q. d. ꝙ ſi
apparent acta extrinſeca vio-
lentiæ, licet timens violentiam
inferri faciat animo læto & iu-
cundo, præſumitur tamen per
metum facere, nec audietur vo-
lens probare, ꝙ ſponte fecit, &
dicit ꝙ tunc non admittitur di
recta probatio ſed indirecta. &
ibi do. Alexand. ponit exem-
pla. & dicit quod illud dictum
Innocen. ſequitur Ioan. And.
domi. Anto. & Ioan.de Imo.in
dicto cap. ſuper hoc. in xviij.
& xix.col. vbi referunt Boa-
tinum dicentem, quod ſi filius
in ſtudio exiſtentes renuntiauit
beneficio ſuo, ſi probat metum
fuiſſe illatum a parentibus in
patria, propter quem renuntia-
uit, non audietur aduerſarius,
ſi dicit ſe velle probare per te
ſtes, ꝙ libere, & ſponte renun-
tiauit: nam teſtes non potue-
runt videre metum, quem in-
trinſece patiebatur. Et idem
dicit Abb.ibi referens Io. An.
& docto.præalleg. qui dicunt,
quod quædam puella rapta &
deſponſata fuit, & poſtea aufu-
git, & raptor volebat proba-
re, quod tempore contracti ma
trimonij puella ridebat, ideo
ſponte contraxerat. dicit ꝙ nõ
admittetur talis probatio: quia
quęcunque ſigna ſint exteriora
demõſtratiua letitiæ, nullius tñ
ſunt momenti, ex quo apparent
ſigna intrinſeca metus: nam ani
mum intrinſecum hominis nul
lus mortalis cognoſcere po-
teſt: & multi fingunt ridere, qui
timent. ita dicit d. Alex.in d.
conſi.cccxcj.inci.in cauſa præ
dicta. & in conſil. cccxxiij.in-
cip.in caſu ſupradicto.in iij. &
iiij. col. de quibus dixi in ſin-
gu. meo cccxxv. incipi. dixi
tibi alias &c. & vide d. Nellã
in tractatu bannitorum. in iiij.
parte primi tempo. in iiij. q. &
faciunt optime dicta per d.Phi
lip. Decium in cõſi.ſuo ccxix.
inci. viſo puncto. in iij.colum.
vbi plura ſuperius adducta re-
fert & approbat. & pro prædi-
ctis etiam faciũt dicta p Bal. in
conſi.ccxxiij.incip. punctus in
fraſcripti conſilij &c. in j.vol.
& Pau,

& Pau. de Caſt. in l. non fatetur. in. §. ſed an & ipſos. in fin. ff. de confeſ. & Soci. in conſil. ſuo xxvij. incip. viſis. in pen. col. in iiij. volu. Et circa illud ꝙ ſupra dixi de confeſsione facta metu tormentorum, ſcias ꝙ
21 metus † probatur ex indicijs, & præſumptionibus ſecundum Pet. de Ancha. conſi. ccxcix. incip. viſa ſupraſcripta facti narratione. & Bald. in conſil. xxvj. incip. punctus. in iij. vol. & in l. ſi quis in hoc genus. ver ſi. adde tamen vnum. C. de epiſco. & cle. de quo latius per d. Philip. Decium in cōſi. ccxix. incipien. viſo puncto. in j. col. & per Soci. in conſi. iiij. incip. ſuper. in vj. col. ad fin. in iij. volu. Et circa ipſum metum ſcias ꝙ edictum prætoris dicentis, {QVOD metus cauſa geſtum
22 eſt, ratum non habebo.} † eſt vox Dei, quam poſuit in ore prætoris. ita dixit Raynu. de pœna forti. quem refert & ſequitur Bal. in rubri. de contro. inueſtit. in fi. Item etiam ſcias ꝙ non omnis metus inualidat actum, ſeu confeſsionem, ſed
23 ſolum hæc operatur † metus cadens in conſtantem virum: vt habetur in l. iij. in §. metum. ff quod metus cauſa. & in l. interpoſitas. C. de tranſact. Et idē dicimus in muliere: nam requiritur talis metus, qui cadat in conſtantem mulierem, ſecundū gl. in c. quod locum. de ſponſa. quam ad hoc allegat do. An. in c. conſultationi. quod met. cauſa. Item circa ea quæ dixi ſupra in hoc §. nu. 4. ꝙ data tortura, impoſsibile eſt probare confeſsionem ſpontaneam ſecū dum Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cleri. ſcias ꝙ ex hoc dixit no. Bald. in c. j. in §. iniuria. in viij. col. verſicu. quæro vtrum de pace iura. fir.
24 † ꝙ ſi quis ductus ſub tortura, vel alijs tormentis, vel coram eis confiteatur aliquod delictū, ꝙ tali caſu ſi notarius ſcribit, ꝙ ille fuit ſponte confeſſus, cōmittit falſum, & poteſt puniri de falſo: quod dictum refert & ſequitur Barb. in c. ſi conſtiterit. in pe. col. de accuſ. & do. Catal. in tractatu ſuo ſyndi. in verſicu. clxv. incip. Adde quod diximus &c. & Bal. et Ludo. Roma. in l. qui in aliena. in. §. Celſus. ff. de acqui. hære. de quo ēt ibi per Ange. & per Barba. in quodam conſi. ſuo incip. clemētiſsimi Dei patris. pro quo faciunt dicta per Bal. in l. j. in vj. col. in ver. modo iuxta prædicta. C. de confeſsis. Et facit etiā ratio naturalis quę eſt, ꝙ nemo præſumitur ita demens, & fatuus ꝙ confiteatur crimen, ſeu delictum ſponte, propter quod imponitur pœna mortis, vel mutilatio mēbri: ideo præſumptio & coniectura eſt pro ipſo reo in tali caſu: Quinimo dicere contrarium ꝙ reus ſit ſponte confeſſus delictum, eſt quædam falſitatis imago, cum ſit re
25 motum a veriſimili: † vt dixit Bal. in l. j. in iij. col. de ſeruis fugitiuis. pro quo facit tex. in l. milites. in. §. oportet. C. de quęſtio. Experimentum enim
26 † verorum ſermonum eſt: vt concordet cum rebus ſenſatis, & verificentur ſermones noſtri in communem opinionem hominum fruentium intellectu: vt l. ſi ita quis. in verſicu. ꝙ nemo ſanus diceret. ff. de cui

ctio.

ſtio. Vlterius circa hanc ma
teriam torturæ ſcias, ꝙ aliquę
ſunt perſonæ priuilegiatæ, quę
de iure non poſſunt torqueri,
etiam in cauſis criminalibus,
etiam ſi contra eas ſint indicia
ſufficientia ad torturam. Et pri
27 mo Decuriones † non poſſunt
torqueri, & alij in dignitate po
ſiti. l. omnes. C. de decurio. lib.
x. & iudex contrafacientes pu
nitur: vt ibi: & dicit ibi text.
ꝙ conſuetudo contraria nō eſt
ſeruanda: & idem habetur in l.
ij. in. §. in filijs. C. de decurio. et
in l. diuo Marco. C. de quęſtio.
quod intelligas etiam finito of
ficio, vt habetur in l. nihil. C.
de quæſtio. & in l. ſi quis decu
rio. C. de fal. & voluit gloſſ. in
d. l. omnes, de quo latius dixi
ib l. ædictum. in iiij. colū. ff. de
quęſtio. & in ſing. meo clxxix.
incip. viget communiter. & la
te etiam ponit d. Fran. Brun. in
ſuo tractatu de indi. & tortu. in
viij. char. in ij. col. Et ſi officia
lis vellet aliter facere, poſſet
ei reſiſti de facto, vt habetur
28 † in d. l. omnes. & in authen.
quomodo oportet epiſco. in. §.
fi. pro quo faciunt quæ late di
xi in l. j. ī ij. char. C. de exe. rei
29 iudic. Item doctores† nō poſ
ſunt torqueri de iure, ſecundū
Cyn. in l. milites. C. de quęſtio.
vbi loquitur de Aduocatis. &
voluit Bart. in l. j. C. de Aduo
ca. diuerſo. iudi. de quo etiam
per Cyn. in l. iiij. C. ad legem
Iul. maieſtatis. & per do. Alex.
in d. l. milites. vbi idem firmat
Ludo. Roma. in ſingu. ſuis in
xiij. char. in iij. col. in ſing. in
cip. milites doctores ſub nu
me. 48. &c. vbi alleg. d. l. oēs
pro ſingu. & alleg. etiam d. l.
diuo Marco. & hoc etiam vo
luit Ang. de Aret. in tracta. ſuo
malefi. in verbo, fama publica
in xvj. char. in ver. ſexto quę
ro. & Ioan. And. in d. c. cum in
contemplatione. de regu. iuris.
Pro quibus facit qđ dixit Bal.
in l. j. C. qui bo. ced. poſ. vbi di
30 xit, † ꝙ milites nō poſſunt car
cerari pro debito, per l. miles.
ff. de re iudi. & idem dicendum
31 eſt in Aduocato† & Doctore,
per glo. in l. medicos. C. de pro
32 feſ. & medi. lib. x. q̄ dixit, †ꝙ
non tenentur vltra quam face
re poſsint. Et facit etiam, nam
lex concedens capturam per
ſonæ, npn extenditur ad docto
33 rem, †vt habetur in l. medicos
prææallegata. & voluit Bald. in
l. j. C. qui bo. ce. poſ. & facit l.
ne quis. C. de aduoca. diuer. iu
di. vbi impoſitio onerum per
34 ſonalium non† extenditur ad
doctorem ratione ſuæ dignita
35 tis. quia doctor † dicitur in
dignitate conſtitutus. c. quan
to. de magi. & voluit Bartol.
in procemio. C. & in l. fin. C. de
iudi. & in l. fi. C. de Iudæ. & in
l. generaliter. C. de decur. & in
d. l. omnes. eod. tit. Barb. in d.
c. quāto, de magiſt. vbi plura iu
ra ad hoc alle. Et alibi dicitur,
ꝙ Doctores quaſi radij ſolis ap
pellātur: vt habetur de pœ. diſt.
ij. c. multi. & j. q. vij. c. ſi qs. vbi
velut luminaria ſplendeſcere
dicūtur. & facit. c. j. de reliqui.
& vener. ſan. in vj. vbi dixit,
ꝙ Papa per Doctores quaſi lu
minoſas candelas vniuerſorū
corpus orbis errorum tenebris
profugatis, velut ſydus radiat
matutinum. Et facit tex. in c. ſu
per ſpe. de magiſ. vbi tex. dicit
ꝙ doctores velut ſplendor ful
gens

gent firmamenti. Et facit etiā c.cum ex iniuncto de hæret.& gl. in c. cum ex eo. de elec. in vj.quæ dixit,ꝙ Aduocati non minus prouident humano generi,ꝙ̄ ſi armis patriam defenderent. & ꝙ Doctorum ſcientia mundus illuminatur. Et faciūt dicta per Saly.in authen. habita.C.ne fi.pro pa.in j.colū.vbi dixit, ꝙ mundus illuminatur Doctoribus & hominibus ſciētiæ:& dicit,ꝙ niſi fuiſſent Doctores,nos eſſemus in tenebris. Et facit etiam ad prædicta. nā
36 milites†non poſſunt torqueri. vt eſt tex.in l.milites.C.de qō. & ibi doct.imo nec etiam eorū filij vt ibi dicitur:ergo nec Do-
37 ctores:quia † priuilegia militū extenduntur ad doctores,ſecūdum Cyn.in l.j.C.de iu.& fac. igno. Pro quo facit etiam,nam ſicut verſatur vtilitas publica in militibus. vt in l.j.& fin. ff. de teſta. mili. ita etiam in doctoribus & aduocatis l.j.& ibi glo.C. de ſtud. lib. vrb. Rom. quod etiam voluit Bartol.in l. j.ff ſolu.mat & in l. aduocati. C.de aduo.di. iu. & hoc ponit latius do.Paris de Put. in ſuo tract.ſyndi.in xxxviij. char. i ver.an doctor.& vide d. Fran. Brun.in trac. de indi.& tor.in viij.char.in iij.col.Item mino-
38 res xiiij.annis†nō pñt torqueri,ſecundū Ang.de Are.in tracta.maleſi.in verbo, fama publica:in xvj.char. verſi. ſexto quæro &c. Nam ſecundum eū talis minor debet ferula cedi. alleg.l.cū ſyllanianū.ff.ad ſylla.ſed voluit allegare l. excipiūtur eo.tit.ꝓ quo facit. l.j.& q̄ ibi habetur.C.ſi aduer.delic.
39 Itē maiores†magiſtratus durā te officio non debēt torqueri. Ang.vbi ſupra ar. l. pars literarū.cum ſi.ff.de iudi.Item nec
40 etiā clerici† in ſacris conſtituti.quod tamē intellige, niſi ſint infames,ſecundū doc.in c.grauis.de depoſi. ad quod vide quę dixi ſupra in.§.nūc videndum. nu.51.& in ſing.meo.lv.incip. aduertas ad vnum &c. Itē nec
41 †decrepiti debent torqueri.l. iij §. ignoſcitur. ff. ad ſylla. & in l.j.§.impubes.& ibi glo. eo. ti.De quibus pſonis vide ēt do. Frā.Bru.in tra.de indi. & tor. in viij.char.in ij. col. & ēt per Alex.in d.l.milites.C.de quę-
42 ſtio.†Itē ſi apparēt indicia cōtra aliquē vtilē reipublicæ, talis nō torquebitur,ſicut nec cæteri ſupradicti,ſecundum d.Pa. de Pu.in d.ſuo trac.in xxxix. char.in j.col.ad quod alleg Ludo.Ro.ī repe.l. ſi vero. in.§.de viro.in x.fal. ff.ſol.mat.ſed ad hoc poterat allegare bonū tex. in l. ad beſtias.ff.de pœ.de quo tex.loquitur d.Fely.in c. illud. de maio.& obe.& Lud. Ro.in ſing.ſuo.DCCXVij.īci. poteſtas. & Cępo.in cau.ſua.ij. & dixi in l.qui falſam.in viij.col.ff.de
43 fal.Itē†nec ēt milites veterani torqueri poſſunt,vt volūt doc. in d.l. milites. & do. Paris de Put.in d.ſuo trac. in xxxviij. char.in vlt.col. Quid aūt in militibus noſtri tpis, an poſsit torqueri,vide do.Fran. Bru.in d.ſuo trac.in viij.char.in ij.colū.& doc.oēs in dictis locis vbi hoc examinat. De quibus omnibus dixi referēdo prędicta,in l.edictum.ff.de qō.vbi ēt poſui,
44 an mulier†prægnās poſsit torqueri.vide ibi late. Scias tamē ꝙ licet non liceat regulariter torquere

torquere prædictas perſonas:
45 †tamen hoc caſu fallit in crimine læſæ maieſtatis: quia in tali crimine ceſſat tale priuilegium, & poterunt torqueri, ſecundum Angel. de Aret. in tract. maleſi. in verbo, fama publica: in verſi. vj. quæro &c. vbi alleg. ad hoc. l. de minore. in prin. & l. ex libero. §. j. ff. de quęſtio. & l. proditores. ff. de re mili. & idem dicit eſſe in crimine hęreſis alleg. glo. in l. iij. C. ad leg. Iul. ma. de quo dixi in l. edictum. in fi. ff. de quęſtio. Vide tamen omnino quæ dixi ſupra in §. diligenter. nu. clxx. cum pluribus numeris ibi ſeq. Et teneas etiam menti, ꝙ ſi aliqua ex dictis perſonis torqueri prohibitis torqueatur, ꝙ cō-
46 feſsio† facta per tales perſonas in tortura, vel vigore talis torturæ non valebit. argu. glo. ſingu. in l. pen. ff. de quęſt. & arg. eius quod voluit Franc. Tit. in l. fi. ff. de decur. quē ego retuli in d. l. edictum. in xiiij. colum. verſi. & inquantum ſuperius &c. ff. de quæſt. & hoc voluit etiam Bald. in l. imperator. la ij. ff. de ſtatu. homi. de quo etiam dixi in d. l. ædictum. in iiij. col. verſi. & teneas menti &c. de quæſtio. & do. Franc. Bru. in tract. de indi. & tor. in vij. char. in ij. colum. in verſi. Quarto principaliter quæro. Vlterius quæri poteſt in qui-
47 bus cauſis quis poſsit† torqueri de quo vide do. Frā. de Bru. in tracta. de indi. & tor. in vij. char. in j. col. in ver. tertio principaliter quæro. Item an, &
48 quando teſtes† poſsint torqueri, et in quibus caſibus, vide eūdem do. Fran. in eod. tract. in vij. char. in iij. & iiij. colum. Quæri ēt pōt de no. dubio: vide. licet, qn̄ plures ſunt torquendi,
49 † a quo debeat iudex incipere torturam pro habenda veritate: in quo dicas ꝙ debet incipere a ſuſpectis: ideo ſiue loquamur in pluribus reis, ſiue i pluribus teſtibus torquēdis, ſiue in ſimilibus, de quo per Bal. in l. j. & ibi ego dixi in pen. colum. ff. de quæſtio. Vel dicas ſecundum Bartol. ibi. ꝙ debemus incipere ab eo qui veriſimilius dicet veritatem ſed quādo non eſt magis veriſimile de vno, quam de alio, tunc incipimus a magis ſuſpecto: vt in d. l. j. in prin. ita dixit Bar. ibi. Sed vltra Bar. vide Gand. in tracta. ſuo maleſi. ſub rub. de qō. et tor. in ij. col. in ver. nunc videndū. vbi dicit, ꝙ qn̄ de pluribus eſt habenda tortura, ſagax iudex debet conſiderare a quo facilius veritas erui poteſt, & ab illo debet quæſtionem incipere tanquam a timidiori, & magis ſuſpecto: & debet incipere a viliori, & nō a fortiori vel di-
50 gniori. Item† ſi ſunt torquendi pater & filius, debet incipere a filio in conſpectu patris; quia citius dicet pater, quam filius: quia pater magis veretur de filio, q̄ de ſeipſo: vt in l. iſti quidem. ff. ꝙ met. cau. & in
51 §. fina. inſtit. de noxa. Item† a fœmina prius eſt incipiendum, quam a maſculo, quia homo tanquam maioris conſtantiæ tardius confiteretur: ſed ipſa mulier citius confiteretur: quia ipſa habet cor momentaneum & inſtabile. alleg. l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſta. & c. forus, de verbo. ſigni. ita etiā

firmat ad literam do. Paris. de puteo in ſuo tracta. ſyndica. in cij. char. in j. col. & Guid. de Suza. in ſuo trac. maleſi. in v. col. in ver. quo ordine. Et idem in effectu videtur firmare do. Frã. Bru. in ſuo trac. maleſi. de indi. & tortu. in xij. char. in iij. colũ. vbi vltra prædicta dicit vnum no. verbum videlicet, ꝙ quando inter torquendos eſt
52 vnus, qui habet † turpe nomen, vt puta Foraboſcho, Tarabuſo, Spezacroce, & ſimilia nomina: ꝙ tunc debet incipi ab illo, qui habet tale nomen, vt etiam eſſet Piza guerra, Mezzofra, Falameſchia, Scaramella &c. & allegat rationem: quia tale nomen facit indicium iniquitatis contra eum, & reddit ipſum ſuſpectum, & hoc dicit voluiſſe Ioan. And. ſecundum quod retulit magiſter ſuus in voce in c. cum in contemplatione. de regu. iuris. pro qno facit in argu. tex. in l. facta. & ibi glo. in. §. ſi vero nominis. ff. ad Trebellia. vbi habetur, ꝙ quando volumus procurare, debemus habere pulchrum nomen: de quo per do. Fely. in proœmio decretaliũ. in ver. Gregorius. in viij. colum. & per Angel. de Are. in trac. maleſi. in verbo, fama publica. in xxvj. colum. verſicu. nũc videamus &c. Et pro iſtis facit quod voluit Bald. in l. ij. in ij. col. C. quo. ap. non recip.
53 vbi dixit, ꝙ bona † phyſionomia prodeſt reo, & mala eidem nocet: quia mala phyſionomia facit præſumi quem procliuum ad ſcelera. ita dicit ipſe ibi, quod eſt notandum de quibus etiam per domi. Pari. de Put. in ſuo tracta. ſyndi. in cap. cviij. char. in ij. colum. De quibus omnibus etiam latius loquutus ſum. in l. j. in princi. in pen. & vlt. colum. ff. de quęſtio. vbi etiam ex prædictis aliqua addidi. Et dixi, quod quãdo plures ſunt rei, qui ſunt torquendi pro aliquo delicto, vt veritas ipſius delicti inueniatur, ꝙ non debent attendi prædicta: ſed ſi vnus ipſorum reorum alias commiſit ſimile delictum, pro quo ſunt torquendi
54 ꝙ tunc † ab illo eſt incipienda tortura, non attenta diſtinctione doctorum de qua ſupra. ita ſing. dixit Saly. in l. fin. in vlt. colum. in verſi. quæro an ſufficiat &c. C. de quæſtio. & hoc per regulam, ſemel malus &c. de quo etiam feci mentionem ſupra in. §. diligenter. nu. 101. & idem voluit Gandi. in tracta. ſuo maleſi. ſub rub. de præſum. & indi. indubitatis. in pe. verſicu. Tene menti quia no-
55 tabile eſt. † Quæro vlterius an quis poſſit ſe ſubijcere torturæ ſponte ſua, & dicere, domine iudex ego non habeo indicia contra iſtum, quem accuſaui de tali delicto, ſed volo ſtare ſecum ad torturam, & eum conuincere in tortura, in quo do. Fran. Bru. in ſuo tracta. de indi. & tor. in xvj. char. in j. colũ. in prin. dicit, ꝙ ſi aliquis ſit inculpatus de aliquo delicto & dicit, domine iudex ego nõ commiſi tale delictum, & offero me velle ſtare torturæ, ideo ponatis me ad torturam, quod licet iſte ſit vna beſtia, attamen Poteſtas non poteſt ipſum ponere ad torturam niſi præcedant indicia, & hoc per l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. Item

etiam,

etiam,quia poteſtas torquendi
eſt meri imperij: vt l.defenſo-
res. C.de defenſo. ciui.& tenet
Gui. de Cu. in l. imperium. ff.
de iuriſd. om. iud. ſed ea quæ
ſunt meri imperij, non poſſunt
pacto priuatorum concedi. l.
priuatorum.C.de iuriſd. omn.
56 iudi. Item etiam quia non †po
teſt quis committere alteri, vt
ipſum puniat. l. j. in .§. vſque-
adeo.ff.de iniur. & tenet Bart.
in l.penul.ff.de condi. ob turp.
cau. & in l.interdum. in.§.qui
furem.ff. de fur. licet gloſ. ibi
ſentiat contrarium.Et licet gl.
& Bartol. ibi loquantur quan-
do quis committit ſe torturę in
manibus priuati: tamē ipſe idē
dicit quando ſe committeret in
manu iudicis: quoniam vt iu-
dex in caſu illo torquere non
poteſt, quia habetur vt priua-
57 tus quando † aliquid facit ex-
tra terminos iuris, vt habetur
in l.prohibitum. C. de iur. fiſ.
Et propterea dicit do. Franc.
vbi ſupra ꝙ quando in caſu
prædicto torqueret aliquem ēt
volentem, non excuſaretur a
pœna applicanda fiſco, ſed ex-
cuſaretur ab actione iniuriarū,
& ab ipſius intereſſe: quoniam
volenti non fit iniuria. l. j.§.
adeo.ff.de iniur. & ibi Bar. &
habetur per Bartol. in l.quam-
uis.in fi.ff.de in ius vocan.Ex
quibus ſecundum do.Fran. vbi
ſupra deciditur alia quæſtio,
quæ ſæpe occurrit. Nā aliquis
inculpat aliquem de delicto, &
quia non habet veras proba-
tiones, nec vera indicia ac ſuf-
ficientia ad torturam dicit, do-
mine Poteſtas ponatis me &
ipſum ad torturam, quia hoc
modo volo ipſum conuincere
de dicto delicto: an iudex ipſe,
ſeu Poteſtas poſsit hoc facere?
& dicit ꝙ multi ſunt fatui, qui
putant hoc poſſe fieri: Sed ipſe
dicit contrariū eſſe verius per
ſupradicta in perſona volentis
ergo fortius in illo,qui nollet,
de quo etiam vide quæ dixi in
l.pen.in j.colum.ff.de quęſt.&
Gandi.in trac.maleficiorū.ſub
rub. de pœnis reorum. in vij.
colum.verſi.j.incip.Item pone
fore &c.& Ioan. de Ana. in c.
penul.in ij.colum. de rapto. &
quæ dixi ego in l.j.in j.colum.
ff.de ſica. Vlterius quæri po
teſt in quibus cauſis de iure cō
muni poſsit quis torqueri. in
quo dicas, ꝙ in cauſa pecunia-
ria ſeruus poteſt torqueri: quod
ſecus eſt in libero homine: vt
habetur in l.diuus.ff. de quęſt.
ſed in criminalibus, & graui-
bus etiam liberi torquentur.vt
in l.ędictum.eo. titu. & iſta eſt
differentia quantum ad tormen
ta inter cauſas ciuiles & crimi
nales. ſed ꝙ imo nec ſeruus,
nec liber homo debeat torque-
58 ri, facit. Nam † pœna eſt com-
menſuranda delicto,tex. & ibi
Bald.in authen.omnes peregri
ni.in fi.C.communi.de ſucceſ.
in fi. pro quo.facit illud, quod
ſcribitur Deuterono.cap.xxv.
vbi dicitur, Iuxta menſuram
delicti, erit plagarum modus.
& in cauſa pecuniaria quis nō
poteſt punire, niſi in pœna pe-
cuniaria vt de ſe patet & cla-
rum eſt, ne pœna rei pecunia-
riæ excedat ipſam pecuniam:
vt in d.authen. omnes peregri-
ni. ſed tenendo ꝙ in inquiren-
do veritatem rei pecuniariæ
poſsit ſeruus torqueri, ſequere-
tur ꝙ maior eſſet, pœna inqui-

ſendo, quam pœna rei inquiſi
tæ repertæ: quia reperta veri-
tate rei pecuniariæ inquiſitæ
reus non poterit puniri niſi in
pecunia: & ſic maior erit pęna
in inquirendo quam in punien-
do. Et ꝙ hoc ſit verum ſatis pa
tet. nam nedum tortura, ſed etiã
quælibet alia pœna corporalis
minima, eſt maior quacũque
pęna pecuniaria. l. in ſeruorũ.
ff. de pęnis. Quinimo grauior.
59 & durior † eſt tortura, & eius
pœna, quam vtriuſq; manus ab
ſciſſio: vt eſt tex. in authen. vt
nulli iudi. §. fi. & alibi dicitur,
ꝙ ſupremas anguſtias ſuſtinere
potius eſt mori, quam viuere.
Et dixit Bald. in reperi. l. pri-
mę. in penul. col. C. vnde vi. ꝙ
cruciatus corporis æquipara-
tur morti. Et ſcribit Seneca in
epiſtolis, ꝙ nemo tam timidus
eſt, vt malit ſemper pendere,
quam ſemel cadere. De quo
ego latius dixi in l. diuus Pius
in prima col. ff. de quæſtio. Poſ
ſunt tamen prædicta limitari,
& dici, ꝙ in cauſa pecuniaria
non deuenitur ad torturam re-
gulariter, vt in dictis iuribus.
hoc tamen fallit in cauſa pecu
niaria graui & ardua: quia ta-
60 lis cauſa licet ſit † pecuniaria
tamen æquiparatur cauſæ cri-
minali, ſecundum Bald. in l. pa-
tentes. C. de teſt. & Pet. de An
chara. in conſilio ſuo xxvij.
incip. rationes inductæ &c. cir
ca fin. & in conſil. lxij. incip.
in cauſa quæ vertitur. in ij.
col. & habetur in l. propter li-
tem. §. j. ff. de excuſati. tuto. de
quo dixi in l. j. in §. ſeruus
municipium. & in. §. præterea.
in vij. colum. in verſic. item di
cuntur capitales &c. & in l. di
uus Pius in j. col. ff. de quæſtio.
Sed in cauſa criminali regula-
riter omnes poſſunt torqueri:
vt ff. & C. de quæſt. ergo. Se
cundo limita niſi cauſa ciuilis
61 & pecuniaria habeat † cri-
men annexum: quia tunc deue-
niretur ad torturam cõtra om-
nes, ita habetur per docto. in
c. j. extra de depoſito. Ex quo
dicto refert d. Paris de puteo
in tracta. ſuo ſyndic. in cviij.
char. in j. col. verſicu. an cau-
ſa &c. ꝙ alias ipſe dixit, quod
mercatores falliti, ceſſantes, &
62 fugitiui poterunt † torqueri
vt indicent pecunias ipſis da-
tas ad mercandum, quas nunc
denegant habere, & dicunt il-
las perdidiſſe: quod eſt ſing. no.
ſecundum eum, cum ſæpiſsime
eueniat in facto. Et de hac ſe-
cunda limitatione vide etiam
Alex. in conſi. lxxvij. incip. in
cauſa accu. in iiij. col. in j. vol.
& vide quæ dixi in l. maritus.
in j. col. ff. de quæſtio. Et circa
illud quod dixi ſupra ꝙ in ma
teria torturæ differt cauſa ciui
lis a cauſa criminali &c. adde
ꝙ etiam in pluribus alijs dif-
63 fert † cauſa ciuilis a cauſa
criminali: licet dicatur ꝙ in
cauſis criminalibus procedi-
tur ad inſtar ciuilium: vt dicit
tex. in l. abſentem. ff. de pœnis.
& voluit Ludo. Roma. in ſin-
gu. ſuo dcxciiij. incip. quæro
nunquid &c. & Bald. in l. qui
crimen. in iij. col. ad fin. C. qui
accu. non poſ. Differt enim
in danda dilatione. nam in
cauſis ciuilibus dantur indu-
ciæ deliberatoriæ: vt in au-
then. offeratur. C. de lit. conte-
ſtat. & tamen in cauſis crimina
libus nõ dãtur induciæ delibera
toriæ:

64 totiæ.† ita dixit gloſſ. not. in c. j. incip. de inductis. iij. q. ij. quam gloſſ. dixit auream Lu. Roma. in ſingul. ſuo DCXCIIIJ. præallegato. incip. quæro nun quid. & dici eam eſſe ignotam. de quo etiam dixi in ſing. meo ccccxxxvij. incip. in cauſis criminalibus &c. Item in cau ſis ciuilibus reus tenentur reſpondere cum iuramento, vt in toto tit. de iuramento calum. ſed ſecus eſt in cauſis crimina-
65 libus, quia in illis † reus non debet reſpondere cum iuramẽto, nec iudex debet pati ꝙ reſpondeat cum iuramento, etiã ſi ipſe reus vellet reſpondere cum iuramento, vt ſatis late dixi in l. pen. in pen. col. ad fin. ff. de quæſtio. Pro quo faciũt dicta per Bald. in l. j. in ij. col. verſ. oppon. nam contumax. C. quo. & quando iudex. vbi di-
66 cit, ꝙ † in criminalibus non debet reus reſpondere criminoſis poſitionibus: & ſi eſt inobediens in reſpondendo, non debet haberi pro cõfeſſo: quia non poteſt de hoc imputari, de quo ibi latius per eum. Item in cauſis ciuilibus iuriſdictio poteſt prorogari in eo, qui non habet iuriſdictionem, vt habe-
67 tur in l. j. ff. de iudic. † Sed in cauſis criminalibus non poteſt prorogari iuriſdictio, vt habetur per Bald. in l. ſi ex conſenſu. in ij. col. in ver. reuoco igitur in dubium. C. de epiſcop. audien. & in l. j. in princip. ver. ex hoc infertur. C. vbi de crim. agi oport. & in l. j. in vlti. col. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & in l. j. in v. notab. C. qui pro ſua iuriſdictio. & per Bartol. poſt gloſſ. in l. j. in ij. colum. ff. de iudic. & per Bald. in additi. Specul. in titu. de competen. iudi. adi. verſi. quod in criminali, ad quod etiam vide Specu. in titulo de iuriſdictio. omn. iudi. in iij. char. & Inno. in c. de cauſis, in j. col. de offici. delegat. & Alex. in l. j. ff. de iudic. & Bald. in c. decernimus extra de iudic. circa fin. et Alexand. in conſilio ccxvj. incip. ponderatis. in vlti. colum. in vj. volu. Alia eſt etiam differentia inter cauſas criminales
68 & ciuiles. † Nam in cauſis ciuilibus habet locum reconuentio: vt habetur late in l. cum Papinianus. & in authen. & conſequenter. C. de ſenten. & in interlo. omn. iud. cum ſi. hoc tamen non habet locum in cauſis criminalibus, in quibus non ſit reconuentio, ſecundum Bal. in c. at ſi cleri. de iudi. in iiij. col. Item differunt etiam dictæ cauſæ ciuiles a criminalibus. Nam in cauſis ciuilibus licet
69 quis non poſsit † appellare a futuro grauamine, vt habetur in c. ante ſententiam. & in c. non ita. ij. queſtio. vj. & voluit Barto. in l. Titia. in v. col. ff. de accuſ. & d. An. in c. ex parte. in pen. col. de appel. vt habetur late per Cano. in c. vt debitus. eo. titu. Tamen iſtud fallit in criminalibus, vbi tractatur
70 de ꝑiudicio irreparabili: † vtputa ſi pronuntiatur quis torquendus, nam licet nundum ſit tortus, poterit tamen appellare ne torqueatur, cum per torturã tractetur de eius præiudicio irreparabili. ita habetur in l. ſi quis prouocatione. C. de appel. & per dñ. Car. Alexan. in d. c. vt debitus. in xix. col. de appe.

vbi ad hoc allegat etiam not. per Barto. in l. ij. ff. de appel. recip. Pro quo faciunt not. verba Bald. in d. l. ſi quis prouocatione. & dicta per do. Fely. in c. cum ſuper. in pen. col. de re iud. & in c. cum inter R. priorem in viij. col. de excep. & per Ang. de Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, & dictus Titus ſe defendendo. in j. char. in vlti verſicu. inci. dixi &c. poſt prin. & per do. Fely. vbi omnino videas in c. ſignificauerunt. in vlt. col. poſt me. de excep. & in d. c. cum ſuper. in iiij. colum. ante medium, pro quibus faciunt, quæ ego dixi in l. ſi quis ne queſtio in j. col. & in l. j. in prin. in iij. col. verſi. & ſubdit Bar. &c. & ibi in viij. col. verſi. ſequeretur etiam. ff. de quæſtio. Et ſcias aliam differentiā inter dictas cauſas ciuiles & criminales. nam licet merus
71 executor † habet conſcientiā ſuam contra ſententiam ciuilem quam debet exequi, cum videat illam iniquam, tamen tenetur illam exequi, ut volunt doc. in c. paſtoralis. in §. quia vero. & in c. præterea. de offi. deleg. & in l. ſi vt proponis. & in l. executorem. vbi per gloſ. & Bald. C. de execu. rei iudi. Tamen hoc fallit in cauſa criminali, in qua tractatur de pœ
72 na corporali: quia † in talibus cauſis merus executor non debet exequi ſniam iniuſtā cōtra conſcientiam: ſuam quia damnum talis executionis eſt irreparabile. ita not. dixit Inno. in d. c. paſtoralis. in d. §. quia vero. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in §. ſi minus, in vij. col. in prin. inſti. de actio. ad quod etiam allegat Pau. de leaza. & Pet. de Ancha. in cle. j. de re iudi. & Bald. in l. adictos. C. de epi. audi. pro quo etiam facit illud ſatyrici: videlicet, Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt. Et vltra eum dicas, ꝙ pro iſtis faciunt etiam dicta per do. Nellum in trac. ſuo bannitorum. in iiij. parte primi tempo. in v. quæſtione, inci. quinto &c. in ver. ego vero &c. quæ omnia adduxi in ſingu. meo cccxlix. inci. in his in quibus &c. vbi videas. & vide dicta per Ang. de Aret. in trac. maleſi. in verbo, fama publica. in xvj. char. in verſi. aduertas. & Bald. in l. ij. C. de epi. audi. vbi ponit de ille, qui con
73 tinue grauatur, † qui continue poteſt appellare. de quo etiam per do. Phi. de Peruſio. in c. ſuper. eo. el ij. in j. col. de appel. & latius in c. ex parte. eod. tit. in iij. col. verſi. v. & vlt. infertur. Alia eſt etiam differentia: nam in cauſis ciuilibus ſtāte ſemiplena probatione deffertur iuramentū in ſupplementum ꝓbationis: vt in l. iuſiurandi. C. de reb. credi. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. manifeſtæ turpitudinis. eod. titu. Sed in cauſis criminalibus ſtāte etiā ſemiplena probatione,
74 non defertur † iuramētum in ſupplementum probationis, ita habetur in l. fin. C. de proba. & in l. dolum. C. de dolo. & in l. metum. C. ꝙ met. cau. & voluit Bar. in l. maritus. ff. de quæſtio. & Pet. de Ancha. in c. mediatores. verſi. not. tertio. de teſti. in vj. vbi pro hoc alleg. glo. in c. tam literis. extra de teſti. quæ dixit, ꝙ in cauſa criminali & ciuil iter

ciuiliter mota, licet actor habeat præſumptionem pro ſe, nō tamen ei defertur iuramentum in ſupplementum probationis: ſed imo tunc habet locum regula, ꝙ actore non probante &c. quod etiam voluit in terminis gl. in c. cum ſint iura. de regu. iur. in vj. et voluit Alex. in conſi. ſuo lxvj. incip. viſo proceſſu &c. in j. col. in j. vol. & in conſi. cxxij. incip. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ. in ij. col. in ij. vol. & Abb. in c. ſi. in prin. in vlt. col. de iu. iur. & do. Ant. in d. c tam literis. de teſti. & ideo ſtante ſtatuto quod de damno dato credatur ſacramento ac-
75 cuſatoris, † non habet locum in furto, & ſic in cauſa criminali, niſi quatenus ius commune diſponeret. nam furtum & damnum ſunt diuerſa. ita nota. inquit Bal. in l. nauta. in §. quæcunq;. ff. nau. caupo. ſtab. & idē dixit Albe. de Roſa. in ij. parte ſtat. qō. lxiij. incip. Item quæro aliam quæſtionem &c. Bal. in l. ait prætor. in prin. ff. de iure-iuran. & in l. ſi ſeruus ſeruum. in §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aquil. & Ludo. Ro. et Alex. in l. ij. ff. de damn. infect. & Alberic. de Roſa. in l. j. §. occiſorum. ff. ad ſylla. & Alex. in conſi. clxvij. inci. requiſitus vt breuibus. & volunt alij quamplures, quos ego adduxi in l. de minore in §. tormenta. in j. col. ff. de quæſtio. Eſt etiam alia differentia inter ipſas cauſas ciuiles, & criminales. nam licet in cauſa ciuili & pecuniaria princeps poſsit tollere defenſionem de plenitudine poteſtatis: tamen
76 † in cauſa criminali princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem reo. ita ſingu. dixit Bald. in l. iij. in §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur. quod dictum refert & approbat d. Felyn. in c. dilecti. in vj. col. de excep. & in c. cum olim. in vlt. col. de re iud. & Soci. in conſilio ſuo cxx. incip. memini me alias conſuluiſſe. in ix. col. in verſi. tertius caſus &c. in iiij. volu. & idem voluit Bart. in l. filiusfa. in ij. col. in verſ. ſed an tunc. ff. de dona. & do. Paris de Puteo. in tract. ſyndi. in xxx. char. in iij. col. in c. incip. an poteſtas qui miſit &c. Et idem voluit d. Franciſ. de Aret. in conſ. ſuo clxv. inci. ſicut Ioannes. in xiij. colum. in ver. ad obiecta &c. & Soci. in cōſilio clxiiij. inci. viſa bulla. in vij. col. in ver. tertius quando princeps. & in conſi. clxvi. incip. in cauſa, quæ vertitur. in xx. col. in verſic. tertius caſus, vbi dicit ꝙ omnes docto. tenent hanc doctrinam Bald. de quo etiam dixi in l. j. §. cognitorum. in xi. col. ff. de quæſtio. & latius ī ſing. meo ccclxxxviii. incip. defenſio. Alia eſt etiam differentia inter cauſas ciuiles & criminales: quod patet. nam licet in cauſis ciuilibus ſufficiat ſemiplena probatio, vna
77 cum fama, † tamen ſecus eſt in cauſis criminalibus, in quibus ſemiplena probatio vna cū fama non ſufficit. ita dixit glo. not. in c. veniens. el primo de teſti. quam refert & ſequitur Bal. in l. ii. in prin. ff. de excu. tut. & Imol. in l. intereſſe. ad ſi. C. de accu. & Pau. de leaza. in c. grauis. in pen. col. de depoſi. & idem voluit Cy. in l. ſi. C. de queſtio. in l. qui crimen. in iiii. col.

col. in fi. C. qui accuſa. nō poſ. & in l. ſi quis ex argentarijs. in §. ij. ff. de eden. & idem, per illam glo. tenuit Alex. in conſ. ſuo cxliij. inci. quoniam abunde in ij. volu. & Iaſ. in repeti. l. admonendi. in xcix. col. poſt prin. ff. de iureiurā. vbi ſubdit fortius, videlicet, ꝙ idem etiā eſt quando agitur ciuiliter de crimine, allegat hoc voluiſſe Ioan. Ana. in conſi. lix. ſuo incip. viſa inquiſitione. in iij. col. ad quæ etiam vide quę dixi in repe. mea rub. C. de proba. in lxij. & lxiij. col. et in ſing meo ccccxxxvij. incipiē. in cauſis criminalibus &c. Alia eſt etiā differentia inter dictas cauſas.
78 nam ſtante ſtatuto † ꝙ de litibus, quæſtionibus, ſeu differentiis fiat compromiſſum inter affines: tale ſtatutum non habet locum in cauſis criminalibus exiſtentibus inter affines. ita dixit Inno. & Ioan. & Abb. in c. irrefragabili, in §. cæterum. de offi. or. de quo feci mentionē in ſing. meo cccclxvij. inci. viget ſtatutum. circa mediū. Itē alia eſt etiam differentia. nam
79 mutilati † membris vel corpore vitiati non poſſunt teſtificari contra clericos in cauſa criminali. ita not. dixit Abb. antiquus. in c. j. de excep. quem refert & ſequitur Bal. in marga. ſua in verbo, mutilati. & idem etiam dixit gloſſ. in c. j. iiij. quæſtio. iij. in fi. vl. gl. quæ. dicit idem eſſe in bigamo. ad quod etiam vide gloſſ. in c. ipſi apoſtoli. ij. q. vij. de quo dixi in ſingu. meo ccclxxxj. incipien. clericorum priuilegia &c. Et dicas idem eſſe in laicis: quia
80 laici nō poſſunt conuinci † per clericos in cauſis criminalibus: quia clerici contra laicos non admittuntur in cauſis criminalibus: vt in c. teſtimoniū. xi. q. j. & voluit Inno. in c. cum P. de accu. Spec. & Ioan. And. in titu. de teſte. in § j. ver. item ꝙ eſt clericus &c. et Abb. in c. de cætero. in princ. de teſti. & Alex. latius in conſi. lxv. inc. viſis proceſsibus. in fi. in ij. volu. Alia eſt etiam differentia inter cauſas ciuiles & crimina
81 les: nā in cauſis ciuilibus † ex pluribus indiciis fit vera, et plena probatio, ſecundum gl. ſing. in l. ij. in verbo, legitimis. ff. de excu. tut. quam dicunt ſing. doct. in pluribus & diuerſis locis, quos ego retuli in repeti. mea rubri. C. de proba. in lxij. col. vbi uideas. Tamen illa gl. non habet locum in cauſis criminalibus. ita not. dixit glo. in c. veniēs. el ij. extra de teſt. ad quod vide Ioan. de Imo. in l. fi. in fi. ff. de hęred. inſti. vbi dicit d. gl. eſſe ſing. & Alex. in conſ. cxliij. inci. qm̄ abūde. in ij. col. in ij. vol. ad quod ēt vide Soci. in conſil. liiij. incip. viſis teſtibus. in j. col. in iij. vol. et Alex. in conſi. clxxx. incip. in cauſa & lite. in vlt. col. in v. volu. & d. Phil. Decium cōſi. cxxxiij. inci. viſo &c. in iiij. col. in fi. et in conſi. clxvij. incip. in cauſa. in vlt. col. & vide Bal. in addi. Spe. in tit. de p̄ſum. in vlti. addi. Reperio ēt aliā differentiā inter ipſas cauſas ciuiles & criminales. nā in cauſis ciuilibus
82 † in teſtibus quod deficit in fide ſupplet numerus, ſecūdū gl. not. in l. iij. & ibi Ia. But. ff. de teſt. & no. Io. And. in add. Spec. in tit. de noto. cri. in. §. fama. in

addi. incip. alias ſupra &c. & Nico. de Neapo. in l. excuſantur. in prin. ff. de excu. tuto. & voluit Alex. in cōſi. ſuo cxlix. incip. viſo proceſſu. in iij. col. in v. vol. & in conſi. ſuo v. inci. in cauſa inquiſitionis. in v. colum. in j. vol. & in cōſ. lxxviij. inci. in cauſa & lite. in iij. col. in eo. vol. & in conſi. xlvij. inci. abunde. in j. col. in ij. vol. & in conſi. lvj. inci. viſo proceſſu. in vlt. col. & in conſi. ccxj. incip. viſis & diſcuſsis. in vlt. colum. in eod. vol. & in conſi. iiij. incip. viſo proceſſu. in fi. in vj. volu. & ibi in conſi. xciij. inci. repetitus. in pen. col. & ibi in cōſi. cxxxj. inci. perſpectis etc. in eod. vj. vol. & in conſi. 238. incip. perſpectis &c. in j. col. & voluit do. Philip. Dec. in cōſi. clxiij. incip. in cauſa matrimoniali. in penul. col. de quo etiā per do. Philip. in c. teſtimoniū. in ij. colum. de teſti. de quo dixi etiam in ſingula. meo cccclxxvij. incip. in teſtibus. & voluit Ioan. de Imo. in l. qui teſtamento. in j. col. ff. de teſti. & per Ioan. de Ana. in conſil. ſuo lij. incip. in cauſa iſta. & ibi latius in addi. & Alex. in cōſi. cxix. incip. viſo proceſſu. in iij. col. in prin. in vij. vol. & do. Fran. Curt. in conſi. ſuo lvj. incip. ſuper proceſſu. in ij. col. Iſtud tamen limita ꝙ in teſtibus, quod deficit in fide, ſupplet numerus. nā hoc non habet locum in cauſa criminali, vel in cauſa ciuili ardua. ita no. dixit Bal. in c. ad noſtram, de proba. ad quod alleg. text. in c. licet cām in. §. quidam vero. de proba. & ideo dicit Bal. in d. c. ad noſtrā. ꝙ in cauſa criminali, nec in ciuili ardua plurimi teſtes infames non probant. Et illud dictum Bald. refert & ſequitur domi. Felyn. in cap. teſtimonium. in v. colum. in fi. de teſti. & domi. Philip. Decius in conſil. ſuo cxxxiij. incip. viſo proceſſu. in fi. iiij. col. vbi etiam ad hoc alleg. Pet. de Anchara. in conſi. ccxlvij. inci. in cauſa agitata. & Angel. in conſil. cxxvij. & alia allega. de quibus ibi per eum. de quo ēt dixi in d. ſingu. meo cccclxvij. incipien. in teſtibus &c. Alia eſt differentia inter cauſas ciuiles & criminales, nam in cauſa ciuili filius fa. nō poteſt eſſe in iudicio ſine cōſenſu patris, vt habetur in l. cū non ſolum. in. §. j. C. de bo. quæ libe. & in c. ſi annum xiiij. de iudi. in vj. Sed ſecus eſt in cauſis criminalibus: quia in illis filiusfa. poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. ita dixit Bald. in l. penul. C. de noxa. Et iſtæ ſunt differentiæ inter cauſas ciuiles & criminales, quæ præſentialiter mihi occurrunt curioſus tamen lector poterit alias inuenire, & iſtis addere. iſtas tamen quæ ſupra adduxī non reperies ſimul cumulatas ab aliquo vſque nunc. Modo redeundo ad materiam torturę ſcias vlterius, quod etiam diebus

83 feriatis† in honorem Dei poteſt reus ſubijci torturæ pro crimine enormi. tex. eſt & ibī Bald. in j. colum. in l. iij. C. de epiſcop. audien. Quęri etiam poteſt in hac materia torturæ, de quotidiano dubio de quo heri fui interrogatus a iudice maleficiorum huius ciuitatis. Quod dubium tale eſt: aliquis tanquam reus citatus compa-

ret.

ret, & dat fideiuſſores, & negat maleficium commiſiſſe: ex poſt apparent cõtra eum indicia dicti maleficij ſufficientia ad torturam, iudex facit eum citare, ꝙ veniat ad ſe ſubijciendum torturæ propter indicia contra eum exiſtentia qui reus eſt contumax, & non vult comparere, quid debeat tunc facere iudex?
84 † in quo dicas ꝙ gloſſ. in l. penul. ff. de quæſtione. dat remedium ſcilicet ꝙ cogat eum captis pignoribus & multa indicta. quod verum dicit eſſe Bartolus ibi de iure communi, ſecundum ꝙ ius commune abſens non poteſt damnari, etiam vbi eſt pœna pecuniaria, niſi de maleficio conſtet. vt l. abſentem. ff. de pœnis. Sed ſecundum ſtatuta terrarum, ſecũdum quæ abſens contumax habetur pro confeſſo, dicit ipſe Barto. ꝙ ſicut ante comparationem ſi fuiſſet contumax, & pateretur ſe poni in banno haberetur pro confeſſo, ita quando citatus eſt, ꝙ veniat ad ſubeunda tormenta, & eſt contumax, & patitur ſe poni in banno, debet haberi pro confeſſo. & hoc dicit probari in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. & in l. properandum. in §. ſinautem reus. C. de iud. in quibus dicitur ꝙ ſicut contra contumacem ante lit. conteſt. proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, ita poteſt procedi poſt li. conte. & ita dicit ipſe Bart. pluties practicaſſe ꝙ dicit eſſe menti tenẽdum: quia eſt multum not. de quo ego latius loquutus ſum in dicta l. pe. in ij. col. ff. de quæſt. Sed vltra ea, quæ ibi dixi, vide circa hanc quæſtionẽ Gandi. in tracta. ſuo maleficio. ſub rub. quid ſi agendum reo abſente & contumace. in ij. col. verſicu. pone, ꝙ aliquis. & in dict. tract. ſub rub. quid agendum ſit reo præſente & nõ contu. in iij. colum. verſicu. ſed pone ꝙ iſte &c. Vlterius ſcias
85 ꝙ tortura debet † fieri cũ moderamine: vt habetur in l. de minore. in §. tormẽta. ff. de quæſtio. quod intellige arbitrio iudicis, qui debet conſiderare complexionem, & qualitatem rei, videlicet, an ſit debilis vel robuſtus & ferox, an nobilis vel plebeius: an ciuis vel ruſticus. Item debet etiam conſiderare qualitatem criminis, an ſit leue, vel graue ſeu atrox, ita dixit Dyn. in tracta. de quæſtio. & in verſicu. qualiter debeat &c. & idem tenet Ang. de Areti. in tractatu maleficio, in verbo, fama publica præcedente. in xvj. char. in verſicu. ſeptimo quæro. & ibi dom. Auguſt. de Arim. in ſuis addi. vbi dicit, ꝙ licet ille tractatus de quæſtionibus attribuatur Dyn. tamen in veritate fuit Gandi. in tract. malefi. in quo fecit rubricam de quæſtionibus & tormẽtis. & alle. ipſum Gand. in d. tract. in prin. in verſicu. Quinto nota. vbi dicit, ꝙ iudices debent habere hoc temperamentum, vt tormenta non ſumant immenſa de aliquo, nec quantũ accuſator poſtulauerit, ſed prout moderatæ rationis temperamenta deſiderant, adeo ꝙ tortus ſaluus ſit innocentiæ, vel ſupplicio. ita ſecundum eum dixit Ioan. Andr. in cap. cum in contemplatione. de reg. iuris, per

per text. in l. quæſtionis modum, ff. de quæſt. Et circa hoc vide etiam Bald. in l. j. C. de confeſsis. in vj. colū. qui dicit, ꝙ quo moderamine ſit habenda tortura, hoc relinquitur arbitrio iudicis. Et teneo ꝙ cum hoc relinquatur arbitrio iudicis, ꝙ iudex ſemper debet vti potius benignitate, quam atrocitate argum. regu. ſemper in obſcuris, cum multis ſimili. & in arbitrariis iudex ſemper debet ſeruare æquitatē. vt ſupra, in. §. conſtāte. numero xxx. & in. §. diligenter nume. xxviij. Et dicit nota. dom. Fran. Bru. in tractatu de iudic. & tortu. in x. char. in j. colum. poſt med.
86 † ꝙ iudex ſeueriter procedēs in criminalibus debet priuari iuriſdictione: quod eſt ſumme not. contra aliquos iniquiſsimos, & ſceleſtiſsimos iudices a fece leuati, qui omni carent ſcientia, virtute, & ratione naturali: qui cum habent aliquem reum forte indebitè inculpatū in fortiis ſuis, illos non alloquuntur, præterquam dum pendent in tortura: & ſi non confitentur illud, quod ipſi vellent, dimittunt eos in tortura pendētes, & in tali acerbiſsimo tormento eos retinent per vnam diem integram, vel per vnam noctem, quando poſtea deponūtur quomodo ſe habeāt, & qualiter ſe reperiant, & cuius animi, & voluntatis, quilibet cogitet, & de ſe faciat coniecturam. non ſunt adhuc tres menſes, quibus quidam iuuenis pictor hic Bononiæ fuit captus & carceratus: & hora xj. fuit poſitus ad torturam & in ea altiatus vſq; ad ſummum: & ita fuit dimiſſus vſque ad horam xxiij. poſtea quando ille ſanctus iudex veritatis & bonitatis plenus ſuperuenit, & dixit illi reo exiſtenti in tortura: vis etiam dicere veritatem? & videns ꝙ ipſe reus in tortura pendens nō reſpondebat, iuſsit ipſum deponi: qui depoſitus erat mortuus, & ſpirauerat in totum. Et iſta tolerantur a Deo, a Papa, a Cardinalibus, & ab omnibus ſuperioribus, & inferioribus: & omnis lingua tacet, & quilibet homo videtur mutus, & ſurdus, & vere durum eſt talia pati, ſed tranſeat, de ſimilibus ēt plura dixi in vanum, tamen & fruſtratorie in repetit. mea rub. ff. de fideiuſſ. in penul: & vlt. colum. Quæro conſequenter, ſi iudex ponit aliquem in-
87 debite † ad torturam, an & qua pęna puniatur: in quo Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui male iudi. in verſi. quæro qualiter. dicit ꝙ talis iudex non punietur ſimilitudine ſupplicij, & ſic non punietur ſimili tortura: quia nō reperitur iure cautum ꝙ tortura imponatur alicui ꝓ finali pœna delicti, pro quo facit & habetur. in l. penul. ff. de quæſtio. & in l. item apud Labeonem §. quæſtioni. ff. de iniuriis. ſed talis iudex tenetur actione iniuriarum pro motu iudicis. alleg. l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. Bald. autem in l. decuriones. C. de quæſtioni. inducit illam l. in ar. ꝙ de quacūque tortura, quam iudex dolo malo facit, & ſine cauſa, ſit pœna capitalis. de quo ſe remittit ad no. in l. j. C. de priua. carce. vbi dicitur, ꝙ plus eſt torquere, quam in priuato carcere

cere retinere. l. j. C. de custo. re. ſed pœna priuati carceris eſt pœna vltimi ſupplicii, & laeſae maieſtatis: ergo pœna indebitae torturae erit pœna mortis. Ang. autem in d. l. decuriones, colligit ꝙ iudex, qui torquet non torquendum, capite puniatur. Et iſtos doct. refert & hãc partem approbat Ioã. de Ana. in cap. j. de cle. percuſ. in iij. colum. in fi. Item hanc partem ꝙ in tali caſu iudex ſit capite puniendus, tenet Ange. de Are. in tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in xv. chart. in verſi. tertio quaero &c. vbi dicit, ꝙ idem voluit Bald. in l. j. C. de priua. carc. quod dicit eſſe bene not. a iudicibus. Pro quibus faciunt dicta per Bald. in l. milites. C. de quaeſtio. vbi dixit, ꝙ iudex ſemel tortũ non poteſt amplius torquere: & ſi iudex repeteret tormenta, & tortus decederet, ꝙ iudex acriter puniretur. Et idem videtur tenere d. Paris de puteo in ſuo tracta. ſynd. in c. cha. in ij. colum. ante fin. vbi alleg. Bal. in d. l. milites. & vide etiam Salyc. in l. fin. C. de pœna iudi. qui male iudic. vbi tenet opinio. Bald. in d. rubr. illius tituli. Sed idem Salyc. in l. ij. C. de exhi. reis. tenet ꝙ iudex ponens aliquem iniuſte ad torturam, puniatur pœna capitis. quae opi. videtur magis communis. quam etiam tenuit Ange. in l. Gracchus. C. de adult. de quo dixi etiam in repe. mea l. fina. C. de proba. in xxxvij. char. Et vide etiam Bal. in l. j. C. ne ex deli. defun. in v. colũ.
88 vbi dicit, † ꝙ iudex in criminalibus procedens iniuſte fauore, vel odio, tenetur l. Cornel. de ſica. quae omnia retuli in l. quaeſtionis modum. in vlt. col. ff. de quaeſtio. Quaero modo pone ꝙ iudex debite, & iuſte torſit reum, qui reus mortuus
89 eſt in tortura, † vel eſt debilitatus aliquo membro: an hoc caſu iudex puniatur, & qua pœna: in quo vide Bart. in dicta l. quaeſtionis modum. vbi dicit ꝙ ſi iudex taliter torquet, ꝙ reus moriatur, vel aliquo membro debilitetur, ꝙ iudex tenetur in ſyndicatu, ſi in torquendo exceſsit modum cõſuetum, & qui debebat adhiberi ſecundum qualitatem perſonę tortę: alias ſecus, ſecundum Bart. in d. l. quaeſtionis modum. vbi dicit ꝙ hoc accidit ſibi in facto: quia cum vidit reum iuuenem & robuſtum, torſit illum taliter, ꝙ fere mortuus eſt: & ideo dicit inſpiciẽdum an iudici hoc poſsit imputari, & alleg. no. ꝑ Cy. in l. Gracchus. C. de adul. Sed tu vltra Barto. videas bonum tex. in l. item apud Labeonem. in. §. ſed ſi iuſſu. ff. de iureiurando. Et hanc partem etiam tenet Tancre. de Cor. in compendioſa ſua. in v. rub. in xix. quae. vbi primo arguit ad partes: poſtea decidit ꝙ ſi iudici poteſt imputari, vt quia exceſsit modum: tunc tenetur, alias ſecus. & idem etiã ſentit Bar. in l. aut dãna. in. §. nec iura. ff. de pœnis. pro quibus etiã faciunt dicta per Bart. in l. fin. ff. de quaeſtio. vbi dicit, ꝙ ſunt quidã iudices ſtulti, qui ſtatim cum habẽt indicia contra reũ, cogunt eum confiteri: quod fieri non debet ſecũdum eum: ſed debet adhibere tormenta cum

moderamine: & ita dicit ſe plu ries feciſſe. Et faciunt dicta per Bal. in l. prima. C. de emenda. ſeruorum. vbi dicit per illum tex. no. contra iudices qui abſcindunt alicui carnem, vt confiteatur crimen. nam ſi talis moritur in tormentis, iudex debet decapitari tamquam homicida, ſecundum Bal. ibi. Bal. autem in l. iij. C. de adulte. in hoc diſtinguit. videlicet, ꝙ aut iudex non exceſsit modum in torquendo: vt quia torſit in cã ſu licito, vt eſt de conſuetudine ſine aliqua aſperitate, & tunc non tenetur, quia licite fecit. arg. l. item apud Labeonem. in §. quæſtionem. ff. de iniuriis. Aut exceſsit modum: & tunc aut dolo exceſsit, & tunc tenetur lege Corn. de ſica. pro quo allegat l. prima. C. de emenda. ſeruo. Aut exceſsit modum ex culpa: & non ex dolo. & tunc tenetur ſecundum qualitatem culpæ. Aut exceſsit modum caſu: & tunc nullo modo tenetur, quia dabat operam rei licitæ. & ita dicit tenere Iacob. de Are. & ita etiam dicit Bal. met in conſi. ſuo cccxxxvj. incip. factum ſic proponitur &c. in iiij. volum. & hanc opinio. Bal. ſequitur Ang. in d. l. Gracchus. Sali. autem circa hoc in d. Gracchus. arguit pro & contra. & finaliter dicit ꝙ aut officialis vltra legitimum modũ non torſit, & legitimis indiciis præcedentibus torſit, tunc non tenetur: quia fecit lege permittente, & auctorante, & ita debet intelligi quod habetur in d. l. aut damna. in §. nec in ea. vbi habetur, ꝙ plerique in tormentis deficere ſolent. aut modum exceſsit, & tunc, aut doloſe tãtum, & tunc tenetur lege Corne. de ſica. vt. ff. ad leg. Iul. repetun. l. fi. & facit. l. j. in fin. C. de cuſto. reorum. aut culpabiliter tantum; ſed per modum culpæ, tunc punitur pro modo ipſius culpæ. arg. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul. modica tamen culpa non eſſet inſpicienda, ſecũdum eum. arg. §. illud. videlicet in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. In dubio autem vt dicit ipſe Sali. exceſſum aſcribendum potius culpæ, quam dolo: ad quod allegat plura, de quibus ibi per eum. & ibi ponit ipſe Sali. quando dicatur iudex modũ excedere. Et iſta quaſi omnia refert & ſequitur Ioan. de Ana. in cap. j. in iiij. & v. col. de cle. percuſ. & ſic opi. Barto. in d. l. quæſtionis modum. videtur communiter approbata: De quęſtione vide etiam Ang. de Are. in tract. ſuo maleficiorum. in verſicul. fama publ. in verſic viij. quæro & ibi in addi. & do. Pari. de puteo in trac. ſind. in xcix. char. in j. colũ. & ibi in xcviij. char. verſi. an officialis &c. & vide quæ dixi in repe. mea l. fi. C. de proba. in lxxiij. char. Et iſta omnia ad literam retuli in d. l. quæſtionis modum. in pen. col. Sed etiam vltra ibi dicta, de hoc vide Gandi. in tracta. ſuo maleficiorum. ſub rub. de quæſtionibus & tormentis in vj. col. in verſi. ſed quid ſi iudex. & dom. Flor. in l. qui occidit, ff. ad leg. Aql. & quę dixi in l. i. in prin. in xiij. col. ff. de q. verſi. ſunt tamen &c. Sed vltra prædicta poteſt quęri quid erit in illo iudice,

dice, qui fecit ligare reũ, vt eũ
90 torqueret, † & talis reus fuit male ligatus, ex quo cecidit, vel ſibi fregit brachium, an talis iudex teneatur: dicas ꝙ ſic, ꝙ tenetur de culpa. ita dixit Pau. de Caſt. in l. ſi vt certo. in §. nunc viden. in fi. ff. commo. Modo vltra ꝑmiſſa nolo omittere aliqua iudicio meo non omittenda, quæ tñ melius cõueniſſent materiæ indiciorum: de qua dixi ſatis ample et diffuſe. in. §. diligenter. ſupra proxime. ideo tene menti ꝙ ille, qui conuerſatur cum malis & iniquis hominibus, ex tali conuerſatione habet contra eum indicium
91 † iniquitatis, & delicti cõmiſſi: & ideo ſi cõmiſſum ſit homicidium, & Titius ſit ſolitus cõuerſari cum homicidiariis, ex tali conuerſatione habebit contra eũ indiciũ dicti homicidij. ita dixit Ang. de Aret. in trac. maleficio. in verbo, fama publica. in ij. char. in ver. quæro an vnũ indicium. vbi dicit, ꝙ qñ commiſſum eſt maleficium, bonus iudex inquiret cũ quibus, & per quæ loca conuerſabãtur delati, ſeu inquiſiti, quos torquere intẽdit: qm̃ mala conuerſatio eſt malæ operationis indicium: allegat. ff. de adminiſtra. tut. l. ſi plures. in. §. quãuis. quia
92 ex mala † conuerſatione bonus efficitur malus vel vitioſus. vt l. ædiles. in. §. Pedius. ff. de ædil. edicto. & idẽ tenet d. Augu. de Ari. in addi. in d. verſic. quæro an vnum indi. & ibi dicit ꝙ hoc idem dixit Gandi. in trac. ſuo maleficiorum. ſub rub. de quęſtio. in ver. q̃ debeãt præcedere quæſtiones &c. Itẽ teneas ẽt mẽti vnum aliud no-
93 verbum: videlicet, † ꝙ ſi ſepe ritur aliquis occiſus in vna domo, et ſocius ſuus tacet & nihil dicit. tunc talis taciturnitas facit indicium cõtra eum, ex quo poterit poni ad torturam. ita multum nota, dixit Ludo. Ro. in l. excipiuntur. in fi. ff. ad ſylla. quem refert & ſequitur do. Augu. de Ari. in ſuis addi. ad trac. Ang. de Aret. ſuper maleficijs. in verbo, fama publica præcedente. in viij. char. in j. addi. inci. tu autem in hac materia adde de iſta q. quã poſuit Io. And. &c. Ego autem non habeo hanc doctrinam pro expedita, per ea quę dixit do. Paris de Puteo in tractatu ſuo ſyndi. in xcix. char. in ij. col. & per ea, quæ dixi ſupra in. §. diligenter. nu. cl. & nu. clj. vbi omnino videas. Et per iſta ſit expedita præſens materia torturæ, quæ in criminalibus eſt maximi momenti, & importantiæ, vt notum eſt. Hyppolytus.

SVMMARIVM.

1 *Reus poſt torturam non ſtatim reaſumendus vt confeſſionem ratificet.*

2 *Reus ſufficienter tortus an iterum torquendus. 5. & 18.*

3 *Tortura leuis non dicitur tortura.*

4 *Vacillatio an ſit de per ſe ſufficiens ad torturam.*

6 *Confeſſio erronea etiam ſæpius iterata poteſt reuocari.*

7 *Teſtis varii ter examinati depoſitio an ſuſcipiatur, & quæ.*

Iudex

8 *Iudex torquens vltra tres vices temporibus diuerſis, dicitur immoderate procedere.*

9 *Indicia ſecunda per quæ reus repetitur in tortura, debent eſſe diuerſi generis.*

10 *Regula, infinitas eſt vitanda, in quibus locum habeat.*

11 *Præſentatio prima an liberet vadimonium de iudicio ſiſti. Et quid de illo, qui promiſit pręſētare toties quoties.n.12.13.*

14 *Arbiter habens facultatem tēporis prorogandi in compromiſſo, bis tantum poteſt prorogare.*

15 Securitas *eundi & redeundi conceſſa, an intelligatur pro prima tantum vice.*

16 Licentia *intrandi clauſtrum monialium conceſſa, primam tā tum vicem admittit.*

17 Emptor *fructuum an debeat habere fructus qui ſecundario in eodem anno creuerunt.*

19 Confeſſio *facta extra iudiciū, an faciat indicium ad torturā.*

20 Confeßio *in criminalibus an ſemper ratificanda.*

21 Conſequentia *non tenet, pro tali habetur, ergo talis eſt.*

22 Verbum, *habetur, eſt nota improprietatis.*

23 Statuta *in odioſis & pœnalibus ad caſum fictum nunquam extenduntur.*

24 Statutum *loquens in maiore, an habeat locum in maiore ex priuilegio.*

25 Reus *qui delictum confeſſus eſt, an poſſit ſuam confeſſionem reuocare pertextus erroris.*

28 Reus *confeſſus de ſe crimen, an poſſit ſine nouis indiciis repeti in tortura.*

29 Reus *habens contra ſe indicia indubitata, an poſſit ſine aliis probationibus plecti capitaliter. Et ponitur exemplum. nu. 30. Et quid ſi ſit impubes. numero 31.*

32 Præſumptio *violenta neminē damnat criminaliter.*

33 Pœna *ex ſolis præſumptionibus debet eſſe mitis.*

34 Indicia *indubitata quæ ſint.*

35 Reus *quando dicatur in ſua confeſſione perſeuerare.*

36 Perſeuerare *ex diuerſis temporibus idem eſt, quod pluries confiteri.*

37 Perſeuerantia *quid ſit.*

38 Reus *quo caſu poßit ſine ratificatione condemnari.*40.

39 Confeßio *cauſa pietatis facta an poſſit parere effectum abſq; perſeuerantia.*

41 *Probatio delicti plena contra reum tollitur per torturam cōſtanter paſſam.*

42 Reus *confeſſus poſt tormenta repetita quæ repeti non debuerant, an plectendus.*43.

44 Citatione *non legitime facta proceſſus, & inde ſequentia*

ſunt nulla. 45.

46 Denuntiatio criminis perperam facta, inquiſitionem inde ſequutam eneruat.

47 Accuſatus a bannito cui tempus banni lapſum eſt, an habeatur pro confeſſo ex forma ſtatuti de habendo contumacem pro confeſſo.

48 Reo conſtanter quæſtionem paſſo, iudex quid facere debeat non moleſtetur in ſyndicatu.

49 Tortus non confeſſus an & quando debeat relaxari, & abſolui. nu. 50.

51 Iudex nolens reum fideiuſſoribus relaxandum relaxare an teneatur actione iniuriarum in ſyndicatu.

52 Condemnatio an ſequi poſſit ex deductis in inquiſitione quæ non fuerũt ſpecialiter prolata.

53 Statutum puniens delictum commiſſum in ſtrata, et inquiſitio dicit commiſſum in via, nõ punit inquiſitum. Et quid de inſtigante, cuius inquiſitio dicit illum mandaſſe delictum committi. nu. 54. 55.

56 Statuti qualitates ſpecifice probande priuſquam pœna illius locum habeat. nu. 57.

58 Inquiſitio requirit probationẽ omnium contentorum, alias corruit. Idẽ etiam de ſententia iudicis. nu. 59.

60 Probationes factę contra accuſatum de vulnere, quando non præiudicent accuſato.

61 Probatio licet habeat intellectus ambiguos, ſi tamen eſt concluſiua in omni intellectu, prodeſt probanti.

62 Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus deliquit. 69.

63 Vim vi repellere quatenus liceat.

64 Aggreſſorem occidens etiam ſe non defendendo mitius punitur. Nec peccat ſi aggreſſor percuſſerit. nu. 74. 85.

65 Percuſſus inſequens vulnerãtem, qui fugiebat & eum occidens, an teneatur vt homicida.

66 pœna tẽperãda in eo, qui dolore accenſus deliquit.

67 Dolus in dubio non præſumitur in eo, qui faciendo actum licitum exceſſit modum, in culpa tamen eſt. 68.

70 Prouocatus ſemper ad ſuam defenſionem feciſſe pręſumitur. numero 72.

71 Percutere incipiens ſemper in culpa dicitur & animũ repercutiẽdi habere dicitur. nu. 73.

75 Clericus in altari aggreſſus, & ſe defendendo aggreſſorem occidat, poſt ſtatim ad altare redire.

76 Defenſio tanquam iuris naturalis competit etiam brutis. Quæ per principem tolli non poteſt, nec per papam. nu. 77.

78 *Statutum tollens defenſionem intelligitur de ciuili non autem de naturali.*

80 *Prouocato iura adeo fauent, vt de occiſo aggreſſore in defenſione non puniant de homicidio.* 81. *Et contra aggreſſorem præſumuntur nu.* 82.

83 *Verbera non dantur ad menſuram, & nemo in defenſione modum tenere poteſt.*

84 *Metus improuiſus inſtanti periculi rectum iudicium tollit & conſilium deliberandi.*

86 *Prouocatus quando non teneatur fugere, ſed reſiſtere, & ſuam tueri ſalutem.*

87 *Fugare aliquem eſt iniuria. Maxime nobilem, qui non tenetur dare terga fugæ.nu.* 88.

89 *Famam propriam negligens crudelis eſt.*

90 *Caſtigandi modum excedens tenetur tantum pro percuſſionibus in quibus modum exceſſit.nu.* 92. *&* 93.

91 *Initium attenditur vbi de delicti executione agitur.*

94 *Homicidam condemnare capitaliter quem impulit iracundia in iudicis poteſtate eſt. numero* 95.

96 *Delictũ capitale minoris qua pœna puniendum.*

97 *Conſuetudo mala excuſat delinquentem a pœna.*

98 *Notarios a pęna falſi excuſat conſuetudo.*

99 *Ius diuinum poteſt moderari per principem.*

100 *Ius diuinum dicitur ius naturale.*

101 *Ius naturale per principem etiam ſuppleri non poteſt.*

102 *Conſuetudo contradicens iuri diuino, naturali vel gentiũ dicitur vſurpacio.*

103 *Conſuetudines malæ ex longo tempore non confirmantur.*

104 *diſpenſatio propter multitudinem perſonarum inducitur.*

§. QVONIAM regulariter poſt confeſsionẽ factam in tortura deuenitur ad ratificationẽ ipſius cõfeſsionis: iõ aliqua ſunt videnda, & examinanda circa ipſam materiã ratificationis, Et ideo ſcias qñ præcedẽtibus legitimis indicijs reus cõfeſſus eſt delictum in tortura, non reducitur ſtatim ad banchum iuris ad ratificandã illã cõfeſsione, †quã fecit in tortura: ſed
1 reponitur in carceribus, et poſtea elapſis aliquibus diebus, quãdo veriſimiliter ceſſauit dolor torturæ, vel aliorũ tormentorũ, reducitur ad banchũ iuris ad ratificandum. ita dixit Angel. de Are. in trac. maleficiorũ. in verbo, fama pnblica. in xiiij. char. in ver. poſtq̃ aliquis &c. vbi dicit, ꝙ aliqui ſunt iudices, qui faciunt malefactorẽ, poſtq̃ eſt cõfeſſus delictũ ĩ tormẽtis, ſtatim ad bãchũ iuris ratificare: & di-

cit ꝙ male faciunt:quia adhuc
ineſt dolor,& metus tormento-
rũ:quia antequã ducatur ad ra-
tificandum,debet eſſe interual-
lum. ita ſecundũ eũ dixit Iac.
Bu.Bal.& Saly.in l.ij.C.quod
met.cau. & ibi ẽt Ang. & Ia.
Bu.in l.ij.C.de cuſt.reorũ. vbi
dicit,ꝙ tortus debet quieſcere,
ſaltem per vnã diẽ naturalem
poſt torturã, antequã ducatur
ad tribunal,vt ratificet.Et ceſ-
ſato dolore, ducitur poſtea ad
banchũ iuris publice corã iudi
ce,& notario, & corã publicis
perſonis, vt illud quod ſecrete
dixit in tortura cõfirmet, & in
publicum cõfiteatur. ita dicit
tex.& ibi Ang.& Saly. in d.l.
ij.C.de cuſto.reo.& Bart. in l.
j.in.§.diuus Seuerus.ff.de qõ.et
ibi ego dixi in vlt.colũ. verſ.
quærit vlterius Bart. Et circa
hanc materiã vide do.Aug.de
Ari.ĩ ſuis addi.ad An. de Are.
in trac.ſuo maleficiorũ.in ver-
bo,fama publica.ĩ d.ver. poſt-
quã aliquis &c.vbi alleg. Gã-
di.et alios,de quibus ibi per eũ
ſatis late loquentẽ. Et ſcias in
practica,ꝙ qñ reus eſt deductus
ad banchũ iuris ad ratificandũ
ꝙ tunc iudex debet ibi palam,
& publice facere, ꝙ notarius
maleficiorũ legat, & vulgari-
zet & inquiſitionẽ,& eius con-
feſsionẽ,& debet notarius dice
re ipſi reo, ꝙ bene aduertat ad
id quod dicitur,& ſibi legitur:
nam ibi tractatur de vita ſua.
et ideo ſi illud,quod eſt confeſ-
ſus,eſt verũ,illud confirmet: ſi
aũt non eſt verũ,illud neget &
improbet: Tunc lecta & vulga
rizata ipſi reo dicta inquiſitio-
ne, & confeſsioneq́; ſi ipſe reus
dicit,ꝙ confeſsio, quã fecit eſt
vera, dicitur eã ratificaſſe, &
approbaſſe, & perſeueraſſe in
ſua confeſsione. Et tunc iudex
dicit notario maleficiorũ, qui
fuit rogatus de dicta confeſsio-
ne, & ratificatione illius rei.
Sis rogatus,qualiter audita cõ-
feſsione,& ratificatione iſtius,
puta Titij inquiſiti. Ego ſtatuo
ſibi x.dies ad faciendũ omnem
& quãcunq; defenſionẽ ſuã,quã
facere vult,põt & intendit: qm̃
finito dicto termino,ſi nõ fece-
rit legitimã defenſionẽ,faciam
eũ decapitari, vel aliter mori,
ſecundũ formã iuris, & ſtatuto-
rũ.Quo facto in præſentia dicti
notarij,& teſtiũ eũ reum de no-
uo conſignat militi ſuo, qui eũ
ducit ad carceres inferiores,
vbi oẽs poſſunt eum alloqui.Si
vero ipſe reus tortus negat ad
banchũ iuris,& dicit cõfeſsio-
nẽ,quã fecit in tortura, non eſſe
verã,ſed factã eſſe propter cru-
ciatũ torturæ.Et tunc an iudex
poſsit de nouo torqueri,in hoc
2 plura ſunt dicenda. † Et ideo
ſcias,ꝙ ſi talis reus fuit ſufficiẽ-
ter tortus,ꝙ nõ poterit de nouo
torqueri, niſi ſuperueniãt noua
indicia: qa illa prima indicia
fuerunt purgata per torturã,ita
habetur.in l.repeti.ff.de qõ.&
ibi dixi poſt alios in j. colũ. &
habetur.in l. vnius.in.§.j. eod.
tit. Si vero nõ fuit ſufficienter
tortus,tũc põt repeti in tortura
ẽt nouis indicijs non ſuperue-
nientibus,ita dixit Bal.in l. ij.
C.quorũ app.non recip.vbi di-
3 cit ꝙ† leuis tortura nõ dicitur
tortura. Et dixit Cyn.in l. fin.
C.de quæſtio. ꝙ aſſeſſores, qui
repetunt tormenta ſine nouis
indicijs,vel ſine nouis argumẽ-
tis, non habent Deum, nec le-

ges

ges præ oculis. de qua materia plenius habetur in l. repeti. ff. de quæſtio.& per Saly. in l.ij. C.de cuſt. reo. & per. Dyn. in trac. de quæſtio.in ver. quid ſi aliquis fuit ſemel tortus &c.& per Ang.de Are.ĩ trac. maleſi. in verbo,fama publi.& ꝑ Bal. in l.milites.C.de qõ.& ꝑ Alexan.in conſi,ſuo clxxvj.incip. in cauſa angelorũ.in pen.colũ. in ij. volu. & in l.j.§.diuus. ff. de quæſtio. Et in hac quęſtione vide Bal.in l. bonæfidei in iij. col.C.de reb.credi.in verſi.itẽ quæro de confeſsione &c. vbi dicit,ꝙ reus,qui in tortura cõfitetur, poſtea ad bãchum iuris negat illud cõmiſiſſe,poterit de nouo torqueri: quia ex prima ſua confeſsione remanet ſemiplena probatio:vt voluit gloſ. ſecundum eum in l.ij. C. de cuſto.reo.Et ideo dicit,ꝙ niſi ipſe reus reuocans talẽ cõfeſsionẽ ſuã probet contrariũ,cõpellitur perſeuerare ĩ dicta ſua cõfeſsione, pro quo adducit quod no.Inno. in c. per inquiſitionẽ. extra de elec.Sed idem Bal.in l.ij.C. de cuſt.reo. aliter dicit in hoc articulo videlicet,ꝙ qñ in confeſsione reus non perſeuerat tacite, vel expreſſe, ſed reuocat eam, ꝙ tunc ſi ſunt aliqua indicia pro reuocatione, admittitur reuocatio. alleg.l.j. §.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.Si autem apparent aliqua indicia facientia contra eum:tunc non admittitur reuocatio,quia vbicunque poteſt quis cogi confiteri,nõ admittitur reuocatio: ſed iſte põt cogi cõfiteri vigore dictorum indiciorum ſuperueniẽtium contra eum , ergo fortius poteſt cogi perſeuerare in confeſsione. Sed vbi nulla indicia apparẽt pro vel cõtra, tunc vř,ꝙ iſta reuocatio non procedat,niſi error allegetur,& probetur,vel nõ ſtarei per allegantẽ,ſed per iudicẽ,quo minus ꝓbaretur.vt l.de ætate.§.fi.ff.de interrog.act.& facit quod not. in l.ictus fuſtiũ.ff.de his qui notan.infa.ita dicit Bald. in l.ij. C.de cuſto.reo.Et dicta Bal.in dictis duobus locis. refert & approbat d.Fran.Bru.in trac. ſuo.de indi.et tortu.in xiij.car. in iiij.colũ.vbi dicit ꝙ iſta diſtinctio Bald.eſt elegans.& dicit ꝙ ita debet intelligi quod no.ipſe Bal.in l.fi.C.de proba. Et dicit,ac cõcludit ipſe d.Frã. ꝙ hoc caſu poterit cogi reus ꝑ repetitionẽ tormẽtorũ in ſua cõfeſsione primo facta perſeuerare. Et idẽ cẽ tenet Ang.de Are. in trac.ſuo maleſi.in verbo.cõparuerunt dicti inquiſiti,& negauerũt totũ.in ij.colũ.in prin. Et idẽ tenet Alex. ĩ apoſtillis. in l.repeti.ff.de qõ. & do. Paris de Puteo in ſuo trac.ſyndi. in cviij.char.in ij. col.ver. viſo de repetitione.& in eo.trac. in c.char.in ij.& iij. colũ. vbĩ plura allegat. Et pro hac opinione quam ſequor, quod vigore dictæ primę cõfeſsionis poſſit reus repeti in tormentis ad perſeuerandũ in dicta ſua prima confeſsione, vltra doc. facit duplex ratio:prima eſt,quia non poſſumus dicere,quod talis reus primo confeſſus, & poſtea negans non ſit varius & vacil-
4 lans. Sed†variatio ſeu vacillatio eſt ſufficiens indicium ad torturam de per ſe: vt dixi late in l. de minore . in.§. plurium.in v.colum.ff.de quęſtio

& in l.ex libero.in prin. eo.ti. & in ſing.meo.ciiij.incip. varietas &c.& ſupra , in §.diligenter.nu.lxxiiij.& nu. xcviij.ergo tanquam nouum indicium ſuperueniens contra ipſum reũ ſemel cõfeſſum poterit iterum torqueri. Item alia etiam ratio concurrit,videlicet,quia ſi diceremus , ꝙ confeſſus delictum in tortura legitimis indicijs præcedentibus poſtea ductus ad banchum iuris ad ratificandum negaret, ꝙ non poſſet repeti in tormentis , ſequeretur ꝙ raro,vel nunquam punirentur rei: & vt plurimũ furca, & miniſter iuſtitiæ perderent tempus ſuum : quia quilibet reus alicuius criminis ſciẽs ſe non poſſe vlterius torqueri, negaret illud , quod confeſſus eſt dicẽdo inter ſe: Ego paſſus ſum dolorem, & tormentũ, quod pati debeo: ſi nego , ſum ſecurus et tutus a periculo mortis . Et ideo multi , & multi ſunt, qui ſcientes ſe poſſe iterum torqueri ratificant primã ſuã confeſsionem,quod non facerent,ſi ſcirent non poſſe torqueri. Et de hac materia dixi etiam late in l. repe.in iij.col. ff.de quæſtio. vbi omnia ſupra dicta quaſi de verbo ad verbũ poſui. Sed ſucceſsiue quæri poteſt de notabili quæſtione , videlicet, poni ꝙ reus fuit poſitus ad torturam præcedentibus legitimis indicijs:qui confeſſus eſt crimen commiſiſſe,de quo eſt inquiſitus, poſtea debito tempore ductus ad banchũ iuris ad ratificandum,negat illud quod confeſſus eſt: quo ſtante vigore dictæ ſuę confeſsionis,& aliorum,quæ ſupra dixi
iterum fuit tortus, qui in tortura iterum confeſſus eſt commiſiſſe delictum,poſtea ductus ad banchum iuris , iterum negat illud delictum commiſiſſe: ſed dicit ꝙ illud , quod confeſſus eſt,fuit confeſſus propter dolorem torturæ.Poſtea iterum poſitus ad torturam iterum confitetur.poſtea ad banchum iuris iterum negat , vt ſupra , an
5 † hoc caſu poterit iterum tor-
quæri.Circa ꝙ reperio do.Pa.
de puteo in trac. ſuo ſyndic. in
cviij.char.in iij.col.dicentem
ſe hunc caſum habuiſſe in fa-
cto. & dicit ꝙ finaliter ipſe ta-
lem reum abſoluit, & liberauit
a tortura cũ cautione tamen fi-
deiuſſoria. Et ſubdit ꝙ confeſ-
6 ſio erronea etiam † ſępius rei-
terata põt reuocari, per l. j.C.
de erro.cal. vbi dicit Bal.ꝙ ẽt
ſi ſit reiterata, ſeu repetita, põt
infringi probato contrario.vt
in l.cũ falſa. C. de iur. & fac.
igno.Et alia plura & plura ad
ducit de quibus ibi per eum.&
inter alia adducit Ang. in l.fi.
C.de quæſtio.vbi dixit ꝙ ſi te
7 ſtis † examinatus varius & tor
tus dicit vnum,deinde repeti-
tus dicit aliud , quod debet ter-
tio examinari , & ſtabitur illi
tertio dicto.per gloſſ.in d.l.fi.
C.de quæſtio.in verbo,alij. ad
ducit etiam Pau. de Caſtr. in
conſilio ſuo cxcvij. inci. viſa
inquiſitione circa fi. vbi dicit
8 ꝙ † iudex torquens vltra tres
vices diuerſis temporibus,dici
tur immoderate ꝓcedere.arg.
l.fideicõmiſſa.in.§.ſi quis x.ff.
de leg.iij.Et reſpõdet ẽt ipſe d.
Paris in loco pręallegato et dĩ
cit,ꝙ in caſu noſtro non poteſt
dici,ꝙ ſuperueniant noua indi
cia,

cia; ſcilicet, illa confeſsio: qa tortus confeſſus eſt, & deinde propter illam cõfeſsionem poſitus ad torturam, & deinde ꝓpter ſecundam confeſsionem eſt iterum tortus: quia ſecunda indicia, per quæ quis reperitur in tortura vel in alijs tormen-
9 tis, † debent eſſe diuerſi generis a primis indicijs. argu.no. in l.per hanc. C. de temp.app. & tenet Bartol. in l. vnius. in princ.ff.de quæſtio & in tract. ſuo de quæſtio. quæ omnia refert ad literam do. Paris vbi ſupra, de quo dixi ego in d.l. repeti.in iiij.col. Et vltra rationem ſuperius allegatam facit alia ratio non leuis iudicio meo, videlicet, ꝙ ſumus ĩ odioſis, & pœnalibus, in quibus fit reſtrictio: vt in regula, odia, cũ ſi. Ex quo ſequitur ꝙ magis vendicat ſibi locũ in iſtis odioſis illa regula, ꝙ infinitas eſt
10 euitanda, † vt in d.l. fideicommiſſa. in d.§. ſi quis decem. & in l.boues.§. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignifica. & in l. inter ſocerum.§.fina. ff.de pac. dota. & in l. cum pater. in §. pater certam.ff.de lega.iij.quę regula in pluribus diſpoſitionibus fauorabilibus habet locum, & obſeruatur: quanto magis eſt obſeruanda in pœnalibus & odioſis. Et ꝙ obſeruetur in pluribus caſibus ciuilibus, & fauorabilibus patet ex pluribus exemplis & doctrinis. Nam ſi aliquis promiſit ſub pœna aliquem præſentare
11 iudici ad ipſius mandatũ, † liberatur per primam præſentationem. ita dixit Benedi. de plum. in l.duobus. in §.primo, per glo. ibi in verbo, exhibuerit. ff.de iureiuran. & ibi Pau. de Caſtr. poſt eum: quos refert & ſequitur do. Alex. in conſilio ſuo ccclx. incip. breuiter in caſu &c. ſecundum ordinem meum. Et idem dixit Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de accu. in addi. incip. Odofredus &c. Et idem etiam eſt in illo, qui promiſit aliquem præſentare toties quoties opus fue-
12 rit. † nam talis liberatur bina præſentatione. ita dixit Ang. in l. ſi finita. in prin.ff.de dam. infect. & in l.ij.ff. de cuſto.reo. in.§.qui exhibendi. & in l. oratione. ff.de ferijs. & in l. veluti. in.§.hæc vox. ff. de eden. Ludo. Roma. in conſil. xv. incip. plura ſunt, quæ quæruntur, & idem dixit Alex. in conſilio ſuo cxlv. incip. quoniam abunde. in ij. colum. in ij. volu. Et facit optime dictum Bal. in l. ſi duo. in.§. ſemel. ff.de arbi. vbi dixit, quod ſi ſit promiſſa
13 pœna toties quoties † fuerit contra factum, ꝙ iſta promiſſio habebit locum tantum in bina contrafactione, vt bis tantum exigatur pœna ſi contra fiat. Et facit etiam dictum Bal. in c.ſua nobis. in fin. de appel. vbi dixit, ꝙ ſi data eſt poteſtas
14 † arbitro prorogandi tempus compromiſsi, ꝙ illud non poterit prorogare niſi bis. Et fa-
15 cit etiam. Nam † ſi alicui conceditur ſecuritas eundi, & redeundi, intelligitur pro prima vice tantum. ita dixit Ioan. de Pla. in l.j. C. de nauicu. lib.xj. quem refert & ſequitur d. Alexand. in d. conſilio ſuo ccclx. ſecundum ordinem meum incip. breuiter in caſu præmiſſo. in prin. Et ibi etiã ſubdit, ꝙ ſi

alicui concedatur licentia in-
16 trandi † clauſtrum monialiũ, intelligitur de vna vice tantũ: & allegat rationem dicens, ꝙ in materia reſtringibili, debet intelligi cõceſsio facta pro prima vice tãtum. allegat hoc voluiſſe. Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatu. quæſtio. clxxxj. incip. ꝙ per dictum fratrem Vbertũ. Et facit etiam not. verbũ Bald. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolut. matrimo. vbi dixit ſi
17 aliquis vendit vuas, † vel roſas viridarij, quæ fructificabãt bis in anno, quod emptor debet habere primas tantũ vuas vel roſas. Et facit etiam quod voluit Barto. in l. cum quidam. ff. de annuis lega. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator reliquit fratribus minoribus in feſto ſancti Franciſci vnam pitantiam, ꝙ intelligitur ſemel tantum. Et faciunt alia plura in propoſito iſto, quę ego adduxi in rep. mea rubr. ff. de fideiuſ. in ix. quæſtione: quæ omnia faciunt ad quæſtionem ſupradictam, vt reus vltra tertiam vicem non poſsit torqueri. Vlterius quæro de notabili alia quæſtione, videlicet pone ꝙ reus non per torturã, ſed ſponte confeſſus eſt delictũ, poſtea autem ductus pœnitentia illud negat, & non vult in tali ſua confeſsione perſeuera-
18 re: an iſto caſu poſsit † cogi per torturam ad perſeuerandum: in quo dubio puto fore diſtinguendum hoc modo videlicet, ꝙ aut iſte reus eſt maior xxv. anno. aut minor. Si eſt maior: tunc aut fecit hanc confeſsionẽ in iudicio, aut extra iudicium: ſi illam fecit in iudicio, & ſit veriſimilis, probabilis, & poſſibilis vt dixi in l. j. in §. ad quęſtionem. ff. de quæſtioni. & ſupra in §. poſtquã numero. 6. 7. & 8. & tunc nõ eſt opus alia ratificatione, ſed poteſt condemnari: cum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis niſi in condemnando. l. proinde. ff. ad leg. Aquil. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. l. qui ſententiam. C. de pœnis. cum ſimi. de quo dixi in ſing. meo ccj. inci. in cõfeſſum. & hanc partem & opin. firmiter tenuit Ioan. de Imol. in conſilio ſuo cix. incip. viſa inquiſitione. poſt prin. vbi dicit, ꝙ iſta eſt communis opinio. Aut iſte reus hanc confeſsionẽ huius maleficij fecit extra iudicium, & tunc non poterit condemnari ex tali confeſsione, ſed ex ea bene poterit torqueri, vt perſeueret in tali ſua confeſsione: quia confeſsio facta
19 extra iudicium, facit † indiciũ ad torturam. habetur per gloſ. in l. capite quinto. ff. de adult. de quo dixi in l. de minore. in princ. in ix. colum. ff. de quæſtio. & ſupra in §. diligenter. numero 76. Aut iſte reus quĩ ſponte eſt confeſſus delictum, eſt minor, & tunc dico quod etiam ſi ſponte ſit confeſſus delictum, etiam cum autoritate curatoris, attamen non poterit diffinitiue condemnari ex tali ſpontanea confeſsione, niſi eam poſtea approbauerit, & ratificauerit. Cum habeamus
20 quod † confeſsio in criminalibus regulariter debeat ratificari. vt dixi in l. prima, in §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. de quo etiam ſatis ample per Ange. de Aret. in tract. maleſi. in verbo, fama publica, in

xviij. charta.in verſi.poſtquã
aliquis,& ibi in addi. ad quod
vide omnino quæ ego dixi,ſu-
pra,in §. poſtquam. nume. 22.
Et non obſtat ſi diceretur, ꝙ
imo confeſsio minoris, cum cu
ratore non requirit ratificatio
nem,quando eſt ſponte facta,ſi-
cut confeſsio maioris, vt dixi
ſupra,attento ꝙ minor habens
curatorem faciendo actum,ha-
betur pro maiore. vt in l ſi cu-
ratorem habẽs. C. de in integ.
reſtitu.mino.& in l.clarum.C.
de auto. præſtan. & in authen.
ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uer.ven.cum ſimi.Quia reſpõ-
deo, ꝙ in caſu iſto non eſt ve-
rum, quod iſta confeſsio ſpon-
tanea minoris facta etiam cum
autoritate curatoris operetur,
vt non requirat ratificationem
ſicut confeſsio maioris, licet
dicatur, quod minor habens
curatorem habeatur pro maio
re: quia hoc nego, maxime in
tali caſu. Nam longa eſt dif-
21 ferentia, an quis † ſit talis,an
vero habeatur pro tali. Et vt
dicit regula: aliud eſt eſſe ta-
lis,aliud haberi pro tali.l.fin.
C. de interdicto matri. l.fina.
C. de his qui veniam æta. im-
pet.& voluit glo. in l.mercis.
la ij. ff. de verbor. ſignificat.
& d. Fely. latius in rubric.de
fide inſtrumento. Et in caſu
quo habeatur pro tali, confeſ-
ſio talis minoris non dicitur
vera ſed ficta. & hoc propter
22 verbum, habetur, † quod eſt
nota improprietatis: vt habe-
tur in l.j.§.deieciſſe. ff.de vi &
vi arma. Et ſtatuta maxime in
23 pœnalibus † & odioſis non
extenduntur ad caſum fictum,
vt habetur late per d.Fel.in d.
rubr. extra de fide inſtrumen.
in ij. col. ideo iſtis rationibus
teneo firmiter ꝙ confeſsio mi-
noris etiam cum curatore etiã
ſi ſit ſponte facta debeat ratifi-
cari,alias ei non noceat ad cõ
demnationem capitalem, ad
quod vide omnino quæ dixi ſu
pra, in.§. poſtquam.nume.22.
Et facit etiam ad prædicta.Nã
diſpoſitio legis, vel ſtatuti lo-
24 quens † in maiore, non habet
locũ in maiore ex priuilegio.
vt in d.l.fin. C.de his qui ven.
ætatis impet. Teneas menti:
quia hoc habui in facto his ꝓ-
ximis diebus, & hæc opinio a
iudicibus fuit approbata. An
25 aũt reus,qui confeſſus† eſt de-
lictum, poſsit reuocare ſuam
confeſsionem prætextu erro-
ris,dixi in l.j.§.ſi.in xviij.col.
ff.de quæſtio & ponit d. Paris
de Put.in tracta. ſuo ſyndi. in
ccij.char.in ij.col.in ver.teſtis
fuit tortus. & d.Iaſ.qui ſing.lo-
quitur in l.magiſtratibus. in ij.
col. ff.de iuriſdi.omn. iudic. &
do.Paris in dicto ſuo tracta. in
xxx.char. in iij.col.in verſic.
incip. an poteſtas qui miſit. Itẽ
quando reus præcedentibus in
dicijs indubitatis confeſſus eſt
in tortura cõmiſiſſe delictum,
26 & poſtea † ad banchum iu-
ris negauit, an poſsit cogi ite-
rum cum tortura ad perſeue-
randum in dicta confeſsione
ſua? vide quæ circa hoc di-
xi in l. repeti. in quinta col.
ff. de quæſtio. Et circa mate-
riam repetitionis torturæ tene
menti perpetuo vnum, videli-
cet,ꝙ quando iudex habet ali-
quem ribaldum in manibus,cõ
tra quem fama laborat:quod ſi
fuit per eum tortus ſufficiẽter,
& noluit

& noluit confiteri, adeo ꝙ vl-
terius non poſsit torqueri, quia
indicia ſint ſufficienter purga-
ta per torturam, ſi non ſuperue
niunt noua indicia: tunc caute-
la eſt vt poſsit de nouo pluries
torqueri. Nam hoc caſu iudex
debet ipſum reum interrogare
de dicto delicto, & de eius cir-
cunſtãtijs ſæpius, et facere ſem
per ſcribere dictum ſuum, &
nõ parcere calamo. & hoc mo
do inueniet ipſum reum variũ,
& vacillantem in dictis ſuis.
nam oportet mẽdacem eſſe me
morem: tunc ex tali variatio-
ne poterit eum iterum torque-
re, quia erit nouum indicium,
27 cũ † variatio faciat ſufficiens
indicium ad torturam, ita di-
xit Ange.de Aret.in tracta.ſuo
maleficio. in verbo, fama pu-
blica. in xvij. char. in verſic.
nono quæro &c.alleg.hoc vo-
luiſſe Bartol.in l.de minore.in
§.plurium, ff. de quæſtio. Sed
tu ultra Angelum, dicas ꝙ hoc
voluit etiam Bartol. in l. fina.
in ij.col.ff. de quæſtio. & Lu-
doui.Roma. in conſi.ſuo viij.
incip.viſo facto &c.circa prin
cip. de quo etiam ego dixi in
ſingul. meo ciij. incip. varie-
tas &c. & in d.§.plurium. in
v.colum. vbi prædicta limita-
ui niſi iudex torqueret reum
iniuſte indicijs legitimis non
præcedentibos, nam tali caſu,
ſi bene reus millies vacillaret,
non eſſet talis vacillatio ſuffi-
ciens indicium ad torturam.
per gloſſam ſingula.in l.penul.
ff.de quæſtio. ita dixit do. Au-
guſti.de Ari.in additio.ſuis ſu
per dicto ver. nono quæro, de
quo latius valde dixi in d.§.
plurium.in v.colum. Et teneas
bene menti in materia, quod
28 reus † confeſſus de ſe delictũ
commiſiſſe, poteſt ſine nouis in
dicijs repeti in tortura, vt ma-
nifeſtet mandantem. ita dixit
Ange.in l.& ſi certus.ff.ad ſyl
la. de quo latius dixi in §. di-
ligenter.numero 155.& in l.re
peti. in viij. colũ. C. de quæ-
ſtio. Quæro vlterius de vno,
an reus, qui contra ſe habet in
29 dicia indubitata, an † poſsit
condemnari ad mortem ſine
alijs probationibus: in quo do-
ctores fuerunt varij. Nam ꝙ
poſsit condemnari eſt tex. for-
malis in l. ſi qui adul. C. de
adul. & ibi doctores. & facit
c.afferte. de præſump. & facit
in argum.l. final. C. arbit.tu-
tel. & text.in l.antiquæ.C.ad
Velleian. & l.final.ff.ꝙ met.
cauſa. & in c. is qui. de ſponſ.
& c. quia veriſimile. de præ-
ſumpt.& probat tex.c.excom-
municauimus. in fine de hære.
& in l. indicia. C. de rei ven-
ditio. & in l. fin. C.de proba-
tio.& in c.ſciant cuncti, ij.qõ.
viij. & hanc partem etiam te-
net Spec.in tit. de probatio.in
§.videndum. verſi.decimoter-
tio,& ibi clarius, & apertius
Ioan. Andreas, & Bartol.in
l.ſecunda. ff. de fur. & Angel.
de Are.in tract. maleficiorum.
in verſicul. comparuerunt di-
cti inquiſiti, & negauerunt to-
tum. in iij. colum. Item pro
hac parte facit optime ꝙ vo-
luit Salic.in l. final.C.de pro-
batio. vbi dixit, quod ex iſtis
indicijs indubitatis poteſt de-
ueniri ad condemnationem, &
30 ponit exemplũ † de duobus ri
xantibus adinuicẽ: in qua rixa
unus percutitur, et vulneratur,

& teſtes

& teſtes examinati dicunt, ꝙ non viderunt quando fuit facta talis percuſsio: ſed viderũt eos adinuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa viderunt, ꝙ ille erat percuſſus & vulneratus, & dicit quod certe ex hoc reſultat indicium indubitatum, ex quo deueniri poteſt ad cõdemnationẽ, & iſtud dictum refert & ſequitur do. Franciſ. Bru. in tract. ſuo de indicijs, et tortura, in 5. car. in iij. colum. poſt me. & ibi etiam ponit quamplura exempla de indicijs indubitatis. de quo dixi ẽt in ſingu. meo cclxxxviij. incip. dixi tibi. & faciunt dicta per Ioan. de Imo. in l. fina. ff. de hære. inſtitu. & per Bald. in d. l. fina. C. de probatio. & in l. neque natales. in j. colum. eo. tit. & in l. quæcunque. C. de ſeruis fugit. in vlti. col. & in l. milites. C. de quæſtio. & per do. Pari. de Puteo in tracta. ſuo ſyndi. in xcv. car. in iiij. colum. cum ſeq. & facit dictum Bald. in l. excipiuntur. ff. ad ſyllania. vbi dicit, ꝙ ex multis indicijs reſultat plena

31 probatio † etiam ad condemnationem capitalem, etiam cõtra impuberem. & facit etiam dictum Baldi, in l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ met. cauſa. vbi dicit ꝙ ex pluribus indicijs, vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa criminali iudicari. & faciunt dicta per Bald. in l. fin. ff. de offi. procon. & per do. Philip. Decium in conſi. clxiij. incip. in cauſa &c. in vlt. colũ.

Sed contrariam partem ſcilicet quod quis non poſsit ex indicijs indubitatis condemnari tenuit expreſſe Gandi. in tracta. ſuo maleficiorum. ſub rub. de præſum. & indicijs indubitatis ex quibus condemnatio poteſt ſequi. in j. quæſt. & ibi circa fi. dicit quod omnes docto. qui erant Bononiæ tempore ſuo, & etiam alibi, dixerunt & concluſerunt pro hac parte, ſcilicet, quod ex indicijs indubitatis non poſsit ſequi condemnatio. & ita etiam dicit ſe vidiſſe vbique practicari, ꝙ talia indicia ſic vrgentia non ſufficiunt ad condemnationem pœnæ corporalis: ſed duntaxat pecuniariæ. & iudicio meo ipſe melius & copioſius examinat hanc quæſtionẽ omnibus alijs. quod dictum ſuũ refert & ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. ſuo cxcvij. incip. viſa inquiſitione. in vlt. colum. in prin. vbi ſubdit, quod propter iſtud dictum Gandi. nõ eſt diu, ꝙ quẽdam defendit a pœna capitali contra quem erant ita fortia indicia & indubitata, ꝙ animus & intellectus non poterat credere, quod alius feciſſet illud homicidium quam ipſe, et ideo dicit concludendum eſſe in benigniorem partem, ſcilicet in abſoluendo: cum etiam deducta in inquiſitione nõ ſint probata per ſpontaneam confeſſionem, nec per teſtes neceſſario concludentes. vt ibi latius per eum. Et illud dictum Gandi. & Paul. de Caſt. refert & approbat do. Barthol. Cepo. in conſi. ſuo vj. incipien. veritas &c. in iij. colum. Et hanc partem etiam tenet Angel. in d. l. ij. ff. de fur. vbi reprehendit Bar. ibi, & dicit ꝙ ex præ-

32 ſumptione † violenta nemo poteſt damnari criminaliter, maxime ad mortem, ſed bene ad

torturam

torturam. & idem tenet Imol. in l.fin.ff.de hære.inſti. & Ange.de Are. in tract. maleſi. in verbo,fama publica. i 2. char. in verſic. quæro an vnum indicium. & dom.Aug. ibi in addi. & Matthæ.in not.ſuo cxix. in cip. nota ꝙ præſumptio violenta. & hanc etiam partem approbat Ioan.And.in addi.Specu. in tit.de proba. in.§.videndum.in verſi.xiij. ſuperius alleg.licet ibi in princ.dictæ addi.dixerit cõtrarium. Et hanc partem etiam cum pluribus limitationibus firmat do. Fran. Bru.in tract.ſuo de indi.& tor. & in v.char. in iiij.colum.circa finem. de quo dixi latius in repe.mea. rub. C.de proba. in materia probationis quæ fit p præſumptionem.vbi videas.de quo etiam per dom.Phil. Dec. in conſil. ſuo clxxv. incip. in cauſa &c. in vlt.colum. Et pro ſupradicta opinione facit optime illud, videlicet, ꝙ quando aliquis damnatur ex præſumptionibus, tunc nũquam debet ſibi imponi vera pœna delicti,
33 ſed alia† mitior, vt voluit Inno. in cap. quia veriſimile. de præſum. de quo dixi late in l. repeti.in vj.col,cum ſeq. ff. de quæſtio.& ſupra.in.§.poſtquã. num. 50. Stante ergo hac concluſione pro vera, ꝙ ex indiciis indubitatis non poteſt quis condemnari ad pœnam corporalem, dico in quæſtione præpoſita,ꝙ ſi reus iquiſitus de crimine,de quo vertitur pœna corporalis confiteur præcedentibus indicijs indubitatis, & dicit ſe commiſiſſe delictum, vel contenta in inquiſitione eſſe vera: ſi poſtea ad banchum iuris negat, & non vult perſeuerare in tali ſua confeſsione, qđ hoc caſu poterit propter eius confeſsionem, in tortura, vt dixi ſupra repeti in tortura, vt cogatur perſiſtere in dicta ſua confeſsione: ſecus autem eſſet quando de delicto veniret imponẽda pœna pecuniaria: quia cum de tali caſu ex indiciis indubitatis poſſit quis condemnari, non debebit iterum torqueri,ſed poterit condemnari: quia ſatis eſt eſſe probatum maleficium ad hoc vt ſequi poſsit condemnatio, abſque eo ꝙ etiam exigatur confeſsio rei. per tex. in l. qui ſententiam. C.de pœ.& per ea quæ dixi in ſingu.meo cviij.in cip. alias fui interrogatus &c.
34 † Quæ autem ſint indicia indubitata. vide Gandi. in dicto tracta. & Ange. de Aretin. & Franciſ.Brun. & dom. Pari.in dictis locis. vbi ponunt plura exẽpla, & plures reſtrictiones & limitationes circa ipſam materiam. & vide ſupra,in §.diligenter. nume. 153. Quæro, dixi ſupra, ꝙ non valet cõfeſſio rei criminis, niſi ipſe reus in ea perſeueret: quæro ergo quando reus dicatur perſeuera-
35 te † in ſua confeſsione? in quo Bartol. in l.j.§. diuus Seuerus. ff. de quæſtio.dicit ꝙ tunc dicitur perſeuerare in confeſsione, quando poſt confeſsionem factam in tormentis reducitur in loco publico iudicij,ſcilicet ad banchum iuris, & ibi corã notario, & publicis perſonis confitetur, & ratificat ſeu confirmat ea,quę confeſſus eſt in tortura.ita dicit ꝓbari ex text. l. ij. C. de cuſto. re. de quo etiam habetur per cano. in ca. cum in con-

contemplatione, de regu. iuris
& per Baldum in l.ij.C. quorũ
ap.& per Angelum,& Imo. in
l.qui aliena.§.fina.ff.de acqui.
hęre. & per Bald.in rubri. C.
de nouo.cod.compo. & in l.j.
C. de confeſ.& in cap.j.§.iniu-
ria.in 6.colum.de pace iur.fir.
verſi. quæro vtrum ſemel &c.
& in l.ij.C. quod met. cauſ. &
glo.iiij.ff.de pign. actio. Abb.
in cap.fina. de confeſ. Et ſcias
36 † ꝙ perſeuerare ex diuerſis
temporibus idem eſt quod plu
ries confiteri, ſecundum Bald.
in prima conſtitutione codicis.
in vlti. colum.verſic.ſed tu in
hoc dic &c. Et dixit etiam ip-
ſe Bald.in l.quicunque.in pen.
37 col. C. de ſer. fugi. † ꝙ perſe-
uerantia eſt animi declaratio
iudicium ſic fuiſſe a principio.
de quo etiam per eum in l. qui-
dam. in ix.col.C.de iur. deli-
ber. & aliquid per Ange. Are.
in tract.maleſi.in verbo, fama
publica in xviij.char.in verſi.
poſtquã aliquis eſt captus &c.
de quo etiam dixi in l.j.in.§.di
uus Seuerus.in ij.colum. ff. de
quæſt. vbi etiã aliqua dixi cir
ca perſeuerantiam rei. Vlte-
rius teneas menti circa hãc ma
teriam ratificationis vnũ not.
dignum videlicet,ꝙ licet vt ſu
pra dixi,confeſsio rei in crimi
nalibus requirat perſeuerantiã
ſeu ratificationẽ,tamen ſi reus
38 primo confeſſus † fuiſſet deli-
ctum extra iudicium , & poſtea
legitimis indicijs pręcedenti-
bus illud idem delictũ confeſ-
ſus eſſet in tortura, ꝙ hoc caſu
poterit cõdemnari ſine alia ra
tificatione. ita no. dixit Ioan.
de Imol.in c.at ſi clerici.de iu
di. quod etiã melius & clarius
dixit d. Feli. in ca.olim.in vj.
col.in prin.de reſcri. & voluit
Iaſ.in l.magiſtratibus.i ij. col.
ff. de iu.omni. iudic. allegans
ad hoc gloſ.in l.c.v.ff.de adul.
Pro quo dicto faciunt optime
quę ego dixi ĩ ſing.meo ccccc.
incip. ſponſalia de futuro &c.
vbi omnino videas. Ex iſtis
adde.glo.& do. Alex.in l.c.5.
ff. de adul. vbi dixit, ꝙ licet
alias confeſsioni factæ in tor-
mentis, non ſtetur: in l.j.§.qõ.
ff. de quęſtio. tamen fallit niſi
de confeſsis præceſſerit bina
confeſsio extraiudicialis:quia
geminatio cõfeſsionis hoc ope
ratur.de quo etiam per Bar. in
l.cum ſcimus. C.de agricol. &
cenſit. lib. xj. de quo etiã dixi
in d.l.j.in d.§.diuus Seuerus.ff.
de quęſtio. & vide etiã quę di-
xi in d.l.j.§.quęſtioni.in ij.col.
ver. vlterius ꝓ limitatione eo-
titu . Et teneas menti vnũ not.
a ſimili, videlicet, ꝙ ſicut con-
feſsio facta metu tormentorum
non pręiudicat reo , niſi ipſe in
ea perſeueret, vt dixi ſupra, ita
39 nec confeſsio † ſeu renũciatio
factæ cauſa pietatis non valet
nec parit effectum, niſi confitẽs
in ea ꝑſeueret , ita dixit Abb.
in c.afferte.in j.col.de pręſum-
pti.quod dictum refert & ſequi
tur d. Alex.in d.l.j.in.§. diuus
Seuerus . & ibi ego dixi in ij.
col.in fi.ff.de q.Scias etiam in
hac materia repetitionis tortu
ræ, ꝙ non ſemper requirit̃ rati
ficatio,imo nec ẽt aliqñ eſt ne-
ceſſaria confeſsio ipſius rei ad
hoc vt poſsit ipſe reus condem
nari de delicto: & hoc accidit
qñ iudex contra ipſum reũ ha-
bet plenas ꝓbationes delicti.
40 †. Nã tũc põt ipſum cõdẽnare
ſine

ſine confeſsione, & ſine ratifi-
catione ſua. ita probat text. in
l.qui ſententiam.C. de pœnis.
& ibi doctores. & hoc voluit
Bald.in ca.ad noſtram per illũ
text. de prob.circa fi. & Bald.
in l.j.in fi. C.de iuram. calum.
& d. Alexan.in l. vnius. in.§.
reus.per illum text.ff.de quęſt.
& d.Franc. Bru.in tract.ſuo de
ind.& tor.in x.char. in j. col.
& d.Barthol.cepo.in conſi.ſuo
xxxij.incip.quidam ruſtici.in
x.col. de quo latius dixi in ſin
gulari meo cviij. incip. alias
fui interrogatus &c. Et adeo
eſt verum hoc, ꝙ non deueni-
tur ad torturam,nec ad confeſ
ſionem, nec ad ratificationem
ſtante probatione delicti, quod
dixit not. Alber.de Roſa.in l.
edictum.ff.de quæſtio.ꝙ ſi ple-
ne eſt probatum delictum con-
tra aliquem, ſi poſtea ipſe ſit
tortus ſuper ipſo delicto,& ipſe
41 reus ſtet conſtans † in tortura
& non confiteatur, quod tunc
tollitur illa probatio tanquam
non ſit vera: & hoc vult per
glo. ibi quam doctrinam refert
& ſequitur Batho.cepo.in con
ſilio ſuo xxxij.incip. quidam
ruſtici &c.in penul.colum.vbi
dicit,ꝙ iſtud etiam videtur eſ-
ſe de mente Bart.in l. vnius.in
§.j.ff.de quæſtio. & dicit quod
hoc etiam voluit Ange.de Are
ti.in trac. maleſi.in ver.com-
parent dicti inquiſiti,et negant
totum, & dicit quod hoc vidit
alias ſeruari Veronæ:& reſpō
det ad aliquos tenentes contra
rium. de quo etiam dixi in ſin
gu.meo. cclxij.incip. quod po-
tui nolui.& in d.l.edictum.in j.
colum. verſic. & teneas menti.
Scias vlterius ꝙ ſicut non ua-
let confeſsio facta in tortura
legitimis indicijs non præce-
dentibus: vt eſt gloſ. & ibi do-
cto.omnes in l.penul.ff.de quæ
ſtio. ita reus confeſſus poſt tor-
42 menta † repetita, quæ repeti
non debuerunt, non poteſt ex
tali confeſsione condemnari,
per.d.l.pen. cum glo.ff.de quæ
ſtio.ita dixit d.Paris de pu. in
ſuo trac.ſynd.in c. char.in iij.
col.ver. & ideo reus &c. quod
eſt no. ad materiam.l.repet.ff.
de quæſtio. Et teneas menti per
petuo, ꝙ non ſolum confeſsio
facta in tortura repetita, quæ
de iure non debet repeti, non
valet vt dixi,ſed etiam non ua-
lent omnia alia inde ſequuta
43 † poſt talem illicitam tortu-
ram. ita dixit do.Paris de pu-
teo in ſuo trac. ſyndica.in ci.
cha.in iij.col.ver.an confeſsio
torti. vbi ad hoc allegat plura
iura, de quibus ibi per eum.
Pro quo dicto facit glo. not.in
l.ſi accuſatoribus in glo.fi. C.
44 de accuſ.quæ dixit, † quod ſi
citatio non eſt legitime facta,
proceſſus & ſententia, & om-
nia inde ſequuta ſunt nulla. Quã
glo.refert & ſequitur Bald. in
c.ſi clericus.in j.col.de pace te
nen.& in l.cum fratrem.in vl-
ti.col.C.de his qui. vt indi. &
in conſi.ſuo clxiij.inci.præſup
poſito.in iij. vol. Pro qua glo.
facit quod voluit Bald. in au-
then.omnes. C. ſi minor ſe ab
45 hæred.abſt.vbi † dixit.ꝙ ubi
eſt vitium in citatione nunquã
valet proceſſus in pręiudicium
abſentium.Et facit optime ſin
gulare verbum Bald. in addi.
Spe.in tit.de inquiſitione. in j.
46 ver.vbi dixit,† ꝙ ſi non va-
let denuntiatio maleficij, non
valet

valet etiam inquiſitio propter eam formata tanquam acceſſoria: quod dicit ſumme not. eſſe. Pro quibus etiam facit notabile verbum Bald. in l. ſi filius. ff. de inter. acti. vbi dixit, ꝙ ac-
47 cuſatus a bannito † qui ex forma ſtatuti audiri non debet, licet patitur ſibi labi tempus & terminum banni, tamen non habebitur pro confeſſo ex forma ſtatuti volentis, ꝙ contumax habeatur, pro confeſſo quod dictum refert & ſequitur Catal. in tracta. ſyndi. in ver. cccxc. incip. adde ꝙ accuſatus. de quo etiam dixi in repe. mea. l. de vnoquoque. in xi. col. ff. de re. iud. & in repe. mea rub. ff. de ſi deiuſ. in l. q. prin. pro quibus etiam faciunt quæ dixi in d. repe. mea. l. de vnoquoque. in x. col. de re iud. & infra in §. ſecũda quæſtio. nu. 87. Ex quibus poſſumus inferre, ꝙ ſicut corruente principali corruit acceſſorium: vt in reg. acceſſorium. de regul. iuris. cum vulg. ita & econtra, videlicet, quod corruẽte acceſſorio corruit principale quandoque, vt in ſupradictis exemplis. Quæri modo poteſt pone quod reus vel cum tortura, vel cum teſtibus purgauit omnia indicia contra eum exiſtentia, & ſimiliter purgauit ſecunda indicia, per quæ in eum fuit repetita tortura: vt q̃a fuit conſtant & perſeuerauit in negatione, adeo ꝙ debet relaxari: tunc quid debet facere iudex, ut de tali relaxatione non
48 poſſit moleſtari in † ſyndicatu. in quo dicas quod iudex nõ debet eum tunc relaxare, ſed imo debet eum reponere in carceribus, & videre ſi poteſt habere noua iudicia: & ſi noua iudicia ſuperuenient, poterit de nouo torqueri: vt ſupra dictum eſt. Si autem non ſuperuenient noua indicta: tunc debet iudex aſsignare terminũ accuſatori, ſi proceditur per viam accuſationis, ſi autem proceditur per viam inquiſitionis, tunc debet aſsignari terminus denunciatori, vel ei ad cuius requiſitionẽ fuit captus reus, quod intra talem terminum debeat probaſſe & produxiſſe quicquid vult, & poteſt contra talem reum: alias elapſa tali dilatione ſi non fuerit aliquid de nouo adductum vel probatum, ipſum relaxabit ita dicit Ang. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica. in vlt. col. vbi ſubdit. ꝙ eſt bona cautela, ꝙ in relaxatione rei iudex faciat apparere in actis torturam eſſe adhibitã in perſona ipſius rei cum moderamine, ſecundum quod indicia contra eum exiſtentia requirebant, & ideo quia fuerunt purgata bene dicta indicia, & ipſe reus non fuit repertus culpabilis, iudex eum relaxauit & dicit hoc notari per Bar. in l. ſi. in prin. ff. de quæſtio. quod dicit eſſe notandum ne iudex aliter faciendo poſtea teneretur in ſyndicatu: quæ dicta refert & approbat d. Fran. Bru. in trac. ſuo de indi. & tor. in xiij. char. in ij. col. & ſubdit ꝙ ſi iudex torſiſſet aliquem indebite & iniuſte, ꝙ utatur hac cautela in relaxatione torti, videlicet, ꝙ blandis ſuaſionibus faciat ipſum confiteri, ꝙ fuit legitime tortus, & ꝙ de hoc faciat rogatum notarium, & hoc modo non tenebitur in ſyndicatu,

ad quod alleg. Cata. in tracta.
ſuo ſyndi. in iij. ver.& in ſe-
quenti.& dicit do.Fran. vbi ſu
pra,ꝙ Catal.dicit,ꝙ vidit hoc
practicari. de quo vide etiam
Gand.in tra.ſuo malefi.ſub ru-
bric. de quæſtio. & tor.in iiij.
col.in verſic.quid ſi tortus, &
vide etiam do.Pari.de Put. in
ſuo trac.ſyndi. in lj.char.in ij.
col.in ver. iudex inquirēs &c.
& d.Alex.in l.ij. in §.ſi publi-
co. in xiiij.apoſt. ff. de adul.
vbi dicunt,ꝙ in tali relaxatio
ne rei,debet etiam citari ſyn-
dicus cameræ, ſeu fiſci pro in-
tereſſe reipublicæ: & hoc ſer-
uatur et practicatur in hac ciui
tate Bononiæ paſsim , quando
relaxatur aliquis reus a carce
ribus.Et de hac materia an,&
quando tortus non confeſſus
49 † debeat relaxari & abſolui,
vide Salicet. in l. ea quidem.
C. de accuſati. & in l. ſi qui
adulteri. C. de adulte. & in l.
quiſquis.C.ad legem Iul.maie.
Et communis practica totius
Italiæ eſt apud peritos iuſdicē-
tes , vt in tali caſu accipiat fi-
deiuſſores a reo de ſe præſentā
do ad mandatum curiæ.& di-
cunt in mandato relaxationis:
talis reus carceratus,puta Ti-
tius,relaxatur pro nunc de car
ceribus &c.de qua etiam mate
ria vide per d. Pari.de Put. in
tracta. ſyndi. in cviij.char. in
iiij.col. verſi.& licet Bar.&c.
& in eodem trac. in ciiij.char.
in ſecunda col. verſic. quidam
latro famoſus &c. in prin.vbi
aliquid dicit in materia . Et
ſcias ꝙ pendente agitatione p-
ceſſus criminis, licet regulari-
ter reus nō debeat relaxari de
carcere niſi ſequuta abſolutio-
ne diffinitiue per ſententiam,
vt habetur in toto titu.ff.& C.
de cuſt.reo.tamen quando ap-
paret ipſum reum eſſe finaliter
abſoluendum , vt quando pro-
ceſſus eſt publicatus: tunc etiā
ante ſententiam debet relaxa-
50 ri etiam † ſine fideiuſſoribus.
ita nota.dixit Bald.in l.ſed ſi
is.ff.de in ius vocan.vbi dicit,
ꝙ de hoc eſt text. in l. nullus.
C.de exhiben.reis.in verſi.do-
nec repererit &c. & ibi Bal.et
idem dixit ipſe Bal.in l.ſi quis
poſt accuſationē. ff.de teſtam.
pro quo eſt bonus tex. in l.qui
pœnæ. in.§.j ff.de manumiſ.&
hoc etiam firmat Lud. Roma.
in ſingular. ſuo ccccxc. incip.
accuſatus de crimine capitali
&c.quod eſt ſingul.notandum.
Nam quando tu es aduocatus
alicuius accuſati, vel inquiſiti
de crimine capitali , & patet
ex proceſſu , ꝙ ipſe venit ab-
ſoluendus & liberandus,vt qa
plene eſt probata innocentia
ſua:hoc caſu tu potes petere a
iudice,vt dictum reum relaxa
ret de carceribus , etiam ante
quam ſit liberatus diffinitiue
per ſententiam:& iudex tene-
tur eū relaxare, ſecūdum Bal.
in dictis locis.Et ego alias hoc
pluries practicaui , & obtinui
in contingentia facti . ad quæ
vide etiam omnino Iaſon in l.
naturaliter in xx. col.ver. &
per hoc deciditur. ff. de acqui.
poſ. & pro iſtis faciunt optime
quæ dixi in ſing. meo cvj. in-
cip. qui de proximo &c. Et
ſcias,ꝙ quando reus eſt fideiuſ
ſoribus relaxandus , ſi iudex
52 non vult eum relaxare , † po-
teſt cōtra eum agi actione iniu
riarum in ſyndicatu,ſecundum
Ange.

Angel.de Are.in ſuo tract. maleficiorum,in verbo, pro quibus Antonius fideiuſsit.in ver. & no. ꝙ ſi aliquis, vbi allegat Bar.in l.ſi vero pro condemnato.§.ſi.ff.qui ſatiſda.cog. & vide quæ ego dixi in repeti.mea ſub.ff. de fideiuſſo. in xxj. qõ. Redeundo modo ad principalē materiam ratificationis, videlicet,quando reus ad banchum iuris ratificauit confeſsionem delicti per eum factam in tortura, & quando habuit terminū ad faciendum ſuam defenſionem,an illi termino poſsit renuntiare:dicam deo duce infra in vij. q. extraordinaria, vbi plene hoc examinabo, Finito autem termino ſibi dato,& nulla facta defenſione, tunc iudex deuenit ad ſententiam diffinitiuam condemnatoriā hoc modo & hoc ordine.Nam in ſero, quando die ſequenti vult facere ſententiam diffinitiuam corporalem, ſignificat & intimat hoc reo,vt poſsit confiteri peccata ſua,& diſponere de bonis ſuis.Et ſecundum communē cōſuetudinem, Poteſtas facit expenſis ſuis cœnam ipſi re, & illa vere eſt cœna aſperiſsima, calamitatis,doloris, & cruciatus:quæ cœna parata portatur per militem Poteſtatis ipſi reo, & miles dicit ipſi reo,ꝙ Poteſtas mittit ſibi vltimam cœnā vitæ ſuæ, & quod ſe præparet ad mortem, & ad patiētiā:quia intendit eum in die ſequenti cōdemnare diffinitiue ad mortē, & fieri facere executionem. Poſtea ſeruatur,licet iſtud non ſit de iure, quod mādantur duo homines religioſi alicuius ſocietatis ſpiritualis, vel duo religioſi alicuius approbatæ religionis,vel duo laici de ſocietate Diſciplinatorum, qui tota nocte ſtant cum ipſo reo,& hortantur eum ad patiētiam, & ad bene moriendū: vt ſi perdit corpus,non perdat animā. Die vero ſequenti iudex de mane hora tertiarum ſolita,& conſueta in ſimilibus facit pulſare campanam ſolitam pulſari quando proferuntur ſententiæ capitales, & finito ſono campanæ facit Poteſtas conuocare omnes ſuos aſſeſſores, officiales,& iudices maleficiorum,& ante eū, & dictos omnes officiales ſedentes pro tribunali facit ducere reum cum manibus ligatis poſt terga, & ibi poſt eum eſt miniſter iuſtitię,qui debet eum exanimare & morti tradere, & tunc alta & intelligibili voce facit a notario maleficiorū legere ſententiam condemnatoriā,in qua apponit genus mortis,in qua condemnatus eſt, & quam pati debet ſecundum formam iuris & ſtatutorum,& ponit etiam locum ſiēdæ iuſtitiæ, ſeu executionis. Et lecta tota dicta ſententia,reus ducitur ad mortem per militem,& per familiam Poteſtatis, vel officialis ad locum iuſtitiæ & executionis deputatum,& ibi fit executio per miniſtrum iuſtitiæ abſque aliqua dilatione. Poſtea miles Poteſtatis,cui in dicta ſententia fuit mandatą dicta executio, facit relationem in camera actorū de dicta executione facta. Et hoc modo finitus eſt proceſſus & ſententia pariter in vita ipſius rei,& iuſtitia habuit locum & effectum ſuum iuris ordine ſeruato, vt

in ſimilibus conuenit. Et caſu
quo ipſe iudex proceſsiſſet con
tra ipſum reum iuris ordine nõ
ſeruato, non potuiſſet imponere
ipſi reo ordinariam pœnã deli
cti, vt dixi ſupra in §. conſtan-
te, nume. 100 quod hic non re-
peto &c. Aliqua tamen ſu-
perſunt neceſſaria, valde vti-
lia, & non omittẽda pro inſtru-
ctione iudicis, ne mortuo reo
poſsit ſibi obijci in ſyndicatu,
& ideo attẽde. Nam aut iudex
venit ad ſententiam condemna
toriam ex confeſsione rei, aut
ex probationibus teſtium fa-
ctis contra eum iuxta c. nos in
quenquam. ij. q. j. cum ſimi. Si
ex cõfeſsione ipſius rei ſeruã-
da ſunt quæ dixi ſupra in mate
ria confeſsionis, ad quæ me re-
fero. Si autem ipſe iudex perue
nit ad ſententiam ex probatio-
nibus factis contra ipſum reũ,
tunc aduerte: quoniam nõ om-
nes probationes ſufficiũt ad ta-
lem condemnationem diffini-
tiuam. Et ideo teneas bene mẽ-
ti ne erres, quando eris iudex,
ꝙ niſi ſpecialiter ſint probata
deducta in inquiſitione, vel ac-
52 cuſatione, † non poteſt ſequi cõ
demnatio, etiam ſi omnia ſint
probata excepta qualitate de-
ducta in ipſa accuſatione, vel
inquiſitione. Nam quando ali-
quid profertur in aliqua lege,
vel ſtatuto. vel diſpoſitione cũ
aliqua qualitate, debet nedum
res principalis probari, ſed ẽt
illa qualitas ad hoc vt conue-
niat verbis legis, ſtatuti, vel di
ſpoſitionis: alias illa qualitate
non probata, non diceretur le-
gitima probatio, ſecundũ Iaco.
de Aret. & Cyn. in l. ij. C. de
proba. & Ioan. And. in addit.
Specu. in titu. de accu. & in-
quiſitio. in rub. & glo. in l. cum
actum. ff. de nego. geſt. & habe
tur in l. qui iuraſſe. in. §. ſi pa-
ter. el ij. ff. de iureiuran. & in l.
Aretuſa. ff. de ſta. ho. & habe-
tur per Bar. in l. denuaciaſſe. in
§. quid tamen. ff. de adulte. &
per alios quamplures docto. in
pluribus alijs locis, quos ego
retuli in l. ſi quis ne quęſtio. in
xxvj. col. ff. de quæſtio. & vo-
luit Abb. in conſi. ſuo lxxviij.
incip viſo toto proceſſu. in ij.
colum. Et ideo dixit Ioã. And.
in c. j. de homi. in vj. in nouel-
la ſe ſemel euaſiſſe quendã prę
latum a pœna mortis, qui aſſaſ-
ſinauerat quendam hominem
Chriſtianum: attamen nõ fuit
probata illa qualitas, quod ho-
mo ille aſſaſsinatus eſſet Chri-
ſtianus, ſecundum quod requi-
rit tex. in d. c. j. de homi. in vj.
& per hoc fuit liberatus a pœ-
na mortis ille prælatus, licet
contra eum fuerit probatum di
ctum aſſaſsinamentum. ita re-
fert Ioan. And. in d. c. j. quã do-
ctrinam refert & ſequitur Bal.
in l. ſi quis non dicam rapere.
in iij. colũ. C. de epiſco. & cle.
& Pet. de Ancha. in conſi. ſuo
cclxxij. incip. de titulis crimi-
num. in j. col. in fi. & Ludo. Ro
ma. in cõſi. ſuo cxliiij. inci. in-
quiſitio præſens. circa prin. &
do. Alex. in conſi. iij. incip. in
cauſa & lite vertente. in iiij.
colum. in princi. in ij. volumi.
& in conſi. ccxxiij. incip. viſo
proceſſu. in j. colum. & in cõſi.
ccxxiiij. inci. viſo proceſſu. in
iij. char. in ij. colum. & in con-
ſil. clxxj. incipien. viſis & op-
portune. in ij. colum. in ij. vo-
lumi. & in conſil. cccvj. inci-
pien.

pien. viſo proceſſu. in vj. colū. & in conſi. ccclxxxv. incip. viſis & optime diſcuſsis in ij. colum. in quibus locis ipſe do. Alexand. refert, & ſequitur illam doctrinam Ioan. And. in cap. primo. de homici. in vj. in nouella, & illam etiam refert, & ſequitur domi. Felyn. in cap. auditis in penulti. colum. de præſcriptio. & in capit. ita quorundam. circa princi. de Iudæ. Pro quo optime facit dictum Paul. de Caſt. in l. ſi communem. §. j. ff. quemadmodum ſer. amitten. vbi dixit, quod ſi fit inquiſitio, vel accuſatio de crimine tanquam commiſſo tali tempore, vel loco: & probetur de alio tempore, vel de alio loco, quod debet ſequi abſolutio, licet ſit probatum crimen. Et facit ēt dictum Bartol. in l. pen. C. de priuileg. do. Aug. lib. xj. vbi
53 dicit, quod ſi ſtatutum† punit delictum commiſſum in ſtrata, & inquiſitio dicit delictū eſſe commiſſum in via, quod inquiſitus non poterit puniri. Et facit etiam dictum Bald. in l. ob hæc verba. ff. de his qui notan. infam. vbi dixit, quod ſi quis inquiſitus eſt, quod mandauit
54 delictum committi, † & probatum eſt, quod inſtigauit, vt delictum committeretur, quod non poterit condemnari: quia non eſt probatum ſpecialiter illud, quod in inquiſitione continetur, quod dictum refert, & ſequitur domi. Alexan. in d. conſi. ſuo 333. Et facit etiam ad prædicta. Nam ſi aliquis accuſat aliquem quod interfecit Titium, & poſtea probat, quod hoc fecit per aliū accuſans ipſe ſuccumbet, & proceſſus erit nullus. ita not. dixit Ioan. Monach. in regula, qui per alium de regulis iuris in vj. de quo dicto facit feſtum Bald. in cap. j. §. iniuria. in vlti. colum. in verſicu. pone accuſo te. de pace iuramen. firman. & domi. Felyn. in cap. mulieres. in penulti. colum. de ſenten. excom. de quo dixi in ſingu. meo. clxxxvij. incipien. qualitas appoſita &c. vbi etiā dixi pro hoc optime facere. Nam quotieſcunque ſtatutum, ſeu lex diſponit in aliquo caſu exprimendo aliquam qualitatem ipſius legis, vel ſtatuti, tunc agens ſeu fundans ſe ex tali lege, vel ſtatuto debet articulare, & probare qualitatem ipſius legis, vel ſtatuti, & ad hoc adduxi Angel. in l. vel necare. ff. quemadmodum teſtamen. aper. vbi dixit, quod
55 vbicunque optima opinio† teſtium eſt cauſa inductiua plenæ probationis, quæ alias plena non eſſet, tunc de plena, & optima opinione ipſorum teſtium eſt articulandum, & probandum. vnde dicit quod cum ſtatutum Bononiæ diſponat, quod ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium deceſsit, ſufficiat probatio per tres teſtes optimæ opinionis, & famæ, quod hoc caſu ſi quis velit probare mortem alicuius, qui deceſsit extra territorium, & illam probat per tres teſtes, quod tamen non erit probata mors, niſi probetur illos teſtes deponentes de ipſa morte eſſe optimæ opinionis & famæ. Et idem dixit Angel. in l. j. in §. ſi quis ne-

gét.ff. quemadmo. teſta. aper.
quem refert & ſequitur domi.
Alexand.in conſi. ſuo lxxxij.
incipien. in cauſa vertente, in
iij. colum. in j.volumi. Et il-
lud dictum Angel. in d. l. vel
necare, refert & ſequitur do.
Bartho.Cepo. in cõſi.ſuo lviij.
incip. Franciſcus.in vlti.colũ.
verſi. poſtremo &c. vbi conſu
luil ꝙ ſi ſtatutum punit abdu-
centem mulierem honeſtæ vi-
tæ, bonæ conditionis,& famę,
56 † quod iſtæ omnes qualitates
erunt probandæ, ad hoc vt ab-
ducens mulierem puniatur pœ-
na ſtatuti, alias ſi tales qualita-
tes non eſſent probatæ nõ poſ-
ſet abducens condemnari, etiã
ſi ſit confeſſus talem mulierem
abduxiſſe, de qua loquitur ſta-
tutum, de quo latius etiam di-
xi in d. ſingu. meo clxxxvij.
incip. qualitas &c. Et prædi-
ctis etiam adde Angel.in l.prę
tor.in.§.docere.ff.vi bon. rap.
vbi dicit, ꝙ ſi facta eſt accuſa-
tio de vulnere cum cicatrice,
57 †& non probatum ſit ſed pro-
batũ ſit vulnus ſimpliciter, ꝙ
accuſator ſuccũbet, de qua ma-
teria latius loquutus ſum in l.ſi
quis ne quæſtio.in xxij.col.in
ver.pro hoc etiam optime fa-
cit.& ibi in xxvij.colum.ver.
item pro prædictis optime etiã
facit.ff.de quæſtio. vbi omni-
no videas,& do. Philip. Deci.
in conſi.ſuo cclvj.incip. in cau
ſa inquiſitionis.in vlti.col. Cõ
tra prædicta tamen multum fa
cit quod dixit Bal. in l.ſi ea.C.
de adulte. vbi inquit, ꝙ ſi ali-
quis in libello accuſauerit Ti-
tium de adulterio, & probauit
de ſtupro, quod ſententia lata
ſuper ſtupro tenet, quod dictum
refert, & ſequi videtur Ioã. de
Ana.in c.licet Hely.in vlt.col.
prope ſi.de ſymo. Item contra
ſupradicta etiam tenuit Flo. in
l.ſi is cui via. ff. quẽadmo. ſer.
amit. & in l. in delictis. in.§.ſi
detracta.circa ſi.ff. de noxali.
Attamen prima opi. eſt magis
cõmunis,& videtur magis cõ-
currere cum naturali ratione,
vt de ſe patet, vide quæ dicam
infra in proxi.nu.61. Itẽ ſcias
ꝙ dictæ qualitates poſitæ in le
ge,ſtatuto,inquiſitione,vel alia
diſpoſitione ſunt probandæ vt
dixi, quod eſt verum, etiam ſi
per iudicem affirmatiue ſint po
ſitæ in ipſa accuſatione,vel in-
quiſitione, eo quia verba iudi-
cis poſita in inquiſitione, non
probant contenta in ipſa inqui
ſitione: & niſi talia poſita in
inquiſitione probentur, corruit
58 inquiſitio, † ſecundum Rapha.
Ful.in conſi.ſuo cvij.incip. ſu-
per eo.in ij.col. quem refert &
ſequitur domi.Philip.Deci. in
conſi.ſuo cclix. incip. in cauſa
inquiſitionis.in vlt.col. de quo
latius dixi ſupra in .§.conſtan-
te.nu.16. Pro quo facit etiam,
59 † nam verba iudicis poſita in
ſententia videlicet, viſo libel-
lo, litis conteſtatione, viſa cita
tione,& ſimilibus, non probat
illa, niſi aliter probentur, ita di
cit Barba.in c.cum in iure. in
xviij.colum.de offic. deleg. &
idem in citatione aſſerta a iudi
ce dixit Inno.in c.quoniã con-
tra.de proba.& Bart.in l.ſi.ff.
quãdo app.ſit.& in l.j. C. de ſi.
inſtru.& Spec.& Io.An. in tit.
de inſtru.edi.in.§.reſtat.ver.in
ſumma.& in tit.de proba.in §.
vidẽdum.ver. ſed pone iudex,
& voluit Alex. in conſi.386.
incip.

inci. viſo proceſſu. de qua materia habetur etiam per Soci. in conſi.ſuo xxxiij.inci. proſequendo ordinem in ij.colum.& conſ.lxvj.incip. fruſtra. in iij. & iiij.colum.& per Bal. in cõſil.cxcviij. inci.in cauſa dom. Gulielmi. in iij. volum.& per Abb.in conſi.ſuo vij.inci.tria. circa primum. in ij. colum. & in conſi.xviij. incip.in cauſa, alias inci. primo ꝙ communitas in j.& ij.colũ. & latius vltra omnes loquutus ſum ego in hac materiã. in l.j.in.§. ſi quis dicatur.in ij.& iij.colum.ff.de quæſtio. vbi omnino videas. Item teneas menti circa prædictam materiam vnum ſatis notandum videlicet,quod proba-
60 tiones † factæ contra accuſatũ de vulnere, non præiudicant accuſato ſi modo accuſetur de morte ſequuta ex dicto vulnere.glo.eſt in l.fin.C.ſi reus vel accuſat.mor.fue. ſuper verbo, obiiſſe. quam dixit ſingu. Bal. in repertorio ſuo in verbo, probatio.in pe. col.in ver. probationes factæ &c. pro quo facit dictum eiuſdem Bald. in d. reper. ſuo in verbo,proceſſus, in vl. ver. in fine. Teneas etiam menti,ꝙ licet illud,quod ſupra dixit ſit verum, videlicet quod niſi ſint ſpecialiter probata ad ducta in accuſatione, vel in inquiſitione, non poſsit ſequi condemnatio per iura & doctrinas ſuperius allegatas. Attamen ſi
61 probatio eſt verificabilis † & concluſiua in omni intellectu prodeſt probanti, licet habeat ambiguos intellectus.Ita colligit Gemi.ex verbis Ioã. And. in c.j.in vlt. col.de pact. in vj. Ex quo dicto infert d.Alex. in l.inter ſtipulantem.§.j. in vlti. col.ff.de ver.ob.quod ſi ego accuſo Titium, ꝙ occidit Seium, & teſtes ſuper hoc deponentes deponunt alternatiue dicentes, ꝙ eum occidit cum gladio, vel cum claua, licet videantur deponere incerte & ambigue,tamen quia vterq; intellectus cõcludit homicidium, habetur ꝓ probatione certa, quod eſt ſingulariter notãdum. quod dictũ refert & ſequitur do. Fel. in c. ex parte.el j.in xiij.col. de reſcrip. & Iaſ. in l.dedi.in j.col. ff. de cõdi.cauſa data cauſa nõ ſequuta.& idem tenet do.Phil. Dec.in conſi.ſuo ccxviij. inci. in caſu &c.in j.col. de quo etiã dixi in ſing.meo ccvj. inci. incertitudo. & latius in repeti. mea rub.C.de proba.in 74.col. in ver. & ideo ſi accuſo &c. Contrarium tamẽ expreſse tenuit Fede.de Senis in cõſi.162. incip.in quęſtione propoſita.& Pau.de caſ.in l.ſi communem. .§.j.in finalibus verbis.ff. quẽadm.ſerui.amit. & vide in materia Ang. de Are. in rub.inſti tu. de exceptio.in xvj. colum.

Vlterius etiam iudex licet habeat veras & plenas probationes delicti, tamen non ſemper debet ferre ſententiam condemnatoriam contra reum:ſed imo diligenter debet animaduertere, & cuncta diligenter rimari. Nam debet conſiderare & ponderare cauſam quare, & ex qua cauſa ipſe reus commiſerit delictum contra eum probatum, & contentum in inquiſitione. Nam plures ſunt cauſæ quæ excuſant reum a delicto, & ab eius pœna: vt ego poſui xxv.caſus in l.j. ff.de ſica. in

quibus occidens hominem nõ punitur pro ipſo maleficio. Et ideo ſcias, ꝙ licet probata ſit percuſsio contra aliquem reũ, attamen talis reus nõ debet puniri, ſeu cõdemnari ſi iuſta cauſa ipſum induxit ad delinquendum, vtputa ſi fuit prouocatus
62 † ab ipſo percuſſo, nam tunc iudex non poteſt, nec debet talem percutientem, vulnerantẽ, vel occidentem condemnare, ſaltem vera pœna delicti: quoniam ignoſcendum eſt ei qui ꝓuocatus deliquit. l. q cũ maior. §. ſi libertus. in verſ. ignoſcendum eſt enim ei qui prouocatus voluit vlciſci &c. ff. de bonis liberto. Pro quo eſt etiam tex. in clemen. j. de homi. & in l. ſciẽtiam. in §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & in l. j. in pri. ff. ſi quadru. paupe. fe. di. cum ſi mi. Pro quo facit tex ſingu. & aureus in l. ſi adulterium cũ inceſt. in §. Imperatores. in verſiculo, difficillimum enim eſt iuſtum dolorem temperare. ff. de adulte. ad quod etiam facit l. Gracchus. C. eo. titu. Et hanc partem tenet Specul. per illa iura in tit. de crimine per modũ except. opp. in §. in primis in ver. ſed quare, & idem per illa iura firmat Paul. de Caſtr. in conſilio cxcij. incip. in cauſa carceratorum. in vlti. col. vbi not. loquitur: Gandin. in tract. maleff. ſub rub. de pœnis reorum. in xxiiij. col. ver. pone etiam ꝙ plures homines. & Old. iu conſi. lxxj. inci. cõſueuit &c. in vlti. col. & in conſi. ſuo xvij. incip. nunquid &c. in prin. & d. Pet. Phi cor. in conſil. ſuo cciiij. incip. pro deciſione. in fin. in j. volu. Et pro hac opi. facit optime notabile verbum Specul. in titu. de accu. in prima parte. in §. j. in ver. quid ſi te uocaui latronem. vbi dicit ꝙ ſi te prouocaui dicto, vel facto ad iram, & tu dicto, vel facto mihi iniuriaris, quod non debes mihi ex hoc condemnari. arg. d. §. cum arietes. quod dictum refert & ſequitur d. Flor. in d. §. cum arietes. in vlt. col. in prin. & Ioan. de Ana. in c. ſignificaſti. el ij. in vlt. col. de homi. & Ange. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure: & ibi Iaſ. ante fin. & Alex. in conſilio cxix. incip. viſo proceſſu. in j. colũ. in vij. volu. & etiam refert, & ſequitur Ange. de Aret. in tracta. maleff. in verbo, verba cõtumelioſa. in ij. charta in ver. quid ſi aliquo dicto, vel facto &c. & ibi dicit do. Augu. de Ari. in addi. quod ſi cum verbis iniurioſis prouocaſti me, & ego non cum alijs verbis iniurioſis offendi te; ſed cum gladio, quod eſſet fortius, ꝙ debeo ſubueniri, ad quod alleg. Ang. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in d. §. Imperatores. per illum text. ff. de adul. Et idem aperte etiã dixit idemmet do. Aug. de Ari. in eodem tractatu. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in iiij. char. in addi. incip. tu autem in hac materia adde quod ideo videtur, quod ex ſolis minis &c. Pro quo faciunt ſing. verba d. Anto. in c. olim extra de reſtitu. ſpo. relata ab Augu. de Ari. in d. verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in iij. char. in vlti. addi. circa medium quẽ vide. Et faciunt etiam dicta per Ange. in l. illomet verbo. in iiij. char.

nec talis imploratio tempore excluditur. ita dixit Bald. in addi. Specu. in tit. de arbitro. in vj. col. verſi. duobus modis. de quo an tempore tollatur talis imploratio, vide glo, Bartol. & alios in l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. anno. & in l. querelã. C. de falc. & Bald. in l. ij. in. §. ſed quia noſtra. C. communia de leg. & in l. ij. in iiij. colum. C. de execu. rei iudi. & Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in v. colum. ff. pro ſocio. & Bal. in l. fin. in xij. oppoſi. C. de edi. diui. Adria. tol. & Bartol. in l. ij. C. de reſcinden. vẽdi. de quo etiam per Iaſo. in l. j. nume. 25.
75 ff. de iuriſdict. omn. iud. † Itẽ ſcias etiam, ꝙ ſi officium iudicis denegatur imploranti, poteſt appellari. ita dixit Barto. in l. j. in v. colũ. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & hoc per text. in l. j. C. ſi ſæpius in integ. reſtitu. poſtu. vbi text. dicit, appellare debueras ſi tibi ſententia diſplicebat, ĩ qua tibi denegata fuit reſtitutio in integrum poſtulata. hoc enim ego credo verũ. eſſe, niſi tale officium iudicis imploraretur per calumniam. quia tunc poſſet licite denegari nec admitteretur appellatio, & hoc per doctrinam Bald. in l. in contractibus. in prin. C. de nõ numera. pecunia. vbi dicit ꝙ officium iudicis calumnioſe petitum poteſt denegari. & idẽ dixit Alex. in l. plane. in prin. ff. de petitio. hæredita. pro quo dicto poſſunt adduci aliqua no. in iure ſparſa. Et ideo vide Io. And. in additio. Specul. titu. de legato. §. reſtat. verſicu. quid ſi in ſtatuto. in addit. incip. Old. in ſua diſputa, vbi ſing. dixit, ꝙ etiam vbi agitur de præiu-
76 dicio irreparabili, † non admittitur aliqua exceptio contra executionem capitalem, ſi obſtat præſumptio calumniæ. ꝙ dictum refert & ſequitur do. Fel. in c. de cętero. in quarta colum. de re iudica. licet adducat Bal. contrarium dicentem in l. j. in penul. col. C. qui accuſ. nõ poſ. de quo ibi latius per eum. & per Barba. in c. ſuper eo. in penu. colum. de offic. deleg. Itẽ dicit dom. Feli. in d. c. de cætero. quod exceptio calumnioſa,
77 † non admittitur in iudiciis ſummariis, ſecundum Cardin. & Ioan. de Imol. in d. c. ſuper eo. vbi dicit Abb. propter glo. ibi, quod iudex videns aperte
78 calumniam, † non debet curare in tali caſu de appellatione interpoſita a reiectione exceptionis. Pro quibus etiam adducit ipſe dom. Feli. Bal. in l. j. in ij. col. C. quomodo & quan. iud. vbi dicit, ꝙ iudex poteſt
79 ſupplere pro reo, † quando videt euidentem calumniam actoris. alleg. Inno. in cap. primo. de offic. vica. vbi voluit ſufficere, ꝙ appareat de calumnia notorie, etiam aliter, quam ex forma petitionis. Et ſubdit etiã do. Felin. in d. c. de cætero. ꝙ
80 nec etiam debet concedi † remiſſoria ad partes, quando illa petitur calumnioſe. alleg. hoc voluiſſe Ludoui. Roma. in conſil. cclxxiij. ad fin. quod incip. clarũ eſt &c. vbi ponit aliqua ſigna ad cognoſcendum calumniam. Et facit not. verbũ Alexan. in conſi. ſuo lxv. inci. habita ſuper contentis. in iiij. col. in j. vol. vbi dixit, ꝙ exceptio
81 calumnioſa † poteſt repelli, etiam

etiam ſi eſt efficax & vera:ſed opponitur cauſa morãdæ litis: & hoc etiam in iudicio plenario, dummodo tunc ſuſpitio ſit vehemens. Et ſubdit etiam ipſe d. Felin. vbi ſupra, ꝙ præſu-
82 mitur cauſa † in iudice repellente exceptionem. ad quæ plura allegat, de quibus ibi per eum. Et ad prædicta facit etiã ꝙ voluit Domi. in ca. eccleſia. in quarta col. de conſtitut. vbi dixit, ꝙ ſi iudex repellat exceptiones rationabiles, motus
83 † vehementi pręſumptione calumniæ, non eſt ſententia iniuſta. allegat Inno. in ca. poſt electionem. de conceſ. prębend. qđ etiam voluit Ioan. de Ana. in cap. ſuper eo. in ij. col. de crimine falſi. & dom. Feli. allegans plures alios tenentes hoc in d. c. de cætero. in v. col. vbi ſub-
84 dit etiam not. verbum, † videlicet, ꝙ ſi ſtatutum dicit iudicẽ debere concedere conſiliũ ſapientis petitum aperte, ꝙ tamẽ ſi ipſe iudex viderit dictũ conſilium ſapientis calumnioſe peti, tunc debet denegare tale cõſilium, allegat hoc voluiſſe do. Signorol. de homodeis in ſuo conſi. viij. inci. ſtatuto Mediolanenſi &c. Sed vltra d. Feli. in d. c. de cætero. Adde tu etiã no. verbum videlicet, ꝙ exceptio euidenter calumnioſa etiã
85 ſi ſit admiſſa, † tamen nunquã videtur incluſa ſecundum Ange. de Are. inſtit. de except. in rubri. in xlvij. col. in verſi. iij. quæro quid ſi proponitur exceptio. vbi ad hoc alleg. l. qui cũ maior. in. §. ſi patris. ff. de bon. lib. & alia de qbus ibi per eũ. Item ſcias etiam, ꝙ euidens ca
86 lumnia operatur, † vt non ſte-tur iuramento alicuius, in caſu in quo alias de iure ſtaretur, ita dixit Ang. in conſi. ſuo clxiiij. inci. ſuper puncto præfato. Et faciunt ad prædicta quæ ego dixi in l. patre vel marito. in 16. & 17. colum. ff. de quæſtio. &
87 vltra ibi dicta ſcias, ꝙ † tranſactio euidenter calumnioſa ex parte actoris, vel rei nõ valet. ita dixit Ang. in conſi. xciiij. incip. pro parte negatiua &c. in iiij. colum. quod etiam ipſe dixit in conſil. ſuo xviij. incip. viſa narratione. in penult. col. & vide glo. in d. l. qui cum maior. i. §. ſi patris. ff. de bo. liber. quam pro no. refert Ioann. de Imo. in l. penulti §. ad crimen. verſicu. ſexto fallit. ff. de pub. iud. & Ludo. Roma. in conſil. ſuo lxix. incip. viſo themate &c. in vlti. col. vbi etiam aliqua alleg. pro illa glo. Ex prædictis etiam adde Pe. de Anch. in conſil. ſuo clvij. inci. ex narratis, in penul. colum. vbi dixit, ꝙ ſi iudex vehementer
88 † ſuſpicatur calumniam in opponente exceptionem peremptoriam, poteſt, eã non admittere, & licet ille appellet, non irritabitur factum iudicis, niſi ille probet veritatem ſuæ exceptionis. de quo dicto feci mẽtionem in repe. mea rubri. C. de probatio. in xxxvij. colũ. Adde etiam no. verbum Bald. in l. prima. in quarta colum. in verſic. modo quæro &c. C. ne ex delic. defuncto. vbi dixit, ꝙ licet alias appellatio ſuſpẽdat pronuntiatum, vt habetur in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. ff. de pactis. & in toto titu. ff. nil nouari app. pen. cum
89 ſimilibus. † tamen quando appellatio

appellatio eſt notorie calumnioſa, non propterea eſt differenda executio: quoniam tali caſu reipublicæ intereſt talem approbationem non admitti: quod eſt not. de quo dicto feci mentionem in repetit. mea rubri.C.de probatio. in xlij.col. ante fin. Item adde etiam prædictis. nam clarum eſt in iure, ꝙ in cauſa capitali non admittitur procurator. vt in l.penulti.§.ad crimen. ff. de pub. iud. & in l.ſeruum quoque. in.§.publice. ff. de procurat. & in l. reos.C. de accuſ.& in cap.veniens. de accuſ. cum ſimilibus.

90 Attamen † ſi inſtituta eſt accuſatio capitalis contra aliquem, & ſit notorie calumnioſa, tali caſu poterit interuenire procurator. Ita nota.dixi Bal. in l. ij.C. vt nemo priuatus. & alleg.hoc voluiſſe Cy.in l.reos C.de accuſ.quod dicit eſſe menti tenendum quod dictum retuli in repetit. mea rubric. C. de probatio.in xliij. col.in verſi. item vltra præmiſſa &c. Adde etiam quod omittens aliquid producere petere, vel excipere per calumniam, non auditur poſtea volens illud producere,

91 petere vel excipere, † niſi refectis expenſis, ſecundum d.Felyn. in c.ad audientiā. el ij.de reſcri. in xj.& xij.col.& in c. j.in prin. de excep.de quo ego latius dixi in l. patre vel marito. in xvj & xvij. col. ff. de quæſtioni.& in l.ſi quis ne quæſtio.in xj. col. in fine. cum ibi ſeq. eod. tit. & circa omnia ſupradicta vide do. Fely. in c.licet cauſam.in iiij.not.de prob. & in c. nullus.circa fi.de præſum.& in c.inter monaſterium in viij. col.in prin. de re iudi. & do.Fran.de Aret.in c.ſuper his in xj.col. de accuſa.& do. Lauren.Calca in conſ.lxxxij. incip. quia in cauſa &c.in iij. col.& in conſi.xiiij.incip.cum proxima &c. in fin. Item ſcias ꝙ ſi ſtatutum, vel conſuetudo

92 diceret, ꝙ calumniator † non puniretur non valeret: quia eſſet contra bonos mores, ſecundum Bald. in l.qui crimen.C. qui accuſare non poſſunt. & Bald.ſuper ſtatutis in verbo, calumniator. Tene menti prædicta in materia calumniæ: quia forte ea ſimul cumulata alibi

93 non facile inuenies. An † autem contra calumniantem poſſit vti calumnia.vide gloſſ.no. in c.cupientes, in verbo malignantium.de elec.in vj.quæ dicit, ꝙ aduerſus calumniā quis poteſt ſe defendere cum calumnia.quam gloſſ.refert & ſequitur Bald. in rub.C. de fide inſtru.in viij.col.& Ang.in l.maritus.quæ eſt l.pen. ff.de vſur. Et dixit gl.valde not. in d. c. dominus noſter. xxiij.q. ij. ꝙ aduocatus fouens iuſtā cauſam poteſt conuenire aduerſarium ſuum cum malitia ꝓ quo faciūt dicta ibi per Archi. & per gl. in iiij.q.iij.c. nullus. & facit tex.not.in.l.cū pater. in §.Titio. ff.de legatis.ij.in verſi.nec dolo videtur feciſſe cū fraudē excluſerit.quem tex. alleg.Angel.in d.l. maritus. & gl. in d. c.cupientes. in verbo,malignātium. Pro quibus etiam poſſem adducere plura. no.quæ adduxi ſingula.meo clxxvij.incip. malitijs hominum &c. quæ per te videas. Hyppolyt.

S V M-

SVMMARIVM.

1 ☞ *Confeſſio in articulo mortis facta an valeat. Et cur. nume 2*

3 *Teſtibus poſt depoſitionẽ ſolennẽ dicentibus ſe falſum tuliſſe teſtimonium, an credendum.*

4 *Vulneratus dicẽs ſe mori ex medici culpa, an iuuet uulnerãtẽ.*

5 *Teſtator in teſtamẽto mandãs vſurarum reſtitutionem, an ꝑ ſumendus ſit vſurarius.*

6 *Solẽnitas eadẽ in deſtruẽdo requirit̃ q̃ in conſtruendo. Vt in ratificatione et aliis. nu. 10. 11*

7 *Teſtes tot ad reuocandum teſtamentum requiruntur, quot ad probandum.*

Idem in inſtrumento. nu. 9

8 *Decretum ſicut in contrahendo requirit̃, ita in diſtrahẽdo.*

12 *Morientes non dicunt ſemper verum.*

13 *Mortis timore oppreſſus eſt ſimilis mortuo.*

14 *Periurus eſt infamis. Cuius dictum non probat nu. 15.*

16 *Reuocatio confeſſionis facta in carcere, nihil operatur.*

17 *Actus iudicialis fortior extra iudiciali.*

§. Reſtat modo pro complemento huius operis examinare aliquas q̃ſtiones vtiles, & quotidianas, quas ſuperius non potui loco congruo examinare: quas quæſtiones ꝓ maiori parte non vidi ſpecialiter examinatas ab aliquo ſcribente antiquo nec moderno, vſque in præſentem diem. ideo ad eas me conuerto. Et quæro primo de tali quæſtione videlicet reus inquiſitus in proceſſu contra eum facto ſeruatis ſeruandis in iudicio coram iudice, notario & teſtibus, dixit & confeſſus fuit, ꝙ Titius fuit eius ſocius ad committendum delictum, de quo erat inquiſitus, & tale delictum, de quo ſocius criminis poterat interrogari, et eius dictũ faciebat indiciũ ad torturam, iuxta ea quæ dixi in l. j. in. §. diuus Antoninus. in ij. col. ff. de quęſtio. & ſupra, in. §. diligenter. nu. 59. cum ibi ſequen. Qui reus ẽt ratificã do ſuã confeſsionem affirmauit dictum Titiũ fuiſſe eius ſocium in dicto delicto. Poſtea lata ſnĩa condemnatoria ad mortem contra dictũ reum, dũ ipſe reus eſt in manibus carnificis ſuper furca, & habet laqueum, ſeu capiſtrum ad collum dicit miniſtro iuſtitiæ, ſeu carnifici: rogo te expecta modicum, antequam me proijcias deorſum, & me occidas, quia volo dicere aliqua verba antequam moriar. Et poſtea ibi dicit coram populo. Ego rogo vos omnes, vt mihi parcatis, ſi vos offendi aliquo modo: quia peto veniã, & vos rogo, vt quilibet veſtrũ dicat vnum Pater noſter, & vnum Aue maria pro anima mea. Et poſtea dicit. & quia accuſaui Titium, & dixi, ꝙ ipſe fuit meus ſocius ad committẽdum

dum hoc delictum, pro quo debeo nunc mori; ideo ne perdã & cõdemnem animam meam, fateor me falſum dixiſſe, & indebite inculpaſſe illum. ideo dico dicta per me non eſſe vera, & pœnitet me hoc falſum dixiſſe, cum ipſe Titius fuerit, & ſit innocens a dicto delicto. Quo dicto ſtatim miniſter iuſtitiæ ad hoc paratus proiicit ipſum reum a furca, & eum occidit. Vtrum per talia verba ipſius rei ſit exculpatus ipſe Titius, adeo ꝙ ſit ſublatum indicium ad torturam exiſtens cõtra ipſum Titium ex illa confeſsione in iudicio legitime facta, & ratificata per ipſum reũ. Et vere caſus iſte apud me dubius eſt, & hanc quæſtionẽ vidi pluries in facto. et ſemel hãc quęſtionem vidi de facto Mediolani, in qua fui aduocatus pro dicto Titio, & ſuperlucratus fui plures pecunias &c. In qua quæſtione videtur primo dicendum, ꝙ talia verba, & talis exculpatio dicti rei proſit ipſi Titio inculpato, & tollat, vel ſaltem debilitet indicium contra eũ exiſtens, adeo ꝙ non poſsit vlterius torqueri. & hoc propter notabile dictũ Bald. in conſilio ſuo xxv. inci. caſus ſuper quo &c. in ij. colum. in primo volu. vbi dicit, ꝙ confeſsio
1 † facta in articulo mortis valet: quia non eſt præſumendum ꝙ confitens illo tempore mentiatur. pro quo faciunt plura, & plures notabiles doctrinæ, quas adduxi ad hoc. ſupra, in .§. diligenter. num. 119. cum ibi ſequẽti & ſequen. quæ omitto breuitatis cauſa, & ne idẽ per idem pluries repetam. Et facit etiam, nam quilibet (maxime in articulo mortis conſtituto)
2 præſumitur memor † ſalutis æternæ. cap. ſancimus. j. q. vij. cap. literas. vbi gloſſ. de præſumptio. l. fin. C. ad legem Iuliam repetun. pro quibus faciũt optime dicta per Iaſo. in repeti. l. admonendi in iiij. col. circa medium. ff. de iureiuran. Et facit etiam l. nihil tam naturale. de regul. iur. vbi dicitur, ꝙ nihil eſt tam naturale, quã tollere eodem modo id, quod dictũ vel factum eſt. Ita in caſu noſtro videretur, ꝙ iudicium ortũ contra illũ inculpatum ex verbis, & ex confeſsione dicti rei debeat tolli ſimiliter ex verbis, & confeſsione eiuſdemmet rei. & faciunt optime dicta per Bal. in conſil. ſuo cxlix. incip. poſtquam notarius. in iiij. vol. Ex quibus omnibus videtur dicendum, ꝙ ex dictis verbis rei ſublatum ſit indicium exiſtens contra ipſum Titium ex tali exculpatione facta in articulo mortis per dictum reum ſuper furca exiſtentem: vt ſupra.

Sed contrariam partem, ꝙ imo non ſit ſublatum dictum indicium: ſed ex eo poſsit torqueri, vt ante dictam exculpationem poterat. facit primo text. nota. in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis moriens. ff. ad ſylla. vbi per illum textum dicit Bar. & alij poſt eum, ꝙ ſi aliquis iudex conſtitutus in mortis articulo dicat ſe tuliſſe falſam ſententiam, nõ ſtatur dicto ſuo, nec ei creditur, nec per hoc ſententia annullatur. Et idem tenet Angel. licet non loquatur in confeſsione facta in mortis articulo, ſed inter viuos, in conſi. ſuo

ſuo cccviij. incip. Chriſtophorus Petri conductor. in iij. col. vbi idem dicit. & idem dicit eſſe in arbitro, & idem in electoribus prælatorum, ſecundum Inno. in c. cum dilecti. de elect. in gl. quæ incipit, lex nullam.
3 & idem dicit † eſſe in teſtibus, quibus non creditur, ſi poſt eorum depoſitionem factam ſolenniter, poſtea extra iudicium dicunt ſe falſum teſtimonium tuliſſe: & dicit de hoc eſſe caſum in c. ſicut. extra de teſti. iuncta gloſſ. illius. c. & idem in ipſis teſtibus tenuit Ludo. Roman. & Ange. in d. §. ſi quis moriens. & Bald. in l. generaliter. in j. col. C. de non nu. pecu. & in authē. ſi dicatur. in ij. col. & Bal. in c. literas. in iij. colum. de præſumptio. Et dixit Pet. de Ancha. in c. fina. extra de ſucceſ. ab inteſta. quod ſi vulneratus
4 † dixit ſe mori ex culpa medici, ꝙ tamen per hoc non iuuat percuſſorem, ſi aliter hoc non apparet, quod dictum refert & ſequitur Felyn. in c. literas. in pe. col. de præſump. de quo dixi in ſingul. meo xxij. incip. cōfeſsio offenſi. Et adeo eſt verum, ꝙ non creditur conſtituto in mortis articulo: quod ſingu. dixit Bal. in c. in præſentia. in iiij. col. de prob. ꝙ ſi teſtator
5 in † teſtamento ſuo dixit: confiteor me teneri ad reſtitutionē vſurarum a multis & diuerſis extortarum, ꝙ tamen per hoc non præſumitur vſurarius. Et vltra prædicta pro hac parte, ꝙ dicta exculpatio non tollat indicium præcedens, facit optime vrgens ratio videlicet: quoniam talis reus exiſtens ſuper furca illud, qđ dicit, dicit extra iudicium, et ſine iuramento, merito nō tollit illud, quod dixit in iudicio ſolenniter & cum iuramento. Nam eadem ſolenni-
6 tas † requiritur in deſtruēdo, quæ requiritur in cōſtruendo: vt in authen. econtra ſi filius. C. de repu. & in authen. de defen. ciui. in §. nō habente. & in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in l. cum emptor. ff. de reſcin. ven. Et facit glo. no. in l. cū proponeretur. ff. de legat. ij. quæ dixit ꝙ tot teſtes requirū tur ad pœnitentiam, vel reuo-
7 cationem † teſtamenti, quot requiruntur ad probandū ipſum teſtamētum. quod etiam voluit Bald. in l. quæſtionem. in pen. col. C. de fideicommiſ. & in c. ſi quis feudum. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. & in l. fi. in pe. col. C. de cad. tol. & in l. fin. in vlti. col. C. de fideicom. & in l. ij. in ij. col. C. de bo. poſ. ſecundum tab. & in l. errore. in j. col. C. de teſta. & do. Fely. in c. cum acceſsiſſent. in ij. col. de conſti. vbi pro hoc allegat gl. in c. quanuis. de procurat. in vj. & dictam gloſſ. in d. l. cum proponeretur. pro ſingu. allegauit Bal. in l fi. in pen. col. C. de eden. & idē voluit Car. & Ioſ. de Imo. in c. relatum. el j. de teſta. & do. Alex. allegans d. glo. in rub. ff. de acqui. poſ. & in l. inter ſtipulantem. §. ſacramenta. ff. de verbo. obli. & d. Fely. in c. edoceri. in vj. col. ver. non obſtat prædictis. de reſcrip. & do. Alex. in conſi. ſuo cxl. inci. ſuper teſtamento ſer Nicolai. in j. col. in j. volu. & in conſil. ccviij. incipiē. ſtatuti accurate &c. in pen. col. in ij. volu. Item hanc partem ꝙ eadem ſolennitas

requiratur in reuocatione actus, quæ requiritur in eius celebratione firmauit Ludo. Roma. in conſi. ſuo lxv. incip. viſo thematæ. vbi ad hoc alleg. l. hæredes palam. in §. ſi quis poſt. ff. de teſta. & in l. ſi puellæ. ff. de ſponſa. & in l. nuptiæ. ff. de ritu nup. & l. ſi vt proponis. C. de nup. & Bald. in l. omnium. C. de teſta. & in tit. de pace conſtan. in §. nos Romanorum. & in l. ex placito. C. de re. permu. Pro quibus optime faciunt dicta per eundem Ludo. Roma. in conſi. cxvj. incipi. viſis neceſſarijs &c. poſt prin. & dicta per Bald. in l. j. C. ſi aduer. tran ſac. vbi dixit, ꝙ ſicut in con-
8 trahendo † requiritur decretum, ita in diſtrahendo. Et dixit Bald. in addi. Spec. in titu. de inſtru. edi. in iiij. col. in verſicul. inſtrumentum habet &c. in princ. quod dot. teſtes requiruntur ad reprobandum inſtru
9 mentum, † quot requiruntur ad ipſius validitatem. Et faciũt dicta per eundem Bald. in c. j. in iii. col. verſicul. & nota ꝙ per inſtrumentum. in titu. quid ſit inueſti. Item in hanc partem quod eadem ſolennitas requiratur in reuocando actum, quæ requiritur in illo celebrando, tenuit Petr. de Ancha. in conſil. ſuo cccxxxviij. incipien. de efficacia. in j. col. & Bald. l. quoties. in §. j. ff. de hære. inſtit. & do. Fely. in c. accedens. el j. in iij. col. vt lit. non conte. Et prædicta habent locum non ſolum vbi tractatur de reuocando actum iam factum: ſed etiam vbi tractatur de ratificatione ipſius actus. Nam etiam in rati
10 ficatione requiritur † eadem ſolennitas, quæ requirebatur in ipſo actu principaliter celebrando. ita dixit Ludo. Roma. in conſil. ſuo xij. incipien. viſo facto &c. ante fin. alleg. l. ſi vt proponis, C. de nupt. & l. nuptiæ. ff. de ritu nuptia. & dicit quod pro hoc facit quod not. Innoc. in c. cum dilecti. de empt. & vend. & Ioann. Andr. in c. cum laicis. de reb. eccle. non alie. & idem voluit Pau. de Caſtr. in l. inuitum. ff. de ſeruitu. vrbano. prædio. Et ad hoc corroborationem prædictorum facit optime quod voluit d. Alexand. in conſi. ſuo lxxxj. inci. reuocatur in dubium. in j. col. in v. volu. vbi dicit quod ea-
11 dem ſolennitas requiritur † in renuntiando compromiſſo, quę requiritur in illo acceptando, & ideo dicit, ꝙ ſi arbiter acceptaur compromiſſum ad inſtantiam vtriuſque partis, ꝙ non poterit illud renuntiare ad inſtantiam vnius partis tantum, alias renuntiatio eſſet nulla. Cum ergo in caſu noſtro non interuenerit in dicta exculpatione facta per reum ſuper furca illa ſolennitas iudicij & iuramenti, quæ interuenit in inculpatione, ergo merito indicium exiſtens contra illum inculpatum non erit ſublatũ per dicta verba ipſius rei facta ſuper furca: & ſic per dictam exculpationem, licet iſta ſit facta per reum in extremo vitæ ſpiritu. Et poteſt aſsignari ratio, quare non creditur confeſsioni factæ in vltimo vitæ. rõ enim eſt: quia non omnis moriens eſt ſanctus Ioannes euangeliſta. ita dicit Bald. in titu. de pa. conſtan. in verbo vaſalli noſtri.

ſtri. Pro quo facit quod dixit Old.in conſi. ſuo cxcij. incip.
12 viſo diligenter proceſſu. †vbi dicit, ꝙ morientes non dicunt ſemper verum: quod etiam dixit glo.in cap. literas. in verbo,graue.de præſump. & Iaſo. in repetit.l. admonendi. in iv. colum.poſt me.ff.de iureiur.Et ideo dixit Bal.in additio.Specula.in titu. de confeſſ. in verbo,confeſsio facta in vlti. &c. ꝙ confeſsio facta in vlti. voluntate, nō probat debitū eſſe, vel non eſſe.& dicit ꝙ talis cōfeſsio poteſt reuocari: quia ſpecies vltimæ voluntatis, nō autem eſt ſpecies probationis, & ideo dicit ipſe Bald. ibi, quod hoc facit pro eo, qui legat x. pro vſuris, vel male ablatis,vt ſi reconualeſcat non poſsit ex illa ſcriptura conueniri:de quo etiam dixi in repe.mea.l. ſi. in lxiiij.char.C. de proba. Item ꝙ tali reo non credatur in hoc caſu facit optime vrgens ratio. Nam vt quotidiana docet experientia,iſti rei, qui ducuntur ad mortem adeo cruciantur timore,& dolore mortis, ꝙ ſunt alieni ab intellectu, & nō ſunt compotes mentis, & maxime quando habēt laqueum ad collum,& ſunt ſuper furca , & vident ſe illico & incontinenti morituros, vel quando debent decapitari, & vident ibi ante ſe inſtrumēta ferrea parata ad incidendum ſibi caput, & ideo tanquam non ſint in ſano intellectu,& non compotes mentis, non eſt eis credendum: argu. tex.in l. hac conſultiſsima. in verſic . at cum humana fragilitas mortis cogitatione turbata, C.qui teſtamen.face.poſ.ta.

13 lis enim†oppreſſus mortis timore eſt ſimilis mortuo, vt dicit tex.in l.iubemus.poſt prin. C. de teſti. & voluit Paul. de Caſt.in conſi.ccclxvj.incip.viſo pūcto & allegationibus. vbi etiam alia dicit in hoc propoſito. in verſi. nec ſufficiunt ad inſtruct. Item pro hac parte ꝙ non credatur ipſi reo in tali caſu facit alia ratio. Nam ſi verum eſſet, ꝙ ipſe indebite, inculpaſſet illum, nō expectaſſet ad eum exculpandū tempus illud, quando erat ſuper furca cū laqueo ad collum: ſed illum exculpaſſet tēpore,quo cōfeſſus fuit peccata ſua ſacerdoti, & accepit euchariſtiam . nam tūc vocaſſet poteſtatē, & notariū, & illū exculpaſſet,nec eſt præſumendū, ꝙ voluiſſet accipere euchariſtiam cum illo onere et peccato,& cū illa indebita inculpatione proximi,& ſic eum iuridice exculpaſſet : ꝙ certe veriſimile eſt,ſi ille inculpatus fuiſſet innocens.nam tale tēpus eſt magis conueniens ad exculpandum indebite inculpatos, quam tempus,quo eſt ſuper furca cū laqueo ad collū. Itē alia eſt & ratio,quare non ſit credēdum tali reo exculpanti aliquē ſuper furca:vt ſupra dixi,tales rei ſuper furca exiſtentes non ſunt compotes mentis,nec in ſano intellectu,ſed regunt linguā ſuam ſecundum , & prout ſibi dicitur ab illis cōfortatoribus qui ſibi dantur, vt eos hortētur ad pœnitentiā & ad bene moriēdum,& omnia, quæ eis perſuadent dicti confortatores,dicūt & faciūt ipſi rei.Et ideo tales exculpationes magis faciūt ipſi rei ad perſuaſionem, requi-

ſitionem, & inſtantiam talium
cōfortatorum, ꝗ motu proprio
quia ſibi perſuadent, ꝙ ſi talem
exculpationem non faciunt,
morientur in peccato, & in
damnatione, & perditione ani-
mę & corporis. Et ſæpe ac ſæ-
piusaffines ipſius inculpati, vel
amici rogant inſtanter & in-
ſtantiſsime dictos confortato-
res, vt velint facere, ꝙ reus ex-
culpet amicum, vel affinē ſuū,
quem inculpauit, & ſibi pro-
mittunt aliqua ſi hoc faciat. &
tunc tales confortatores, vt lu-
crentur ſibi promiſſa, operātur
toto poſſe ꝙ reus faciat talem
exculpationem, & perſuadent
ipſi reo, ꝙ ſi faciet talem excul
pationem, ibit illo die ad pran-
dium cū beata virgine, & ibi
tripudiabit, & in æternum læ-
tabitur cum angelis. & ideo ta
lis exculpatio non prodeſt in-
culpato per iura, & rationes ſu
perius adductas. Pro qua parte
et opinione facit alia ratio. Nā
negari non poteſt, ꝙ iſte reus,
qui primo ſolēniter in iudicio
in forma teſtis cum iuramento
dixit illum fuiſſe eius ſocium
ad committēdum illud delictū,
ſi modo ſuper furca dicat con-
trarium non ſit periurus, & per
14 conſequens infamis. † Nā per-
iurus eſt infamis, ſecundum gl.
in cap. peruenit. de fideiuſ. &
eſt tex. in l. ſi quis maior. & ibi
glo. & doc. C. de transa. & eſt
gloſ. in l. quæ ſub conditione.
in verbo, interuenerit. ff. de con
di. inſti. & in authen. ſcenicas
non ſolum fidem præſtent. in
§. j. in verſi. ſi quæ omnino. &
voluit gl. & docto. in l. Lucius.
ff. de infa. & Ioā. An. d. Ant. &
alij in c. teſtimonium. de teſti.

& Hoſt. in ſumma de vſur. §. an
aliquo caſu. in vlti. colū. verſi.
de notorijs &c. quem refert &
ſequitur Archid. in c. ſicut nō
ſuo xlvj. diſt. & Arch. in cap.
paruuli. xxij. q. v. Et idem te-
net Io. de Imo. in cle. j. in vj. co
lum. de iureiu. in ver. quęro an
periurus. & Bald. in c. querelā.
poſt glo. de iureiu. & Goffr. in
ſum. de iureiur. in. §. an periu-
rus. & Barba. in c. teſtimoniū.
de teſti. vbi dicit, ꝙ de hoc eſt
caſus in c. infames. viij. q. ij. &
in c. ſi quis conuictus. xxij. q.
v. & in c. prædicantibus. xxij.
q. j. & in. §. periurij pœna. eadē
cauſa & quæſtione. de quo la-
tius dixi in repe. mea l. fina. C.
de proba. in x. char. vltra me
15 dium. Sed dictum periuri † nō
probat; vt in cap. ſicut. & in c.
teſtimonium. de teſti. & in cap.
quicunque. vj. q. j. & in d. cap.
paruuli. & in c. literas de præ-
ſum. & voluit Specu. in titu. de
teſte. in. §. j. ver. item ꝙ eſt infa
mis. ergo dictum iſtius rei tan-
quam dictum periuri nihil ope
rabitur. Item vltra prædicta iu
ra & rationes ꝙ talis exculpa-
tio non profit inculpato, tenuit
expreſſe Bal. i cōſi. ſuo lxxix.
incip. regula iuris &c. in fin.
in iij volu. vbi fortius dixit
16 videlicet, ꝙ reuocatio † cōfeſ-
ſionis, quæ fit in carcere nihil
operatur: quia fit extra iudi-
ciū, non in iudicio. alle. l. ij. C.
de cuſt. reo. Pro quo facit. Nā
fortior eſt actus, qui fit in iudi-
17 cio, † quam qui fit extra iudi-
cium. iuxta glo. in authen. ge-
neraliter. C. de epiſ. & cle. &
volui[illegible]ſ. in l. iubemus. in ij.
culum. C. de iudi. pro quo fa-
ciunt plura quæ dixi de calo-

re iudicij

re iudicij in repeti.mea ſub.C. de proba. in xix. col.verſi.intellige etiam prædictam cõcluſionem &c.ergo actus extraiudicialis nõ poteſt tollere actũ iudicialem.& faciũt quæ dixi in ſing.meo ccxij.incip.cõmunis omnium ſcribẽtium. & hoc ẽt firmat Ang. in cõſi. cccviij. incip. factum tale Chriſtophorus Petri. in penul.colum.ver. de ſecundo. Et ſic ex ſupradictis videtur concludendum ꝙ talis exculpatio facta per reũ ſuper furca cum laqueo ad collum, non tollat indicium exiſtens contra inculpatum ex dicto ipſius rei ſolenniter & iudicialiter facto. Attamen ſi volumus recte conſiderare, eſt maximum quid apud Deum,& populum, ꝙ ille reus ſtatim moriturus exculpet illum, quẽ inculpauit,et talis exculpatio nõ valeat. pro qua opin. ꝙ talis exculpatio proſit inculpato adduxi plura, vltra ea quæ hic adduxi ſupra, in.§.diligenter. in nu.117. cum pluribus numeris ibi ſequentibus,vbi examinaui illam quæſtionem ſatis cõſonam iſti videlicet,an dictum offenſi conſtituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam cõtra illum, quem dicit ipſe moriens eum percuſsiſſe. Poſſet forte dici ꝙ de æquitate,& in foro poli illa exculpatio valeret,& prodeſſet ipſi inculpato: ſed ſecus in foro fori, & de rigore iuris per dicta iura. Vel forte iudicio meo poſſet diſtingui hoc modo videlicet, quod aut pro illa imputatione primo facta per dictum reum cõcurrebat aliquod indiciũ,præſumptio, vel cõiectura: & tunc ſimplex reuocatio, vel exculpatio non proſit inculpato. Aut pro dicta inculpatione nullum concurrebat indicium, præſumptio,vel coniectura,ſed ſola inculpatio nuda ipſius rei, & tũc exculpatio facta per reũ ſuper furca, vt ſupra,habet tollere indicium inculpationis.& ita mihi videtur concludendũ: quæ diſtinctio multum conuenit iuri & rationi naturali vt de ſe patet: ita mihi videtur cõcludendũ in præſenti quæſtione.et vide quę dixi in ſing.meo xxij.inci.cõfeſsio offenſi &c. Hippolytus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudex *an poſſit cõdẽnare ſine ſpontanea confeſſione.* 14.

2 *Confeſſio facta per torturam etiam millies ratificata, quando nulla.*3.6.7.

4 *Teſtes primo deponentes poſtea iurantes an probent.*

5 *Donatio facta per filiũfamilias ſine patris conſenſu, an poſſit per ſuperuenientem conſenſum reconualidari.*

9 *Principali annullato, annullatur acceſſorium.*10.11.12.

13 *Iudex non poteſt interrogare reum de delictis, de quibus nulla ſunt indicia.*

15 *Veritas ſemper quærenda, & inuenta attendenda. Maxime in delictis.nu.*16.

17 *Veritas probatio probata, & eſt notoria.*

18 *Veritati omnia cedunt.*

19 *Veritas omnia vincit.*

20 *Veritatẽ curare debemus potius quã de apicibus iuris diſputare.*

21 *Modus non curatur, dummodo effectus habeatur. Vt in iuſtitia nu.22.*

23 Probatio *per viſum derogat legibus, & ſtatutis.* Et *ponuntur multi caſus .numero 24. 25.26.*

27 *Alienatio rei eccleſiæ ſine ſolennitate quo caſu teneat.*

28 Contrariorũ *eadẽ eſt cenſura.*

31 Torturæ, *metus & tortura æquiparatur.*

32 *Paria ſunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum.*

33 Indicia *multum vrgentia faciunt plenam probationem.*

34 Adminiculũ *ad vehemens ſupplet probationem ſemiplenam.*

35 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

36 Locus *a communiter accidentibus facit indiciũ indubitatũ.*

37 *Iudex an poſſit reum ex indiciis indubitatis condemnare ad mortem.*

38 *Solennitates, aut ordo iuris in cauſa ciuili non curantur quãdo conſtat de veritate rei*. Et *quid in criminalibus. nu.39.*

40 *Pœnitentia ſiue temporalis, ſiue ſpiritualis pro peccato manifeſto impoſita ſine ordine iudiciario an teneat.*

41 Ordo *iuris in notoriis non requiſitus.* Et *idem dicendum de ſolennitate iuris. nu.42.*

43 Ordo *& in ſummariis non ſeruare ordinẽ.* Nec *curantur apices iuris.nu.44.*

45 *Notorium ſententiæ æquiparatur. Et eſt probatio probat. nu.46. 47.*

48 *Solennitas ſuperueniens contractui in ſolennizato, an roboret contractum.*

49 *Teſtamentum excommunicati poſt abſolutionem reconualeſcit.* Et *idem dicendum de uſurario manifeſto præſtita ſatiſdatione de reſtituendo. nu 50.*

51 Conceſſio *ſuper molendino fiendo an extẽdat ſe ad iam factũ.* Et *idem in ſtatuto de bannitis capiendis, an trahatur ad iam captos nu.52.*

53 Legatum *factum pro puella maritanda, quæ iam nupſerat. an valeat. Et idem de vidua. numero 55.*

54 *Papa concedens epiſcopo teſtamenti factionem, an intelligat de teſtamento iam facto.*

56 Statutum *de luxu veſtium puniendo, an extendatur ad veſtes iam factas.*

57 Reſcriptum *ſuper primo beneficio vacaturo, an retro trahãtur ad iam adeptum.*

Actus *a principio nullus in quibus caſibus validetur ſuperueniente habilitate, a nume. 48.*

vſque

vſque ad nu.57.

58 *Expoſitum multipliciter veritatem obnubilat.*

59 *Regula acceſſorium in quibus non habeat locum.*

60 *Donatio inter virum & vxorem iurata valet.*

61 *Stipulari alteri poſſibile cum iuramento.*

62 *Confeſſio extraiudicialis iurata nocet confitenti. Et idem in confeſſione facta parte abſente.nu.63.*

64 *Obligatio mulieris intercedentis cum iuramento, valida, licet Velleiano non fuerit renuntiatum.*

65 *Donatio iurata excedens ſummam legalem, etiam ſine inſinuatione, tenet.*

66 *Iuramentum, in quibus caſibus validet præcedentia alias ĩualida Vſq; ad nu.60.ſupra.*

67 *Via benignior in dubiis & obſcuris, maxime in criminalibus ſequenda.*

68 *Cognoſcere non ſeruato iuris ordine, eſt ius alterius auferre. Et nemo inferior a principe hoc poteſt nu. 74.*

69 *Iudex extra ordinem procedens, dicitur de facto ꝓcedere.*

70 *Papa ordinem iudiciarium tollere non poteſt.*

71 *Ordinis omiſſio pręſumptionem fraudis inducit.*

72 *Banna ordine iudiciario ſpreto lata, cancellandæ.*

73 *Spoliatus per iudicem quando habeat interdictũ recuperãdæ.*

75 *Solẽnitates proceſſus neque legatus de latere ſupplere poteſt.*

76 *Teſtes ẽt a Cardinalibus inordinate recepti nõ probãt. 78.*

77 *Subſtãtia deficit vbi nõ ẽ ordo.*

79 *Iudex præcipiens ſine cauſæ cognitione pœnam non irrogat. 80.& numero 81.*

82 *Ordinis omiſſio in extraordinariis iudiciis vitiat ipſum iudicium 8.*

83 *Iudex iniuſte facit, qui ordinem non ſeruat.*

84 *Ordinem iudiciorum partes remittere nõ poſſunt. Et cur. 85.*

86 *Ordini iudiciorum coram arbitro poteſt renuntiari.*

87 *Libellus ineptus deſtruit ſequentia.*

88 *Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retro nullum.*

§ SECVNDA quęſtio, quę ſequitur talis eſt, Poteſtas, ſeu iudex maleficiorũ nullis p̃cedentibus indicijs de iure validis reũ inquiſitũ de homicidio vel de morte Titij poſuit ad torturã velo leuato: qui reus ꝑ magnum dolorẽ, & cruciatũ torturę cõfeſſus eſt cõmiſiſſe dictũ homicidium ſubiungens ꝙ dicto Titio dedit duo vulnera in capite, tria in pectore, & vnum in gutture, & quod eum mortuum ex di-

ctis vulneribus,ne res iſta ve-
niret in lucē, ſepelliuit in eius
horto,vel ſtabulo,nocturno tē-
pore.Qua confeſsione facta,&
indebite extorta contra iuris
diſpoſitionem , iudex miſit ad
fodiēdum in loco, vbi dixit eū
ſepeliſſe , & ibi eū repperit cū
omnibus vulneribus allegatis
per dictum reum. Modo du-
bitatur ſtātibus prædictis,vtrū
iudex poſsit de iure condemna
re ad mortem dictum reum in-
quiſitum,& confeſſum non prę
cedentibus indicijs,& nullo iu
ris ordine ſeruato , verificata
tamen eius confeſsione,& deli
cto per notorietatem facti per-
manētis,quæ oculis ſubijcitur.
Et iſta quæſtio nō eſt facta ſpe
cialiter ab aliquo ſcribente,
quē viderim.& eſt notabilis &
quotidiana,& adeo dubia,ꝙ in
ea ego magis vellem eſſe diſci-
pulus,ꝙ̄ præceptor, cum plura
& plura concurrant iura pro
vtraque parte,vt infra demon
ſtrabo. Circa quam quæſtionē
videtur primo dicendum ꝙ ſtā
tibus prędictis non poſsit de iu
re dictus reus condemnari ad
mortem, vel ad aliam pœnam,
& potiſsime hac ratione vide-
licet, iudex nō poteſt aliquem
condemnare de delicto,niſi ta-
lis condemnandus ſit ſpōte cō
1 feſſus, vel legitime † conui-
ctus tex. eſt in c. nos in quem-
quam.ij.q.j.et in c.prohibētur.
in fi.& in c.multi.eadem cauſa
& quæſtione.& in c.primates.
ibidem. & in cap.iudicantem.
xxx.q j. Sed in hoc caſu talis
reus non eſt ſponte & legitime
confeſſus , nec legitime conui-
ctus per aliquos teſtes,ergo nō
poteſt condemnari pœna mor-
tis,nec etiam aliqua alia pęna
pro tali homicidio. Quod autē
non ſit legitime confeſſus,& p
conſequens ꝙ talis confeſsio
2 ſibi non noceat patet. † Nam
confeſsio facta per torturam le
gitimis indicijs non præceden
tibus,eſt nulla , & nullius mo-
menti , etiam ſi millies ratifi-
cetur. iſta eſt glo. iuncta text.
in l.pe.ff.de quæſtio. quam ibi
ſequitur Bar.& ſequuntur alij
plures docto. in diuerſis locis,
quos ego retuli in d. l. pen. in
ij.& iiij.col.vbi videas.Qui-
nimo talis confeſsio eſt nulla,
3 etiam ſi poſtea † ſuperueniāt in
dicia,ſecundū gl.in l.maritus.
eo.tit.& ibi Bar.quod etiam te
net Bal.poſt gl.in l.fi.C.de ac-
cuſa. in j. col. vbi ad hoc alle-
gat gl.in d.l.maritus.& idē te-
net Ang.de Are.in trac. male-
fic.in verbo, fama publica. in
verſ.quinto quęro iudex torſit.
et ibi do. Aug.de Ari.in addit.
qui dicit hoc etiā tenuiſſe Bal.
in l. ea quidem. C.de accuſ.&
Ludo. Ro.in conſ.clxvij.inci.
Antonius accuſatus.in j.col.&
voluit do. Alex. in conſil. ſuo
clxxix. inci.in cauſa angelo-
rum.& in vlt. col.in ij.vol.&
idem ēt tenuit d. Fran. Bru. in
tra.de indi.& tor.in xij.char.
in j. col. Et hoc operatur per-
uerſio ordinis:quia primo indi
cia debent præcedere torturā,
et non ſubſequi eam, vt dixi ſu
pra, in.§.conſtante. nu.1.& 2.
& ordo iudiciarius debet attē-
di,ut in l.prolatam.C.de ſentē.
& ideo dixit Cy.in l.iuſiuran-
di.C.de teſtib.ꝙ ſi teſtes primo
4 deponunt, † & poſtea iurant,
non valet eorum dictum : quia
de natura & ordine iudiciorū
eſt,

eſt,vt primo teſtes iurent, po-
ſtea deponant, vt probat ille
tex.in verbo,prius.& idem te-
net do. Ant.in c.per inquiſitio-
nē.in ver.nota tertio. de elect.
de quo per doc. in d.l.iuriſiurā
di.& per me late in repe.mea.
l.fi.C.de prob.in xxxij.char.
Et pro hac opi.ꝙ confeſsio fa-
cta in tortura legitimis indi-
cijs non pręcedentibus, non va
leat nec reconualeſcat ſuperue
nientibus legitimis indicijs:et
ſic ꝙ actus nullus ex aliqua
cauſa a principio non reconua
leſcat ceſſante illa cauſa & ſu-
perueniente habilitate,adduco
aliqua in ſimili.Et primo addu
co Bal.in l.ſi vxor.C.de cōdi.
inſer.vbi dixit,ꝙ licet filiusfa
milias poſsit donare cā mortis
cum cōſenſu patris. l.tam is.§.
j.ff.de do. cauſa mor. tamen ſi
filiusfa. donauit cauſa mortis
5 ſine † conſenſu patris:licet po
ſtea pater ratificet, non tamen
reconualeſcit talis donatio: qđ
dictum refert & ſequitur do.
Fran.de cre.in not.ſuo lxx.in-
cip.donatio.Et dixit Bal.in c.
cum conſuetudinis.in ij. col.dē
conſuetu.ꝙ pater non poteſt au
torari filio donanti cauſa mor
tis poſt donationem factam, ēt
ſi donaret fratri in eadem po-
teſtate conſtituto. Pro quo etiā
faciunt dicta per Bald. in c.
quotiens. de pac.& per Oldr.
in conſi.ſuo xxxvj.in ci.quan-
uis pater. in j. col. Et faciunt
plura & plura alia ſimilia,quę
adduxi.in.§.diligenter. ſupra.
in hac opere. in nu. 183. cum
pluribus ſequen.vide. ibidem,
quæ hic omitto breuitatis gra-
tia.& quæ etiam latius dixi in
l.pe.in vj.vij.& viij. col.ff. de
quęſtio.Ex quibus omnibus ui
detur in quæſtione p̄miſſa,ꝙ ſi
reus fuit tortus non præceden-
tibus legitimis indicijs, & con
feſſus fuerit crimen,quæ cōfeſ-
ſio eſt nulla, ꝙ talis confeſsio
non reconualeſcat, licet poſtea
ſuperueniat probatio per inſpe
ctionem oculorum,vel per alia
indicia legitima vrgentia, &
ſufficientia per prædicta. Qui-
nimo dico vnum, quod eſt for-
tius videlicet, ꝙ adeo eſt verū
hoc videlicet, ꝙ confeſsio fa-
cta in tortura legitimis indi-
cijs non præcedentibus eſt nul
la,ꝙ iſtud eſt uerum etiam ſi iu
6 dex habet † liberum arbitriū
in criminalibus: quoniam nec
etiam tamē poterit aliquem po
nere ad torturam legitimis in-
dicijs non pręcedentibus,alias
teneretur in ſyndicatu.ita not.
dicit Pau. de Leaza. in c.gra-
uis. de depoſito. & d. Alex. in
l.filiusfa. in v. apoſt. ff.de do-
na.& Gandi.in trac.ſuo male-
fi.ſub rub.de quæſtio.& tot.in
vlt.col.ver.præterea ego quæ-
ro &c.& in verſi. ibi ſeq.& d.
Paris de put.in tracta.ſuo ſyn.
in c.chart. in iiij. col. verſi.&
adde ꝙ licet iudex &c.& ipſe
ibi plura ad hoc alleg.& idem
firmat Iaſo. in l.j.in ij.col. C.
de fac.ſanct.eccle. & in l.mili
tes.C.de teſta.mili.vbi dicit,ꝙ
hoc etiam voluit Alex. in con
ſil.ſuo lxv. incip.habita ſuper
contentis &c.in ij.col.in j.vo-
lu. & Raph.Ful.in conſi.xcvj.
inci. ſuper quæſtione formata.
in fi.Et faciunt etiam dicta per
Petr.de Anchar. in conſil.ſuo
clxvj.incip.viſis diligēter om
nibus.poſt prin.et per d.Catal.
in trac. ſyndi.in verſic.cxxij.

& in verſic.cxxiij. ibi ſequenti: de quibus etiam late dixi ſupra, in.§.conſtante. nu.27. Et ſcias etiam aliud in hac materia: videlicet ꝙ nedum confeſſio torti facta ſine legitimis indicijs in tortura, eſt nulla, etiã ſi reus in ea perſeueret vt ſupra, ſed nec etiam valet ipſo iure quicquid poſtea ſequitur
7 ita † dixit do. Paris de puteo in trac. ſyndic. in cij. char. in iij. col. in verſi. an cõfeſsio torti. vbi allegat plura iura, de q. bus ibi per eum. Pro quo dicto facit gl. not. in l. ſi accuſatoribus in gl. fi. C. de accuſ. quæ dixit, ꝙ ſi † citatio non eſt legi-
8 time facta, proceſſus & ſententia, & omnia inde ſequuta ſunt nulla: quam gl. refert & ſequitur Bal. in c. ſi clericus. i j. col. de pace tenen. & in l. cum fratrem. in viii. col. C. de his qui. vt indig. & in cõſi. ſuo clxxiij. incip. præſuppoſito. in iij. vol. Et faciunt quæ dixi ſupra, in §. quoniam. nu. 44. cum pluribus verſicu. ibi ſequen. Modo in propoſito cum dicta confeſſio dicti homicidij facta per reum in tortura legitimis indicijs non præcedentibus ſit nulla, & per conſequens omnia inde ſequuta vt dixi: ergo ſequẽs probatio maleficij reperti erit nulla, et non præiudicabit reo, vt poſsit vigore illius condemnari. Pro quo facit: nam negari non poteſt, ꝙ illud homicidium repertum & verificatum non ſit repertum & verificatũ poſt illam confeſsionem indebitam & inualidam factã per torturam, non præcedentibus legitimis indicijs: ex quo neceſſario ſequitur, ꝙ dictus reus nõ poterit puniri. Nam clarum
9 eſt in iure, ꝙ annullato † principali annullatur acceſſoriũ, & corruente principali, corruit acceſſorium, vt in reg. acceſſorium. de reg. iur. in vj. & in l. fin. ff. de conſtitut. princi. cum ſimil. Et ideo dixit Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideicommi. ꝙ annullato inſtrumento,
10 annullata † eſt etiam conſtitutio precarij in eo appoſita. et idem dixit ipſe Bal per verbũ forte. in c. j. in. §. ſi quis. in vlti. col. de feu. dato in vicem legis cõmiſ. & eſt de mente Bar. in l. qd meo. in prin. ff. de acquirend. poſſeſ. & voluit Bald. in ſimili in l. abſentis. in v. col. ff. ſi cert. peta. vbi dicit, ꝙ ſi non
11 tenet † contractus principalis, non tenet etiã pactum guarentigiæ in eo appoſitum, vel confeſsio in eo appoſita: quod dicit probari per text. in d. l. fina. ff. de conſtit. princip. ꝙ etiam voluit idem Bald. in l. etiam. in j. col. C. de execu. rei iudic. & in l. in contractibus in fi. princ. C. de non numera. pecun. & Ludo. Roma. in repet. l. ſi vero. in. §. de viro. in xxxiij. fal. ff. ſolut. matrimo. & in conſil. ſuo xij. incipien. viſis quę egregie &c. poſt principi. vbi pro hoc allegat gloſſ. in l. ſi patronus. in verſicu. fauiana ff. ſi quid in frau. patro. Et idem dixit etiam ipſe Ludo. Roma. in conſil. ſuo cxv. incipien. viſo compromiſſo. ante fin. vbi etiam allegat dictam gloſſ. & idem etiam clarius firmat idem. Ludo. Roma. in conſ. ſuo ccxlvj. incip. clariſsime aſſeſſor. poſt prin. Pro quibus etiam facit notabile uerbum ip

cius Ludo.Roma.in conſil.ſuo ccccxlix.incip.inquiritur cõtra Iacobum. & dicta per Pet. de Ancha.in conſi.ſuo lxxiiij. incip.viſo diligenter. circa fi. & per Bald. in authent. ſiue a me.in fin. C. ad velleia. Item hanc partem, quod annullato inſtrumento,ſeu contractu principali,ſit nullum precarium in eo appoſitum, & etiam confeſſio,firmat Bal. in l. non dubiũ. in ix.col. verſi. ſimiliter dico. C.de legib. & d. Alex. in conſi.ſuo cccv.ſecundum ordinem meum. incip.lecto,& diſcuſſo. in vij.col.et in cõſ.ſuo lxxxij. incip. perſpectis his &c.in v. col.in ij. volu. Et faciunt etiã dicta per Bald.in additio.Spec. in titu. de confeſſ. in addi. incip.quandoque proceſſus.ubi dicit, ꝙ quando proceſſus non tenet ratione incompetentiæ iudicis,non valet etiam confeſſio in eo facta. Et faciunt etiã dicta per eundem Bald. in l.j. in iiij.col. verſi. quæro vtrum iuramentum. C.de inoffic. do.
12 vbi dixit, † ꝙ ſi reſcinditur conuentio principalis, reſcinditur etiam pœnalis & quælibet acceſſoria. Et faciunt quæ latius dixi in l. penult. in xj. colũ.ff. de quæſtio. & in ſing. meo xvij.inci. acceſſorium.& dicta per Abb. in conſilio ſuo xxxviij.inci.in quæſtione quę ad præſens.in j.col.in ij.volu. & per Socin.in conſi. ſuo lxv. incip.circa primum.in x.col. poſt princ. vbi not, loquitur.

Vlterius etiam vltra prædicta,ꝙ dictus reus non poſſit cõdemnari ad mortem non obſtãte quod verificatum ſit dictum homicidium, facit optime. Nã in cauſis criminalibus procedatur ad inſtar ciuiliũ:vt in l.abſentem.ff.de pœ. Sed in ciuilibus nemo ſine actione experit: vt in l. ſi pupilli.§. videamus. ff.de neg.geſt.et in l.quotiẽs §. is qui tẽporali. ff.de admi. tut. cũ ſimili. ergo idẽ dicendũ eſt in criminalibus, & ſic in qõſtione noſtra.Cum aũt in caſu & qõſtione noſtra nulla eſſent indicia contra dictum reum: ergo curia nõ poterat experiri, nec moleſtare dictum reũ.Sed cum fuerit dictus reus tortus ſine indicijs, & confeſſus fuerit homicidium,& illud verificauerit, tñ hoc nõ debet nocere reo. Et ꝓ hoc facit optime ꝙ dicitur, ꝙ de delictis, de quibus nulla
13 ſunt indicia, † iudex non põt, nec debet interrogare reũ,nec a fortiori eũ torquere vt dixi late ſupra, in.§.conſtante. nu. 14. Et vltra ibi dicta iſtud etiã voluit Odof.in trac.ſuo de quęſtioni.inci.ſed quid de quęſtione quotidiana &c. de quo etiã late habetur per Alex. in cõſi. ſuo cxxxiij.inci. ſtãtibus &c. in v. col.in vij.volu.de quo ẽt late dixi in l.repetit. in penul. & vlti.colum. ff. de quæſtio.

Item vltra prędicta,ꝙ in caſu noſtro non poſſit ſequi condemnatio facit optime alia ratio:videlicet, ſi reus confitetur
14 feciſſe homicidium † ad ſuã defenſionem, licet ex tali confeſſione ſit fundata intentio curiæ vt dixit Barto. in l. Aurelius.§.idem quæſijt. ff. de libe. lega. & habetur per Bald. in addit,Spec.in titu. de confeſ.in ij.col.in verſi.confiteor me occidiſſe. et habetur ꝑ Bal. in l.ſi filius.§.in exceptionibus. ff.de

iuterro.

interro.act. & in l. codicillum. C. de codicil. & per Bal. in l. j. C. de confeſ. & in l. decem. vbi etiam per Imol. ff. de verb. oblig. & per Abb. poſt gloſſ. in c. cum veniſſent. de inſti. & in c. bonæ. de poſtu. præla. & in c. j. de iuramẽ. calum. & per dom. Feli. in c. paſtoralis. de excep. in vj. colum. & per alios plures, quos ego adduxi in ſingu. meo clxxxv. incip. confeſsio inquiſiti. Attamen ex tali confeſsione non poterit talis reus ad mortem condemnari, ſi de homicidio aliter non conſtat, quam per dictam ſuam confeſſionem: ita not. dixit Abb. in c. auditis. circa vlti. colum. extra de præſcrip. quem ibi ſequitur do. Feli. dicens hoc eſſe dictum ſing. & alibi non reperiri. & ꝙ apud practicos aduocatus eſt in ſolenni cultu: & idem dixit ipſe in c. ſignificaſti. el. ij. in penul. colũ. de homi. quod dictum etiam ſequitur Alexan. in l. nõ ſolum. §. ſciẽdum. ff. de ope. no. nun. Modo ad propoſitum licet reus confeſſus ſit homicidium, & ſit verificatum, attamen nõ debet poſſe condemnari, ſi aliter non probatur, ꝙ ipſe reus illud fecerit: quia nõ ſequitur, verificatum eſt delictum allegatum per aliquem, ergo ipſe fuit ille, qui fecit illud: nec probatur per ſuam confeſsionem, ꝙ ipſe fecerit tale homicidiũ, cum dicta eius confeſsio ſit illegitima, cum fuerit facta vigore torturæ, & non præcedentibus aliquibus indicijs: vt ſupra ſatis oſtenſum eſt. Et ſic ex omnibus ſupradictis videtur dicendum, ꝙ iſte reus modo aliquo nõ poſsit condemnari ſaltem ad mortem pro dicto homicidio, licet ſit verificatum, & conſtet per euidentiam: vt ſupra. Iſtis tamen non obſtãtibus contraria opinio videtur verior videlicet, ꝙ imo talis reus poſsit, & debeat de iure condemnari ad mortẽ propter dictum homicidium confeſſatũ, & verificatum, & hoc ex pluribus. Et primo quia cõſtat de veritate homicidij: & ſic omnis dubietas ſublata eſt ſtante veritate ipſius, quę oculis ſubijcitur, & inficiari non poteſt,
15 † quæ veritas ſemper eſt quęrenda, et inuenta attẽdenda eſt. in l. fi. in ver. veritati locũ ſem per fore. ff. de prob. & habetur in l. j. in fin. C. de la. liber. tol. per quem tex. dixit do. Fran. de Cre. in conſilio ſuo incipiente, ſereniſsimus imperator. quod conſi. eſt inter conſi. Alexã. nu. mihi 407. ꝙ imperator monet nos eſſe veritatis imitatores. & alleg. d. l. j. in fi. & ibi ſubdit, ꝙ veritas ſuper omnia amanda, eſt, vt dixit iuriſconſultus in l. cum ita legatum. ff. de conditio. & demonſtratio. quod etiã dixit Soci. in conſi. ſuo viij. incip. viſis & diligenter. poſt princ. Et dixit Specula. in titu. de teſte. §. qualiter autẽ. verſic. deinde &c. ꝙ iudex debet curare, ne veritas pereat, vel occultetur. Et dixit Bald. in l. ſi
16 quis ſeruo. C. de fur. † ꝙ in delictis veritas inſpicitur. & idẽ dixit Ioan. And. in ca. cũ quis. de regul. iuris. in vj. in mercuria. & Alex. in l. diuus. ff. de ſica. Pro quibus facit, nam ve-
17 ritas eſt probatio † probata, quæ non indiget diſcuſsione, vel diſceptatione fori, & nihil

poteſt

poteſt allegari in contrarium: vnde veritas eſt notoria. ita di xit Cyn.in l.nam ita diuus. ff. de adopt. & ibi Dy.in additio, per ea quæ not.Inno.in c.inter nos. de conſuetu. quos refert, & ſequitur Bald. in l. impera. tor.la j.in j. colum. ff. de ſtatu hominum . Et facit quod dixit Bald.in l.executorem.in ante. pe.colum. C.de execu.rei iudi. vbi dixit, ꝙ nihil eſt tam for. te, quam veritas. Et ideo dici-
18 mus † ꝙ veritati omnia cedũt. vt in c.veritati.viij.diſtinctio. & in cap.ibi ſeq.& in cap.fra- ternitatis.de frigi. & malefici. & voluit Fed. de Senis in cõſi. ſuo cclxiij. alias ccxliij.Hinc
85 † fuit introductus ꝑpter publicam vtilitatem, ſecundum Cardi.in clem.ſępe.in prin.in xij. q. de verbo. ſignifica. & ideo renuntiari non poteſt per partes l.ius publicum. ff. de pac.& volunt doct.in dictis locis. Dixit tamen Barto.in l.ſi ſocietatem.in.§. arbitrorum.in iij. colum.ff.pro ſocio.ꝙ prędicta habet locum coram iudice ſed ſecus eſt coram arbitro: quia coram
86 arbitro poteſt † renuntiari ordini iudiciorũ, ſecundũ eum ibi. Et iſte ordo iudiciarius requiritur in cauſis criminalibus, vt dixit Specu.in tit. de accuſatio. in.§.j.in j.in vlt. col.ver.in ſumma.de quo etiã vide omnino quæ dixi in ſing. meo ccxciij.inci.ſtatutum tollens &c. Et hæc omnia dicta de iſto ordine iudiciario multum faciunt in quęſtione noſtra pro dicto reo, vt non poſsit condemnari pro dicto homicidio, cum contra eum non fuerit ſeruatus ordo iuris:ſed iudex ꝓceſſerit ex abrupto, leuato velo, vt dictum eſt, & indebite torſerit eum.Et vt dixi,ne detur materia delinquendi iudicibus,& procedendi velo leuato nõ videtur mihi, ꝙ dictus reus ſuper tali proceſſu,nullo,& inualido poſsit condemnari, nec etiam debet abſolui ſtante verificatione delicti,& hoc vt delicta non remaneant impunita l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cum ſimili. Quid ergo dicendum videtur? ego puto,ſaluo ſemper ſaniori iudicio ſic eſſe dicendum: videlicet, ꝙ dictus reus non poterit condẽnari vigore illius proceſſus attenta nullitate, & inualiditate dictæ confeſsionis, & conſequenter omnium retro agitatorum: ſed iudex debebit ipſum reum abſoluere, non tamen diffinitiue, ſed ſolum ab obſeruatione iudicij: poſtea autem ipſe iudex debebit formare nuadam inquiſitionem dicti maleficij contra dictum reum,& cõtra eum procedere ſeruatis ſeruandis: & poſtea ſuper illo proceſſu nouiter facto poterit condemnare dictum reum, & hoc modo ſeruabitur ordo iuris,& tale delictum non remanebit impunitum,vt decet. Et hanc determinationem & concluſionem ad hanc quæſtionem elicio ex quodam cõſilio Ange.quod in ordine eſt clxxviij. & incipit, viſis actis prædictis &c.vbi dixit, ꝙ quando libellus eſt ineptus, ſeu inquiſitio eſt inepta, quicquid ſequitur
87 † eſt ipſo iure nullum.& dicit ꝙ Guli.de Cug.per l.ſi patronus liberium. ff. de iureiuran. dicit ꝙ exceptio ineptitudinis
88 † reddit iudicium reſto nullũ: & ꝙ etiam poſt ſententiam poteſt hoc opponi. Item etiã ſubdit,propter ineptitudinem nullus ꝓceſſus intelligitur factus, ergo non poteſt ſequi ſententia diffinitiua. & ideo dicit ipſe Ange. ꝙ ſi tali caſu iudex ali-

quam

quam pœnam vult inferre, poterit illam extra ordinem imponere, non tamen poterit imponere pœnam ordinariã: quia ordo proceſſus iam facti repugnat. vnde dicit ꝙ in tali caſu tutior eſt via, ꝙ abſoluat reus ab obſeruatione iudicij ꝓpter libelli ineptitudinem, & iterũ procedi poterit. & dicit ꝙ ipſe ita conſuleret, & iudex in tali caſu fugeret retia ſindicatorũ. & dicit ꝙ licitum eſt iudici in tam dubiis eligere ſecuriorem partem, vt habetur in l. dos a patre. C. ſoluto matri. Et refert Ange. in dicto conſ. clxxviij. in fin. ꝙ alias ipſe ita obtinuit de facto dum eſſet aduocatus domini Rainerij Ianf. de Piſis olim poteſtatis Peruſii, dũ erat in ſyndicatu, qui non obſtante inquiſitione inquiſitos abſoluit propter ineptitudinem libelli, ſeu inquiſitionis, & poſtea de nouo inquiſitionem formauit, & proceſsit. Ita dico in caſu noſtro, ꝙ poſtquam dicta confeſsio facta per torturã indiciis non præcedentibus eſt nulla, & inualida, ꝙ ipſe reus non poterit condemnari ſuper dicto proceſſu: ſed iudex debebit ipſum abſoluere ab obſeruatione illius iudicij, & poſtea debebit nouum proceſſum inchoare, & nouam inquiſitionem formare de dicto maleficio contra dictũ reum: & ſeruatis ſeruandis poterit dictum reum diffinitiue condemnare: & hoc modo delictum non remanebit impunitum, & ſolẽnitates a iure requiſitæ erunt ſaluæ. Et ita mihi videtur concludendum in hac notabili quæſtione &c. Hippoytus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Iudex torquẽs nõ præambulis indiciis, an puniendus in ſyndicatu. Et qua pœna. n. 10.*

2 *Iudex procedens ſine debita cauſæ cognitione facit litẽ ſuã.*

3 *Iudex delinquens in officium, non iuuatur ratione officii.*

4 *Officialis procedens de facto facit litem ſuam.*

5 *Illicitum perueniens ad optimum finem nõ excuſat a pœna.*

6 *Dominus non tenetur ad expenſas procuratoris impetrantis per ſimoniam ſuo nomine. Et idem in iudicio calumnioſo. 7.*

8 *Iudex ferens ſententiam etiam iuſte poſt terminum inſtantiæ, debet puniri.*

9 *Iudex prætergrediens legum limites, præſumitur doloſus.*

11 *Penam eſſe collatam in arbitrio iudicis quando intelligatur. 13.*

12 *Res indeterminata ſtat in iudicis arbitrio.*

§. SVCCESSIVE videdũm eſt de tertia quæſtione dependente a proxima ꝑcedẽti quæſtione, quæ tertia quæſtio talis eſt, videlicet, vtrũ in caſu qõnis præcedentis iudex, qui dictũ reum poſuit ad torturã non præcedẽtibus indiciis debeat puniri in
1 ſyndicatu † pro tali illegitima tortura:

tortura: in quo videretur dicē-
dum ꝙ non: quia poſtquam in
veritate iſte reus erat culpabi-
lis,& vere commiſerat dictum
delictum,poterat contra eū pro
cedi non ſeruata ſolennitate iu-
ris. argu.tex.not.& corū, quæ
ibi habentur in l.fi.§.fi.ff.quod
met. cau.vbi habetur,ꝙ valet
executio contra debitorē, etiā
ſi in ea non ſint ſeruatæ ſolen-
nitates iuris,quando in rei ve-
ritate ille talis, contra quē eſt
facta executio erat debitor in
veritate:de quo tex. latius lo-
quutus ſum ſupra in §.præcedē
ti.nume.xxxix. ideo eodē mo
do videbatur dicēdum in caſu
iſto:videlicet,ꝙ poſtquā in rei
veritate iſte reus cōmiſerat di-
ctum delictum, ꝙ non eſſet ali-
qua pœna puniendus dictus iu-
dex, qui poſuit eum ad torturā
non præcedentibus indiciis le-
gitimis. Præterea pro hac
parte facit etiam. Nam poſt-
quā ex opera dicti iudicis res
iſta occulta peruenit in lucem,
videtur ꝙ dictus iudex magis
ſit laudandus, & præmiandus,
quam vituperandus,& cōdem-
nandus. argumen. eorum quæ
habentur in l. ſed ſi lege. in §.
conſuluit.ff.de petitio. hæredi-
ta. & ꝙ voluit Bal.in l.j.C.ne
ex delictis defunct.in v.col. in
verſi. item tenetur lege Corne-
lia &c. Attamen contrariā ſen
tentiam & opinionem puto ve
riorem, ſcilicet, ꝙ imo dictus
iudex, qui in ſimilibus,in qui-
bus tractatur de præiudicio ir-
reparabili exceſsit modum, &
non ſeruauit debitas ſolennita
tes a iure requiſitas,debeat pu-
niri de tali exceſſu, & de tali
tortura ſine indiciis illata, Nā
iudex ꝓcedens ſine debita cau-
2 ſæ cognitione, punitur: † quia
facit litem ſuam ſecundū Bal.
in l.obſeruare.in.§. proficiſci.
in xxv.quæſtione.ff.de officio
proconſulis.Item iudex nō ob-
ſeruans iuris ordinem, vel de-
3 bitam conſuetudinem,† redigi
tur ad inſtar priuati, nec iuua-
tur ratione officij,cum delique
rit in ipſum officium, contra
naturam ipſius officij ita dixit
Bald.in conſi.cccxxxvj. inci.
factum ſic proponitur. in iiij.
volum. Pro quo facit. Nam tu-
tor non bene adminiſtrans bo-
na pupilli, non fingitur tutor.
ſed tenetur tanquam quilibet.
l.qui fundum.§.ſi tutor. ff. pro
empt.l.interdum.§. qui tutela.
ff,de furtis. facit. l, item apud
labeonem.§. quæſtionis. ff. de
iniuriis. de quo etiam in ſimili
per Guido.de Suza.in tractatu
ſuo maleficiorum. in antepen.
char. in vlti. verſi.incip. an ſi
iudex &c. & ibi Ludo. Bolo-
gni.in addition.Et dixit Bald.
in l.lectos.ff.de pericul.& com
modit. rei vendi. ꝙ officialis
4 procedens de facto † facit li-
tem ſuā: & ꝙ tali caſu poſſunt
iura cedi contra ipſum,ſicut cō
tra priuatum. quod dictum re-
fert,& ſequitur Catal.in tracta
tu ſyndi. in verſi.ccciij. incip.
adde ꝙ officialis &c. Nec vi-
detur ſufficere ſi dicat, ꝙ poſt-
quā res bene ſucceſsit, & poſt-
quam ipſe reus fuit repertus in
vero delicto, non debet puniri
ipſe iudex pro dicta tortura in
debita, ſed imo eſt laudandus,
& præmiandus, vt ſupra dixi.
Quia reſpondeo pluribus mo-
dis. Et primo dico, ꝙ quando
aliquis fecit aliquod illicitū,
non

non excuſatur a pœna illius il
5 liciti,† licet tale illicitum per
uenerit ad optimum finem, ita
probat tex. in l.deſertorem.§.
in bello.ff.de re militar.vbi di
xit text. ꝙ qui rem prohibitã
a duce belli fecit,vel mandata
ab ipſo duce belli non imple-
uit,capite punitur, etiam ſi res
bene ſucceſſerit. pro quo facit
dictum Abb.in ca.bonæ. el ij.
de poſtula. prælato. vbi dixit,
6 † ꝙ ſi procurator impetrauit,
& obtinuit per ſimoniam ali-
quid nomine domini, ꝙ domi-
nus non tenetur ſibi reſtituere
expenſas, quas fecit. Et faciũt
dicta per Moder. in l.j.§.ſi pro
curator.ff.ſi quis ius di.nõ ob.
vbi dicũt, ꝙ ſi procurator egit
7 iudicium calumnioſum† nomi
ne domini, & obtinuit,ꝙ nihi-
lominus non poterit hoc caſu
repetere expenſas,quas fecit a
domino. pro quibus etiam fa-
cit. nam iudex ferens ſenten-
tiam etiam iuſte poſt terminũ
8 inſtantiæ † debet puniri,ſecun
dum Pet.de Ancha.in c.unico.
de reſti.in inte. lib.vj. in vlti.
col. Et facit etiam ad prędicta
quod voluit Bald. in conſi.233.
inci.quæritur &c.in fi.in j.vo-
9 lu.vbi dixit,ꝙ iudex† præſu-
mitur doloſus,quando tráſgre-
ditur leges.Ita dicendum vide
tur in caſu noſtro,in quo iudex
velo leuato tranſgreſſus eſt le-
ges,& iura, merito debet puni-
ri non obſtantibus adductis in
contrarium. Sed operepretiũ
eſt ſcire qua pœna ſit puniẽdus
talis iudex: in quo videretur,
dicendum, ꝙ eſſet puniendus
pœna mortis,eo quia iudex tor
10 quens aliquem indebite,† vel
doloſe,debet puniri pęna mor-
tis, vt dixit Bald.in l.decurio-
nes.C.de quæſt. & ibi Ang.&
voluit Ioan. de Ana. in cap. j.
in iij.colum.de cleri.percuſ.&
Angel.de Aret. in tractatu ma-
lefic. in verbo, fama publi. in
xv.char. verſi. tertio quæro
& volunt alij docto.quos retu-
li in l.quæſtionis modum.in ul
ti.col.ff.de quæſt. & in l.repe-
ti.in.j.col.eo.tit.Et in caſu no-
ſtro talis iudex indebite torſit
non ſeruando leges,vel ſtatuta
volentia,ꝙ reus non poſsit tor
queri, niſi præcedant indicia,
& alia neceſſaria. item doloſe
proceſsit tranſgrediendo legẽ,
& procedendo velo leuato, vt
dixit Bald.in d.cõſ.ccxxxiij.
ergo videtur, ꝙ debeat puniri
pęna vltimi ſupplicij per dicta
iura, & rationes.de quo etiam
latius dixi ſupra in.§.expedi-
ta. nu. 87. Attamen prædictis
iuribus & rationibus non ob.
crederem quod hoc caſu dictus
iudex non deberet puniri pœ-
na mortis,attento quod pur nõ
torſit innocentem,ſed vere no-
centem,& culpabilem,& verũ
homicidam. & ideo magis cre
do quod ſit puniendus arbitrio
iudicis, ſeu ſuperioris,cum in
tali caſu non ſit ſtatuta,nec ſpe
cialiter ordinata certa: pœna
11 quo caſu † pœna intelligitur
eſſe collata in arbitrio iudicis
vt habetur in l. j.§.expilato-
res.ff.de effrac.& expil.& in
l.hodie.ff.de pę. & in l.iij.ver.
ſtellionatum.cum verſi.ſeq.ff.
de cri.ſtellio. & probatur in ſi
mili in l.j.ff.de iur. deli.& in
l.fi.ff.de acti.emp.& in l.in vẽ
ditione.§. in tempore. ff.de bo.
auto.iudic.poſ.& in l.mora.in
princ.ff.de vſur. & in l.conti-
nuus.

mus §.cum ita.ff.de verb.obliga.& in c.fin.de tranſactio. & in c.finem litibus.de dolo, & contu. & in c. de cauſis. de officio delegati.& in c.querenti. de verbo.ſignific.in quibus iuribus habetur ꝙ res indeterminata ſtat in arbitrio iudicis.
12 † de quo etiam per Alex. in conſilio cxj. incip. ponderatis verbis. in vj.col.in j. volu. de quo latius dixi in l.de minore. in prin. in viij.col.ver.qua autem pœna &c.ff.de quæſtio. & in l.lege Cornelia. in fin.ff.de ſica. Et a contrario ſenſu dicimus, ꝙ vbi pœna eſt expreſſa in lege, vel ſtatuto, vel in alia
13 diſpoſitione: † tunc nihil operatur arbitriũ iudicis. & ideo ſtante ſtatuto, ꝙ in maleficijs iudex habeat liberũ arbitriũ, tale ſtatutum intelligitur ſolũ in delictis,ſeu maleficijs, in q̃bus non eſt expreſſa pęna in lege,vel ſtatuto.ſecus autem erit in maleficijs,in quibus a ſtatuto imponitur certa pœna: quia in illis non poterit recedere a ſtatuto, & tunc nihil operabitur eius arbitrium. ita dixit Paul.de Caſtr.in l.certo generi.§.ſi totus.in fi. ff.de ſerui.ruſtic.prædio. & in conſil.cxix. incip. notandum eſt &c. in ij. col.& idem dixit Bal.in c.j.in vij.col.de mi.va.qui cõtumax eſt.& idem tenuit Corſe.in no. ſuis.in verbo, ſtatutũ. in nota. incip.ſtatuto cauetur,ꝙ pro homicidio &c. Et facit ꝙ voluit Bal.in l.fi.C.de prob.circa fi. vbi dixit, ꝙ licet quando proceditur ex p̄ſumptionibus mitigetur pœna,tamen quando pęna habet certos fines, nũquam poteſt ex qualitate probationũ augeri: quod dictum refert & ſequitur Fran. Brun. in tracta. ſuo de indi. & tor. in vj. char. in j. col.& dicit Bal.in d.l.fin. ꝙ ex hoc iudices debent eſſe confitenti finibus pœnarum, prout ſcriptæ vel notatæ ſunt a iure.de quibus etiam dixi in repe. mea rub. C. de proba.in l.col.in fi. de quibus etiam per Geor.Na.in Cle. ſæpe.in §.nõ ſic tamen.in xxv. col.de verbo.ſignifi. Tene menti prædicta quia ſunt quotidiana,& tractabilia.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ratio naturalis ſubrogatur loco legis.*
Et illam corrigit. 2.
3 *Lex eſt omne quod ratione conſiſtit.*
4 *Iudex ad quem in criminalibus, an teneatur ſtare proceſſui iudicis a quo, vel nouum proceſſum inchoare.*

§. OCcvrrit modo alia quęſtio valde dubia, q̃ nõ memini me vidiſſe ab aliquo tactam, licet quotidie occurrat in facto. de quo mirandum eſt ꝙ aliqui doctores, & maxime ſcribẽtes ſuper maleficijs eam non tetigerint,& illã propter eius frequentiam non examinauerint. Quæ quidem quæſtio talis eſt. In aliqua ciuitate ſunt plures magiſtratus, et plura officia,vt eſt in hac noſtra ciuitate Bononiæ mihi

niæ mihi patria: in qua primus eſt R. dominus gubernator, ſeu locumtenens legati apoſtolici. Item eſt magnificus dominus Vexifer iuſtitiæ, & Antiani. Item dominus Poteſtas iudex ordinarius, qui habet merũ & mixtum imperium, & omnimo dam gladij poteſtatem. Itẽ ſunt etiam tribuni plebis, qui vulgariter appellãtur Domini de collegio. Item eſt etiam iudex Mercatorum. Modo pone ꝙ Antiani vel Tribuni plebis ca piunt aliquem accuſatum, vel denuntiatum de aliquo crimine: & eum de facto torquent ſine aliquibus indicijs, vel aliter indebite non ſeruato iuris ordine, nec ſeruatis ſeruandis: & ipſe confitetur ſe commiſiſſe illud delictum, quo ſtante cõfeſsio ſua eſt nulla. per gl. in l. pe. ff. de quęſtio. circa quod plu ra dixi ſupra in. §. ſecũda quęſtio. in pluribus ver. Poſtea ta lis reus remittitur ꝑ dictos Antianos vel Tribunos plebis ad Poteſtatem, & ſic ad iudicem ordinarium. qui iudex interro gat ipſum reum vtrum cõmiſerit delictum, quod confeſſus eſt commiſiſſe in tortura corã Antianis vel Tribunis: et ipſe reus iterum confitetur ſe dictum delictum commiſiſſe, an hoc caſu iſta confeſsio facta ſine tortura corã ipſo Poteſtate noceat ipſi reo, & habeatur pro ratificatione dictæ primę confeſsionis factæ in tortura coram Antianis: vel præſumatur facta metu tormentorum ſicut prima fuit facta indebite et iniuſte per cruciatum torturę corã Antianis vel Tribunis plebis. Vel pone ꝙ dicti Antiani, vel Tribuni habebant indicia cõtra dictum reũ de dicto maleficio, & vigore dictorum indiciorum incœperunt torquere eum, attamen eum nõ torſerunt ſufficienter, poſtea eum remiſerunt ad Poteſtatem: an hoc caſu ipſe Poteſtas vigore indiciorũ, quæ erãt contra iſtum reũ poſsit ipſum de nouo ſufficienter torquere incipiendo nouam torturã, non habito reſpectu ad illam primã quam ſibi intulerunt Antiani vel tribuni, vel debeat habere reſpectum ad illam torturam, & illam computare in tortura, quã ipſe vult inferre dicto reo. Et põt poni exẽplũ. Cõtra illũ reũ erant duo indicia, propter quæ Antiani vel Tribuni dederũt ipſi reo quatuor ictus torturæ, & poterant ſibi dare ſex, cũ de conſuetudine totius Italiæ pro quolibet indicio, dentur tres ictus torturę. Modo Poteſtas vigore dictorũ indiciorũ vult torquere dictũ reũ, an poterit ſibi dare ſex ictus torturæ ꝑꝑ illa duo indicia cõtra eum exiſtentia: vel ſolũ poterit ſibi dare duos ictus, qui deficiebant ad numerum ſex, cõputando illos quatuor ictus, quos habuit ab Antianis vel Tribunis? & ſic vtrum tortura illata reo ab vno magiſtratu, ſeu officiali, debeat cõputari ipſi reo ab alio officiali procedente contra ipſum reum pro eodem crimine, Vel alius iudex procedẽs, vt dixi, cõtra ipſum reũ poſsit incipere & finire nouã torturã, nullo habito reſpectu ad illã primam torturam, ꝙ̃ paſſus eſt ipſe reus corã alio primo iudice, vel magiſtratu ꝓ eodẽ delicto. Et vere iſtæ ambæ qõnes ſunt

multū dubitabiles,& apud me valde ambiguæ ſunt, & maxime importātiæ & effectus. Quo enim ad primam mihi videtur dicendum, ꝙ dicta confeſsio prima per ſecundam non dicatur ratificata nec dicatur aſſumere aliquod robur per dictā cōfeſsionem factam coram Poteſtate,& hoc attenta nullitate & inualiditate ipſius primæ cōfeſsionis factæ corā Antianis vel Tribunis plebis. Nam ēt ſi dicta ſecunda confeſsio eſſet facta coram eodemmet iudice, coram quo fuit facta prima,nō validaret primam: cum clarū ſit,quod confeſsio facta per torturam non præcedentibns indicijs legitimis non valeat, etiā ſi millies ratificetur, ſecundū glo.in l.pen.ff.de quæſt.de quo ibi late dixi. & ſupra dixi in §.ſecunda quæſtio. nu.2. & ſimiliter omnia inde ſequentia ſunt nulla, vt dixi in dictis locis. Veruntamen aliquod dubium facit in hoc caſu:quia dicta ſecunda confeſsio non fuit facta in eodem iudicio, & corā eodem iudice, ſed coram diuerſo iudice:Quod tamen non videtur obſtare:quia licet fuerit facta corā diuerſo iudice,nō tamen fuit facta circa idem delictum. variatio enim iudicū nō variat delictum. Et ideo mihi videtur ꝙ omnino dicta prima confeſsio facta ſuper eodē crimine vna cum cōfeſsione ſubſequuta ſit nulla, licet ſit facta coram diuerſis magiſtratibus dicta ſecūda confeſsio, ex qua non poterit condemnari ipſe reus. Sed poſſet forte in hoc caſu fieri diſtinctio hoc modo:videlicet,ꝙ aut iſte reus, qui fuit primo ab Antianis indebite, & iniuſte,velo leuato,ſine indicijs tortus erat homo idiota & rudis:qui nullam doctrinā, nec experiētiam habebat, vtputa; erat quidam ruſticus, vel mulier,qui non intelligunt requiſita a iure in ſimilibus. & tunc videtur quod dicta confeſsio ſecunda facta coram Poteſtate non noceat ipſi reo, ſicut nec prima facta corā Antianis vel Tribunis ei non nocuit.per gl. d.l. pe.ff. de quæſtio. quia ipſe reus videtur hoc dixiſſe vigore torturæ præcedentis:cogitās ꝙ ſicut fuit indebite tortus ab Antianis vel Tribunis,ita poſſet de nouo indebite torqueri ab ipſo Poteſtate:& hoc timore ductus fuerit confeſſus corā Poteſtate. arg. illius carminis videlicet. Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat &c. & ideo dicta confeſsio eſt nulla ſicut prima. ar. eorū, quæ habentur in d.l.pe.& in l. repeti. ff. de quæſtio. Aut erat homo ſagax, practicus & expertus, qui veriſimiliter poterat ſcire, ꝙ Poteſtas eum non torqueret,niſi haberet ſufficientia indicia, & ſeruatis ſeruandis propter timorem ſyndicatus: & tunc talis confeſsio facta ſecundo loco coram Poteſtate ei noceret: quia non videretur illam feciſſe timore torturæ,quæ ei non poterat de iure inferri: ſed talis confeſsio hoc caſu videtur magis ſponte facta ex conſcientia criminis. Vel poſſet etiam dici aliter videlicet,qd ſi antequā ipſe reus torquereť a Poteſtate, ipſe Poteſtas dixiſſet tali reo, vt ſolēt dicere

dicere boni iudices, ꝙ non du-
bitaret de aliqua illicita tortu-
ra, quæ ei inferretur iniuſte, &
de facto, ſed diceret veritatem
de eo, quod erit interrogatus:
tunc ſi confiteretur, talis con-
feſsio ei præiudicaret, quia nõ
præſumeretur facta metu tor-
mentorum. Et licet de iſta mi-
hi non occurrant præſentiali-
ter iura: tamen habent in ſe ra
tionem naturalem, quæ ſubro-
1 gatur loco legis † vt habetur in
l. cum ratio. ff. de bon. dam. &
in l. ſcire oportet. §. ſufficiat. ff.
de excu. tuto. et in l. fina. ff. pro
ſoc. & volunt gloſſ. in c. ex eo.
de elec. in vj. & non minus at-
tenditur ratio naturalis, quam
lex, ſecundum Pet. de Anch. in
conſi. ccxvj. incip. ſcripſit &c.
in vlt. col. imo ratio naturalis
2 corrigit † legem, ſecundũ Bart.
3 in prooemio. ff. in. §. fi. † Et ideo
dixit And. de Iſer. in proœ. feu.
in vlt. colum. ꝙ eſt rationabile
dictum, ita debet mouere iudi-
cem ad iudicandum, ſicut ipſa
lex: quia lex eſt omne quod ra
tione conſiſtit. quod dictum re-
fert & ſequitur Iaſo. in l. illã.
in iij. colum. C. de colla. & in
authen. ſi qua mulier. in iij. co
lum. circa princi. C. de ſacro-
ſan. ec. Et dixit Bald. in conſi.
xxxviij. inci. Thomas &c. in
fi. in iij. volu. quod ratio na-
turalis cuncta recte diſponit. &
vix reperitur aliquid contra
rationem naturalem, quod non
remordeat conſciẽtiam. de qua
ratione naturali plura dixi in
repe. mea rub. C. de proba. in
xxxviij. colum. Quo autem ad
ſecundam q. videlicet, an tortu
ra illata reo per vnum iudicẽ
debeat reiterari per alium iu-
dicem, cui remiſſus eſt ipſe reus
vel debeat computari in nume
ro torturæ habendæ, & patien
dæ coram iudice ad quem eſt
remiſſus talis reus? in quo vi-
deretur primum dicendum, ꝙ
in totum tortura deberet reite-
rari, cum ipſe Poteſtas ad quẽ
remiſſus fuit dictus reus ſit no-
uus iudex, & debeat facere no-
uum proceſſum, & non tenea-
tur ſtare proceſſui alterius, cũ
ipſe teneatur in ſyndicatu ſi ma
le proceſſerit: vt habetur in to
to titu. de pœ. iudi. qui male iu-
di. & voluit Bartol. in l. non du
bium. ff. de cuſt. reo. vbi dicit,
4 ꝙ in † cauſis criminalibus iu-
dex ad quem remiſſus eſt reus,
non tenetur ſtare proceſſui fa-
cto per iudicem, qui reum re-
miſit: ſed ipſe poteſt facere no-
uum proceſſum. ad quod alleg.
quæ habentur in. §. ſi vero cri-
men. in authen. de ſanc. epiſ.
& per Guil. de Cu. in l. magi-
ſtratibus. ff. de iur. om. iudi. &
ibi per Iaſ. in fi. Attamen con
trariũ credo verius: videlicet,
ꝙ imo iſte Poteſtas ſecundus
iudex debebit computare tor-
turam iam habitam, & paſſam
per ipſum reum ab alio iudice,
ſcilicet ab Antianis vel Tribu
nis plebis, ne ipſe reus magis
nec durius torqueatur, quam iu
ra, honeſtas & conſuetudo pa-
tiantur. Nam ſi Poteſtas ha-
bens eadem duo indicia, quæ
habebant Antiani, torqueret
reum tribus ictibus torturę pro
quolibet indicio: ſequeretur ꝙ
ipſe reus haberet quinque ictus
torturæ pro quolibet indicio,
et ſic excederet modus, & ordo
torturę cõſuetus. Itẽ ſequeretur
ꝙ prima tortura in nullo cõpu

taretur, & pro nihilo haberetur, & nō eſſet in cōſideratione ꝙ vere ſaperet iniquitatem & iniuſtitiā. Itē ſequeretur ſi vnus reus remitteretur pluribus iudicibus diuerſis tēporibus pro eodē delicto, ꝙ poſſet ab vnoquoque iudice de nouo torqueri ꝓ eo delicto: ꝙ modo aliquo non eſt dicendum, nec de rigore iuris, nec de æquitate. Et licet ſuper hac q. non habeamus tex. vel glo. vel doctrinam expreſſam alicuius doc. tamen habemus rationem naturalē, quæ vt ſupra dixi, ſubrogatur loco legis. Sed vltra rationem naturalē adduco no. verbum Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichū. in pe. col. ff. de ver. obliga. vbi examinādo certam quæſtionē dixit poſt multa, ꝙ declaratio quæ ſit ex mera voluntate iudicis non tranſit ad ſucceſſorē in officio: ſed ſecus eſt in declaratione, quæ ſit ex veriſimilibus coniecturis, vel ex actis cauſę: quia illa bene trāſit ad ſucceſſorem in officio. & hoc tenet Bar. ſecundum eum in l. ab executore. in prin. ff. de app. & in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & Bal. in l. fi. C. de legi. & Angel. & alios in d. §. ſi Stichum. Et ſubdit ipſe Iaſo. ibi, ꝙ ratio huius eſt: quia cenſetur idem iudicium & eadē perſona. alle. l. proponebatur. ff. de iudi. & c. innotuit. de elec. Ideo ſubdit, ꝙ officiū cuius reſpectu anteceſſor inquiſiuit, vel ſententiauit nunquam moritur. c. gratioſe. de reſcrip. ideo ſucceſſor in eodem officio pōt declarare. de quo latius per Iaſo. in. §. Stichū. Ex quibus verbis colligitur deciſio prędictæ q. ſaltē argumētatiue: videlicet, ꝙ iudex ſuccedēs in dicta cauſa. Antiani vel Tribuni plebis non poterit incipere nouā torturā, ſed poterit incœptā perficere: et ſic tenebitur ipſi reo torturā iā habitam coram Antianis, vel tribunis cōpulare cū tortura per eum danda ipſi reo. Pro qua cōcluſione etiā faciunt dicta per Bal. & Pau. de Caſt. in l. eos. in §. ſuper his. C. de appel. Et faciunt no. verba Pau. de Caſt. in l. edictū. ff. de iudi. quæ omnino vide ꝓ deciſione huius qō. vbi inter cætera dicit, ꝙ numerus citationū factarū a primo iudice, debet cōpleri a iudice ſucceſſore, & non debent de nouo incipi. pro quo etiā vide eundem Pau. de Caſt. in l. mortuo iudice. eo. ti. vbi dicit, ꝙ iudex ſubrogatus loco alterius iudicis, debet iudicare ex eiſdem actis: vt not. in l. ſi vt proponis. C. quō & qn̄ iudex. & ſubdit ꝙ non ſoluitur iudicium, licet ſoluatur iuriſdictio. Et faciunt ēt dicta per eundē Paul. de Caſt. in l. proponebatur. ff. eo. tit. de iudi. vbi dicit, ꝙ nō eſt neceſſe inchoare iudiciū de nouo, licet aliqui ex iudicibus ſint mutati, & aliqui loco illorum ſint ſubſtituti, imo illi ſubſtituti reaſſumēt cauſam in eodē ſtatu, in quo erat ante dictā mutationē: de quo ibi latius per eum. Et ꝓ prædictis etiam faciunt optime dicta per Ludo. Roma. conſi. cclxxix. incip. circa primum quæſtionis articulum &c. in j. col. vbi omnino videas: quia dicta ibi per eum multum deſeruiunt quæſtioni noſtrę &c. ex quibus remanet expedita ipſa quæſtio ſatis dubitabilis.

SVMMARIVM.

1 ℞ Procurator in cauſa criminali an admittatur.
Et an ad vnum articulum tantum. 2. 3.
Et an ad opponendas exceptiones dilatorias. 4.
Et in quibus aliis caſibus. 19. 24. 25. 26. 42.
5 Minor an poſſit petere reſtitutionem in integrum per procuratorem in cauſa criminali.
6 Procurator interuenire poteſt in cauſa criminali, quando petitur, quòd ſententia declaretur nulla.
Et quando interuenire poſſit. 8. 27. 29. 30. 31. 36. 41. 46.
7 Iudex quando poſſit compellere reum comparere perſonaliter, ſiue ſit locus torturæ ſiue ſimplici interrogationi.
9 Probationes factæ tempore lapſo, ſed admiſſæ parte non opponente, non ſunt validæ.
10 Iudicium agitatum cum excõmunicato valet, ſi non fuit reiectus a parte, uel a iudice.
11 Probationes in contrarium contra præſumptionem iuris & de iure admiſſæ valent, ſi non ſit oppoſitum.
12 Inſtrumentum per clericum confectum valet, ſi ei non opponatur.
13 Religioſi Sancti Frãciſci quãdo poſſint eſſe teſtamenti executores.
14 Clericus prohibetur fideiubere pro alio, & q̃d ſi fideiuſſerit.
Multa impediunt contrahenda, quæ non dirimunt contracta a nu. 14. vſque ad nu. 6. ſupra.
15 Negatiuam quando inducat neceßitatem præciſam. 18.
16 Papa de potentia ordinaria an poſſit in cauſa criminali procuratorem admittere.
Et an princeps hoc poſſit per reſcriptum. 17.
20 Statutum promittens impunitatem occidenti bannitum, de quo bannito intelligat.
21 Accuſatio de vulnere facta ſequuta morte, an teneat locum accuſationis de morte. 22. 23.
28 Exceptio quòd delictum, de quo quæritur ſit impunibile, an impediat litis ingreſſum.
32 Obligatio impoſſibiliũ nulla.
33 Iudicis præceptum impoſſibile nullius eſt momenti.
34 Impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione.
Item appellationem a proſecutione appellationis. 35.
37 Carceratus an poſſit citari, & quando proceſſus contra eũ factus valeat.
Et an excuſetur a termino non ſolutæ penſionis. 38.

39 *Bannitus pro contumace an poſsit haberi.*
40 *Legum diſpoſitiones naturalibus conueniunt.*
43 *Iudex debet quærere ex officio ſuo probationes innocentiæ rei, etiam nullo hoc petẽte.* 44.
45 *Actus ex ſolennitate perperã interueniente an vitietur.*
47 *Iudex debet audire extraneũ allegãtem innocentiã abſentis.*
48 *Cautelis in pernitiem animæ non vtendum.*

§. SEQVITVR modo quinta q̃ſtio valde quotidiana, quæ quotidie paſsim quaſi in omnĩ iudicio ſeu cauſa criminali occurrit: quæ vere eſt magnę importãtiæ & effectus. circa quã fiunt ſæpiſsime allegationes in voce, & in ſcriptis: quæ quæſtio eſt iſta: videlicet, an in cauſa criminali poſsit interuenire procurator. Quam quæſtionem cum omnibus ſuis dependentibus, emergentibus & connexis latius, & forte melius omnibus alijs examinat Maria. Soci. in ſua ſolenni repe. c. veniens. de accuſat. &c. ideo ego ſolum circa ipſam quæſtionem procedam ſuccincte per quaſdam concluſiones, quas puto de iure veras adducendo ẽt aliqua vltra Maria. & alios vſque ad hęc tempora. Et ideo intrans dictam quæſtionem di-
1 co primo, ꝙ regulariter † in cauſa criminali nõ admittitur procurator: vt habetur in l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. & in c. veniens. extra de accu. & in l. ſeruum quoque. §. publice intereſt. ff. de procu. & in l. reos. C. de accu. cum ſimi. & vtrobique per docto. Et hoc ꝓcedit nedum ad totam cauſam,
2 † ſed etiam ad vnum articulũ tantum: quoniam etiam ad vnũ articulum tantum non poteſt procurator comparere in cauſa criminali. ita dixit Bald. in l. reos. circa ix. col. verſi. quęro circa hanc partem. C. de accu. & Specu. in titu. de procu. in §. ſ. ver. ſed nunquid media &c. & Saly. in d. l. reos. in xij. col. in verſic. quæro an ſaltem ad vnum articulum. vbi dicit, quod ſi reus ſit in vinculis detentus, quod procurator non poterit interuenire ad actum ſubſtantialem iudicij, ſed ad alium actum ſic: vt ſunt poſitiones & earum reſponſiones & teſtium productiones. & hæc dicit voluiſſe Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de procu. in d. ver. ſed nunquid media &c. & huic opi. aſſentit Bar. ſecundum eum in d. §. ad crimen. Refert tamen ibi Saly. aliquos tenentes contrarium, & bonis rationibus, quos ipſe ſequit. ſubdens tamen ꝙ procurator in cã criminali poteſt interuenire ad producendum ſimpliciter vt nudus miniſter: & ibi allegat rationem. De qua q. an & quando procurator in cauſa criminali poſsit interuenire ad vnũ
3 articulum tantum, † vide vltra prædicta doc. in c. veniens. & in d. §. ad crimen. & in d. l. reos. & Anto. in c. ex parte. in xv. col. de teſti. & Spe. in ti. de legato.

legato.in.§. excipitur. verſic. quid ſit certus articulus cauſæ. & Ioan. And. in c. inquiſitionis.ſuper verbo, interdum. de hæreti. in vj. in nouel. Et an
4 procurator † in cauſa criminali admittatur ad opponēdas exceptiones dilatorias. vide docto.diſtinguentes in dictis locis. & vide Alex. in conſilio ccxxxviij. incip. viſa copia &c.in vlti. col.in vj. volu. Et ſcias quod adeo eſt verum hoc, quod in cauſis criminalibus nō admittitur procurator, ꝙ hoc etiam habet locum in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſentētiam latam in cauſa criminali contra minorem.
5 † Nam ipſe minor non poterit per procuratorem petere reſtitutionem in integrum in cauſa criminali: ſed debebit ipſe minor perſonaliter comparere ad hoc petendum. ita dixit Bal.in l.j.in §. penul. in fin.ff. de poſtu. quod dictum pro not. & ſingu. refert & ſequitur Frāciſcus de Are. in c.veniens. in xxij. colum.de accuſa. de quo ego dixi in ſingu. meo xxij.incip.reſtitutio in integrum &c. Scias tamen quod quando pe-
6 titur, † ꝙ ſententia lata in cauſa criminali declaretur nulla, poteſt ad hæc interuenire procurator. gloſſ.eſt not in c. hoc quippe. iij. q.vj. quam ad hæc magnifacit Franciſc. de Aret. in d. c. veniens.in xxv. col. verſi.& adde &c. de accuſa. & hanc partem tenet Bal. in l.reos. in penulti. colum.C. de accuſat. Item adde etiam hic not. verba Bald. in l. fina. C.de procurato.in ſecunda colum. in verſic. tu dic quod vbi ſunt &c. vbi dicit, quod vbi ſunt indicia contra reum probata iudici ordine iudiciario,
7 † quod tunc poteſt compellere reum perſonaliter comparere, ſiue ſit locus torturæ, ſiue ſimplici interrogationi. Si autem non ſunt aliqua indicia contra reū legitime probata tunc nunquam poteſt iudex auferre reo beneficium mittendi procuratorem legitime inſtructum. & idem dixit ipſe Baldus in l.ſeruum quoque in.§.publice intereſt.ff. de procuratori.& Alexan. & Iaſo. in d. l. fina.C.de procurato. poſt med.Modo vltra prædicta ego quæro: pone ꝙ procurator, qui non poteſt interuenire in cauſa criminali vt ſupra dixit, interuenit & non fuit oppoſitum, nec fuit repulſus, ſed tacite admiſſus.
8 † An iſto caſu valeat iudiciū. in quo gl. valde nota. in c.j. in verbo,criminalis. extra de iudi. in vj.dicit quod valet tale iudicium.& idem dixit gloſſa in l. quamuis indubitati.C.de adult. pro quibus facit l.filiuſfamili.in.§.veterani ff.de procu.& l.ita demum.C.eodem titu.cum glo.ſua.& facit glo. in l.reum criminis.C.de procurato.Et hanc partem tenet etiam Specul. in titu.de procuratori. in.§.j. verſi. item ꝙ eſt miles. & Domi.de ſancto Gemi.in c. j.de iudi.iu vj.& Archid. in c. qui ad agendum. de procurato. in vj. & Ioan. de Lig. in d. c. veniens.& Ange.in d.§.ad crimen. & Franc. Accur. in d. l. quamuis indubitati. quem ibi refert & ſequitur Cyn.& Salyce.Et idem tenet Cepol.in cautella ſua ccxxij. incipien. ſtatuta

tuta quandoque &c. vbi alle-
gat pro hac parte Ang.de Are.
in tract. maleſi.in verſic.qui iu
dex videns quod inquiſiti non
comparent.in pen.col. verſic.
quæro pone ꝙ in criminali
&c.Et Oldr.in conſi.cxxxvj.
incipien.omiſſa prolixitate.in
penul. colum. vbi etiam plura
ſimilia alleg. Et hanc partem
etiam tenet Ange.in d.l.quam
uis indubitati. Pro qua parte
faciunt dicta per Alexand. in
conſil. clvij. incip.in cauſa &
lite vertente. in fi. in ij. volu.
vbi dixit, quod probationes,
quæ debebant fieri intra cer-
9 tum tempus, † & ſi factæ ſunt
poſt illud tempus, & ſi ſint ad-
miſſe parte non opponente,
tunc valent. ita dixit Inno.in
c. fraternitatis. de frig.& ma-
lefic. & in c. cum Bertoldus.
de re iudi. & in c.cum dilecta.
de reſcrip.& Anto.in c.is qui.
de ſponſ.& dicit ꝙ eſt de men-
te Bartoli in l. inter ſtipulan-
tem.§.j. ff. de verb. obligatio.
& hoc ibi clarius voluit Ioan.
de Imo. Et idem voluit Ale-
xan. in conſilio ccxij. ſecun-
dum ordinem meum, incip.vi-
ſo & opportune. in col. Et fa-
ciunt dicta per Ludoui. Rom.
in conſil.ccxv.incip. duo ſunt
quæ principaliter quæruntur.
in j. col. vbi in iſtis proprijs
terminis tenet hanc partem,&
dicit quod ſi procurator inter-
uenit in cauſa criminali & fuit
admiſſus,& non fuit oppoſitũ,
quod valet iudicium,ad quod
allega. gloſſ. in d.cap.primo.
de iudi. in vj. & docto. in di-
ctis locis. & dicit quod pro
hac parte facit. Nam iudicium
agitatum cum excommuni-
10 cato † valet ſi non fuit reie-
ctus a parte, vel a iudice, licet
alias excommunicatus nõ poſ-
ſit ſtare in iudicio per c. intel-
leximus.de iudi. hoc dicit pro
bari in c. pia. ad fin. de exce-
ptio.in vj.& not.in c.exceptio
nem.eodem tit.in antiquis.pro
quibus alleg. l.ita demum. C.
de procuratori. & d.§. vetera-
ni.Et faciunt etiam ſecundum
eum ibidem quæ habentur per
gloſſ. in authen. quibus mod.
natu.effic.legit. in.§.ſi quis er-
go. verſic.ſi ergo licentia &c.
quam gloſ. ponderat Barto.ſe-
cundum eum in l.poſt mortem.
in §.neque. ff.de adop.vbi di-
cit, quod valida ſunt facta per
procuratorem, etiam ſi per eũ
fieri non poſſent, quando fuit
admiſſus ad faciẽdum,eo quod
nõ fuit ſibi aliquid oppoſitum.
Subdit etiam ipſe Ludo. Ro-
ma. vbi ſupra, quod pro hac
parte faciunt dicta per Innoc.
in d. cap. fraternitatis. de fri-
gid.& maleſi. vbi dixit, quod
licet contra præſumptionem iu
11 ris, & de iure non † admitta-
tur probatio in cõtrarium,niſi
per confeſsionem partis. l.fin.
C. arb. tute. l.antiquæ. C. ad
Velleia. Attamẽ probatio ad-
miſſa valet,ſi non eſt oppoſitũ:
quod dictum refert ſecundum
eum Ant. in c.is qui. de ſpon.
adducit etiam idem Ludo.Ro-
ma.cap.j.de reſtitu.ſpolia. vbi
habetur, quod licet contra
agentem interdicto recuperan-
dæ non admittatur exceptio,
nec probatio dominij, tamen
admiſſa valet & tenet ſi non
fuit oppoſitum. Item ſecundum
eum facit. l. vniuerſis. C. de
decurio.lib. x. vbi dicit Bart.
quod

quod licet clericus non poſsit
12 inſtrumenta † conficere: vt in c.ſicut. extra ne cler. vel mona. tamen confecta valent, ſi eis non fuit oppoſitum. Item et vltimo pro hac parte adducit ipſe Lud. Ro. in dicto conſi. illam regulam videlicet, ꝙ multa de iure fieri non debent, quę tamen facta tenent. vt in c. ad apoſtolicam. de regula. & in l. j. §. biduum. ff. quando appella. ſit & l. j. ff. de fer. cum ſimi. Ita reſidet Ludoui. Roma. in dicto conſi. ccxv. Pro quibus etiam faciunt optime dicta per eundē Ludo. Roma. in conſi. ccxxv. inci. quo ad primum quæritur &c. in ij. col. vbi dicit no. verbum in materia. Et faciunt ēt dicta per eundem Lud. Roma. in conſil. ccccix. incip. quo ad primum propoſitæ conſultatio nis &c. vbi dicit, religioſi, & maxime ſancti Franciſci, non
13 poſſunt eſſe † executores teſtamenti alicuius, & officium executoris exercere, niſi a ſuperiori ſuo ſuper hoc habuerint licentiam: vt in c. religioſus. de teſt. in vj. & in cle. religioſus. eo. titu. & in cle. exiui. de verbo. ſignifica. tamen ſi id quod voluit teſtator fuit exe cutum per aliquos religioſos, & non fuit oppoſitum, valet ꝙ fecerunt. & dicit ꝙ hæc fuit ſingu. deciſio Fed. de Senis in conſi. ccxciij. inci. factum tale eſt, ante conſtitutionem &c. in fi. pro quo dicto ipſe Ludo. vbi ſupra, adducit. Nam clericus
14 prohibetur fideiubere † pro alio: vt in capit. primo de fideiuſ. & in cap. te quidem. xj. quæſtio. prima. tamen ſi fideiuſſerit pro aliquo, valet fideiuſſio. c. peruenit. & c. conſtitutus. de fideiuſſ. Item adducit etiā dictum Bar. in l. uniuerſis. C. de decu. lib. x. & d. l. ita demum. & d. §. veterani. Et pro iſtis ēt faciunt dicta per Bart. in l. j. §. accuſationem. ff. ad Turpi. vbi dixit, ꝙ perſonæ, quæ prohibentur accuſare, ſi accuſant, & eis non opponatur, valet accuſatio. pro quo facit quod dixit Bal. in rub. C. qui accu. nō poſ. & faciunt optime dicta per me in l. ſi quis ne quæſtio. in xx. col. cum ſeq. ff. de quæſtio. & per Iaſ. in repe. l. admonendi. in ix. colū. ff. de iureiuran. Et ex iſtis omnibus videtur concludendum, ꝙ ſi procurator interuenerit in cauſa criminali, et non fuit reiectus, nec ſibi fuit oppoſitum, ꝙ valet iudiciū per ſupradicta. De qua quæſtione vide etiam Ioan. de Imol. in d. §. ad crimen. in pen. char. in j. & ij. col. Sed Barb. in d. c. veniens. de accu. ſubtilius conſiderans dicit, ꝙ imo, contra gl. & doct. tenentes hanc partem, eſt tex. ibi in d. c. veniens. inquantum dicit, admittere, nec poſſemus &c. ex quibus uerbis apparet, ꝙ lex ipſa, ſeu canon reſiſtit actui: ergo merito iudicium eſt ipſo iure nullum. l. nō dubium. C. de legi. l. cum lex. ff. de fideiuſſ. c. vides. x. diſt. Dicit etiam, ꝙ pro hoc facit ratio: videlicet, quia in illo tex. negatiua præcedit actum poteſtatiuum. Et quando nega-
15 tiua † præcedit actum poteſtatiuū, inducit neceſsitatem præciſam: vt eſt gloſ. ſecundum eum no. in c. j. de reg. iu. in vj. et in cle. diſpendioſam. de iudi. & in l. Gallus. in princ. ff. de libe-

libe.& poſthu.vbi Bar.& alij.
& in c.teſtimonium. & in cap.
ff.de teſti. & in l.nemo poteſt.
ff.de lega. j. Et ſubdit etiam
Barb. vbi ſupra, ꝙ hanc par-
tem videlicet, ꝙ tale iudicium
non valeat tenet Ioan. And. in
d.c.j.de iudi.in vj.in nouel. di
cit etiam ꝙ Bal. in d.§.ad cri-
men. damnat illas gl. ſuperius
alleg.& tenet hanc partem, ꝙ
tale iudicium ſit nullum, dato
ꝙ non fuerit oppoſitum: & di-
cit Bald.ſecundum eum in d.§.
ad crimen. ꝙ verbum fruſtra
poſitum in d.§. ad crimen. eſt
canon latæ ſententiæ. pro quo
facit l.j.C. de modo mul. & l.
fruſtra. eo.tit.& ſic ipſe Barb.
in d.c. veniens. tenet hanc par
tem ſcilicet, ꝙ tale iudicium ſit
nullum: dato ꝙ non fuerit op-
poſitum aliquid contra talem
procuratorem. Et dicit ꝙ pro
hac parte facit quod dixit In-
no. in d.c.veniens.vbi dixit ſe
16 cundum eum, ꝙ † Papa de
potentia ordinaria non poteſt
in cauſa criminali admittere
procuratorem, licet de abſolu-
ta potentia poſsit.quam doctri-
nam refert & ſequitur Ioan.de
Imol.in d.§.ad crimē in xxvj.
col.& ibi Alex. & Ange. vbi
etiam ſubdit ipſe Angelus ꝙ
17 † princeps poteſt facere per re
ſcriptum, ꝙ quis cōpareat per
procuratorem in cauſa crimi-
nali, dummodo in reſcripto di-
cat, non obſtāte tali lege in cō-
trarium faciente. & hæc ar.l.
fi. C. de iniur. Sed ipſe Barb.
ibi reprehendit Angel. & re-
probat eius dictum, & hoc per
text.in d.c.veniens in d.verſi.
nec poſſemus &c.ſed forte non
bene eum reprehendit: maxi-
me per text.in ca.propoſuit.de
conceſ.præben. ita finaliter re
ſidet Barb.in d.c. veniens. ſu-
per hoc paſſu. Ex quibus di-
ctis per eū remanet dubia illa
communis opi.doct.quos ſupra
retuli, tenentium ꝙ ſi procura-
tor interuenit in cauſa crimi-
nali,& non opponatur, ꝙ valet
tale iudiciū: ideo cogita ſuper
prædictis. Et vide Fel.in c.ſci-
ſcitatus. in iij.& iiij.col.de re-
ſcrip. & Franciſ. de Are.in d.
c.veniens.in pen.colum.de ac-
cu. Et inquantum ipſe Barb.di
xit in d. c.veniens. ꝙ negati-
ua præcedens actum poteſtati-
18 uum, † denotat neceſsitatem
præciſam, & priuat omni po-
tentiæ. Tu circa hoc vide etiā
Bald.in l.j.in pen colū. C. qui
admit. & in l. quæſtionem. in
vlti.colum. C. de fideicom. &
Bald.in l.j.ff.de iniuſto teſt. &
vide Anto.in c.præterea.de di
la.in v.col. vbi dicit, ꝙ ſi ſta-
tutum impedit, ꝙ iudex nō poſ-
ſit exercere iuriſdictionem ſuā
vltra limites ſuæ iuriſdictio-
nis, ꝙ non valebit ſe pronun-
tiare iudicem competentē, quā-
do per hęc excederet terminos
ſuæ iuriſdictionis, per ea quæ
not.in cap.ſi iudex laicus. de
ſenten.excommuni. in vj.cum
aliis ibi per eum alleg. Et in
materia vide etiam Alexā. in
conſi. cccj. incip. viſis dubita-
tionibus eleganter formatis.in
princ. & Abb.in conſil.lxiiij.
incip. caſus in effectu talis eſt
&c.in ſ. col.in iij.vol.& Soci.
in conſi.xciij. incip.circa pri-
mum, in vlt.col.in j.vol.& om
nino Nellum in tractatu bāni.
in ſecunda parte ſecundi tem-
por.q.lxvj.& Iaſ.in.§.curare.
in princ.

in princ.inſtitutio.de actio. & vide etiam late per Antonium Corſ.in nota.ſuo.in verbo,poteſt.& eundem in nota. ſuo. in verbo, valeat. & vide etiam Alexan.in conſi.clxxiij.inci. viſis.in iij.colum. in vij.volu.

Modo redeundo ad quæſtionem noſtram operæpretium eſt quærere, vtrum ſit aliquis modus,vel aliqua cautela,per quã in cauſa criminali quis poſsit comparere per procuratorem? in quo dicas ꝙ ſic.ad quod diligẽter aduertant procuratores, & illi, qui volũt adiuuare amicum ſuum inquiſitum,ſeu accuſatum de crimine capitali. Nã vna eſt cautela, ꝙ amicus, ſeu comparere volens pro reo inquiſito adeat iudicem, quando ipſe iudex procedit per inquiſitionem, & nominet teſtes iudici in ſecreto,qui ſciunt veritatem: & inſtet apud iudicem in ſecreto, ꝙ recipiat illos teſtes pro reo abſente inculpato, & inquiſito. Item & det ſibi interrogatoria ſuper quibus debeant interrogari:& tũc iudex ex officio poterit hos teſtes examinare,& diligẽter interrogare: & ſi ex illis atteſtationibus apparuerit reum inquiſitum nõ eſſe culpabilem, iudex poterit, & debebit ipſum reum abſoluere.pro quo eſt textus in l. ſi non defendantur.in fine.ff. de pœnis.vbi habetur,ꝙ iudex debet,& poteſt inquirere de innocentia rei: & ſi reperiat eum innocentem, debet eum abſoluere. Et iſtum modum, ſeu hanc cautelam tradit Bart. Cepola in cautelis ſuis, cautela lxviij.incipiente, in cauſa criminali &c. vbi allegat illum tex.d.l.ſi non defendantur, dicit ꝙ hæc notat ibi Bartol. & etiã in l. is qui reus. & ibi per alios. ff.de publi.iudi.& in l.j. .§.fin.ff.de quæſtio.Et dicit ibi Bart. in d. ſua cautela ſe ſemel adiuuaſſe hoc modo amicũ ſuũ ad quod vide quæ dixi in repe. mea rubr. C.de prob. in xiiij. col.in verſic.eſt etiam alia via &c. Alius eſt etiam modus, & cautela comparendi per procuratorem in cauſa criminali, quam ponit ipſe Bart. in d.ſua cautela videlicet, ꝙ imploretur officiũ iudicis: vt admittat comparentem. Et poteſt poni exemplum: ſtatuto cauetur, ꝙ bãniti poſsint impune occidi, modo Titius occidit bannitũ: inquiritur contra eum de occiſo, iſte Titius non audet comparere, licet hæc fecerit pmittente ſtatuto: nec poteſt mittere procuratorem quia cauſa eſt criminalis: vt in d.§. publice. cum ſimili: tunc enim cautela eſt, ꝙ etiam quilibet de populo compareat coram iudice inquirẽte, & ſibi oſtendat illum Titium fuiſſe bannitum: & ſic impune potuiſſe occidi:& tunc imploret officium iudicis & dicat, Domine iudex,peto vt abſoluatis Titium inquiſitum, & vlterius contra eum non procedatis: quia ipſe occidit bannitũ, qui poterat impune occidi: & tunc iudex debet admittere

19 eum. † Ita ſingu. dixit Barto. in l. vbi pactum per glo.ibi.C. de tranſact. quem refert & ſequitur Cæpo. in d. ſua cautela lxviij. Ego autem vltra Bart. Cæpol.ibi dico,ꝙ idem voluit Bartol.in d.§.ad crimen.in penul,colum.& ibi Ioan.de Imo. in an.

In antepe.char.in vlti. col. &
Bart.in l.ſi ſeruus.C.de his qui
ad eccle. confu. & in conſi.in-
ci.a domino Cyno &c.& idem
voluit Angel. in l. filiusfam.in
§.veterani. ff. de procurato.
vbi dicit hoc infinitis vicibus
practicaſſe.& idem firmat ipſe
Angel. in l.reos. C.de accuſa.
& in l.quos prohibet. ff.de po-
ſtula. in quibus locis dicit, ꝙ
iſta fuit originalis docto. Ri-
chard. Mal. in d.§. veterani.
Item hãc partem etiam tenuit
Pet.de Ancha. in d.c.veniens.
de accuſa. & Angel.de Are.in
l. non tantum.in prin.ff.de ap-
pel.et Bal.poſt Cy.in d.l.reos,
& Bald.in l.j.in ij. col. C.quo-
modo & quando iudex. de quo
etiam aliquid per Bald. in l.de
curiones. C. ex quibus cauſis
infa. irrog.& per Bald.& Lu-
do.Roma. in l.j.in.§. Offilius.
ff. ne quis eum qui in ius voca.
eſt vi exi. & per Ang.de Are.
inſti. de act.in.§.ſequens. in ij.
colum. & inſtit.de exceptio.in
rub.& per Bald.in c.j.in.§.in-
iuria.de pace iur.fir.& p Bart.
in l. poſt legatum.in iij.col. ff.
de his quibus vt indignis. &
per Ang. de Aret.in tract.ma-
leſi.in verbo, qui iudex vidẽs,
quod inquiſiti non comparent.
in verſicu. quæro an talis ban-
nitus tali banno &c.& in ver.
ibi ſeq. & Bar. in l.abſentem.
in fin. ff. de pœn. vbi dicit, ꝙ
quando conſtat iudici illud qđ
eſt commiſſum, nõ eſſe delictũ,
nunquam debet procedere ad
condemnationem.Et vide etiã
circa hanc materiam,ſeu quæ-
ſtionem quæ late dixi in d. l.
filiusfa. in d.§. veterani. ff. de
procu.& in l.ſi quis ne quæſtio.
in xxv.colum.ff.de quæſtio.&
ſupra, in §.conſtante.nume.38.
& Gandi.in tracta. maleſi.ſub
rubr.vtrum procurator in ma-
leſiciis interueni.in v. colum.
verſi.vlti.circa materiam &c.
ver.ſeq.& Nel.in tract.banni.
in j. parte primi temporis. in
ij.qõ. & in ij. parte ſecundi tẽ-
poris.in qõ.xiiij.vbi latius lo-
quitur. & vide Iaſ. no.loquen-
tem circa hanc materiam.in d.
l. vbi pactum.in iiij.col.in fin.
cum col. ibi ſeq. & eũdem Iaſ.
in l.j.in vij.col. ff. de iuriſdict.
om.iudi. Et teneas mẽti per-
petuo circa hanc materiam, ꝙ
ad hoc vt prædicta habeant lo-
cum ſcilicet,ꝙ occidens banni
tum gaudeat beneficio ſtatuti
permittentis banniũ poſſe im-
20 pune occidi, † ꝙ debet occide
re bannitum ex veris proba-
tionibus delicti: non autẽ ban-
nitum ex contumacia:quia ta-
le ſtatutum non intelligitur de
bãnito ex cõtumacia. ita ſing.
dixit Alex.in l. omne delictũ.
circa prin.ff.de re mili.vbi al-
legat hoc voluiſſe Bal. & Ioã.
de Imol.in l. mora.ff.ſolu. ma-
tri.& vltra eum dicas, ꝙ iſtud
etiam voluit Bal.ſuper ſtatu.in
verbo,pax.in iij.verſic.incip.
ſtatutum dictat.& Bal.in l.trã-
ſigere.in iiij. colum. ver. nono
oppono.C.de tranſact. pro quo
faciunt optime dicta per Alex.
in l.cum filiusfa. in j.col. ante
fi.ff.de verb.obliga. & faciunt
quæ ego dixi ĩ l.infans.in ver.
circa tertium &c. ff.de ſica.&
in ſingu.meo iiij.incipien. quo-
ties &c. & dicta per Bertha.in
reperto.ſuo.in verbo, contuma
cia.in vlti. col.ante fi.ver.con
tumacia non facit delictũ &c.

& faciunt

& faciũt etiam ſingularia verba Fely. in cap.cum Bertol.in ix.colum.extra de re iudi.vbi omnino videas. de quo dicto etiam feci mentionem ſupra, in §. poſtquam.nume. 54. cum ſeq. Eſt præterea alia no. & ſing.cautela,qua mediante poterit procurator comparere in cauſa criminali, quam ponunt Moder. in d.l.vbi pactum. C. de tranſact. vbi dicunt,ꝙ quãdo aliquis vulnerauit aliquem, ex quo vulnere ſequetur mors, ꝙ tunc cautela eſt, ꝙ reus faciat ſtatim formare inquiſitionem contra eum de vulnere, in qua poteſt interuenire procurator:quia communiter ex forma ſtatuti venit imponẽda pœna pecuniaria pro vulnere, nõ autem corporalis. Et licet poſtea ſuperueniat mors,attamen procurator poterit interuenire: quia attenditur quod principaliter agitur: & ſic attenditur inquiſitio vulneris, l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.peta.& nõ attenditur ꝙ ſecundario, vel in conſequentiam ſequitur. allegat hoc voluiſſe Ioã. de Imo. in d.§.ad crimen. vbi dicit ibi in xij. col. ver. item adde &c. ꝙ vbi iudicium principaliter agitur ad effectum ciuilem, ꝙ ſi in conſequentiam poſſet reſultare effectus pœnæ criminalis,quod tamen admittitur hoc caſu procurator. quod eſt not. Sed parcant mihi ponentes hũc modum, & hanc cautelam ad comparendum in cauſa criminali per procuratorem: quia non bene loquuntur: & talis cautela eſt nullius momenti, quo oſtendo. Nam facta inquiſitione de vulnere,ſi poſtea ſequatur mors, iudex formabit inquiſitionem de morte, quod non prohibetur ex nouo effectu mortis ſubſequente: quo caſu non poterit comparere reus per procuratorem: licet poſſet comparere per procuratorem in prima inquiſitione vulneris. Nec obſtat illud, quod attenditur, ꝙ principaliter agitur: quia dico ꝙ illud eſt verum,quando duo ſimul intentãtur: vnum principaliter, aliud ſecũdario. quod in caſu noſtro non poteſt interuenire: quia non poteſt formari inquiſitio de vulnere,& de morte ſimul, morte nondum ſequuta.Secundo reſpõdeo ꝙ verum eſt illud, quod attenditur ꝙ principaliter agitur:niſi illud quod ſecundario ſequitur ſit potẽtius eius quod principaliter agitur. ar. eorum quæ dixi ſupra in §. ij. qõ.nu.19.vbi videas plura no. ad hoc, ex quibus neſcio videre quomodo poſsit procedere dictus modus, & dicta cautela ad comparendum per procuratorem in cauſa criminali. Attamen circa dictam materiã vulneris ſequuta morte, teneas mẽti aliqua not.digna.Et primo, ꝙ ſi facta ſit accuſatio de vulnere, & ſequuta ſit ſentẽtia abſolutoria,vel condemnatoria:

21 ſi poſtea † ex illo vulnere ſequatur mors, non poterit fieri accuſatio de morte, ſecundum Specu. in titu.de accuſa.in.§.j. verſi.quid ſi vulneraſti &c. & ver. quid ſi primo &c.ibi ſeq. De quo etiã per Albe.de Roſa. in ij.parte ſtatu.q.xlvj.inci.itẽ quæro continuando &c. Item

22 ſi facta ſit pax de vulnere,† an extendatur ad mortẽ ſequutã

morte,

morte. vide Bal.in addi.Spec.
in tit.de accuſa.in j.col.verſic.
pax facta &c. & in l.tranſige.
re. C . de tranſ. & vide etiam
Specu.in titu.de accu.in §. vi-
ſo.in ver. ſed pone, A. accuſa.
uit B. & Nel.in tract. banni.in
iij. parte ſecundi temporis. in
xlj. quæſtio. & Bald.in reper.
ſuo. in verbo, pax.in iij. ver.
23 Item adde etiam,ꝙ † proba-
tiones factæ contra accnſatum
de vulnere, non præiudicant
accuſato, ſi modo accuſatur de
morte ſequuta ex dicto vulne-
re.gl.eſt in l.fina.C.ſi reus vel
accuſ. quam gloſſ. dixit ſingu.
Bal.in reper. ſuo in verbo,pro
batio.in penul.col.in ver.inci.
probationes factæ &c. de quo
etiam per Bald.in d. reper. in
verbo, proceſſus.in vlt.verſic.
in fin. & dixi ſupra in §.quo-
niam,nu.60. Tene menti præ-
dicta: quia ſunt quotidiana, &
lucroſa. Alius eſt etiam ca-
ſus , in quo procurator poteſt
interuenire in cauſa crimina-
li: qui caſus eſt, in cauſa vni-
24 uerſitatis: † nam quando agi-
tur contra aliquam vniuerſi-
tatem criminaliter, tunc ad-
mittitur procurator pro ipſa
vniuerſitate,ita ſing. dixit Bal.
in l. ij.in ij.colum.ver. ex iſta
opin.C.qui accu.non poſ.quod
dictum refert & ſequitur Ioan.
de Ana. in c. dilectus. el ij. de
ſymo.in vlt.col.vbi dixit,ꝙ iu
ra dicentia ꝙ in cauſa crimi-
nali non admittitur procura-
tor,non habent locum in ſyn-
dico vniuerſitatis,& alle. Bal.
in d.l.ij. alleg. rationem dicen
tē,ꝙ ratio huius eſt: quia vni-
uerſitas habet corpus repræſen
tatum & fictum ꝙ non poteſt
perſonaliter comparere, ideo
admitti debet procurator. pro
quibus faciūt optime dicta per
Spe.in tit.de procu.in.§. ratio-
ne igitur. ver.xxiiij.ſi vniuer
ſitas. Alius eſt caſus in quo
in cauſa criminali admittitur
25 procurator,†videlicet,in cau
ſa illuſtrium perſonarū, in qua
cauſa ipſæ illuſtres pſonæ poſ-
ſunt reſpondere per procurato-
rem.c. abſens.§.niſi.iij.q.ix.&
l.fi.C.de iniu.& voluit Spe. in
tit.de procu.§.ratione igitur.in
ver.præcedēs regula fallit &c.
& Bar.in d.l.fi.C.de iniur. Itē
alius eſt caſus in quo in cauſa
criminali admittitur procura-
26 tor,qui caſus eſt†in probatio-
ne notorij. Nam ad probādum
notorium in cauſa criminali
admittitur procurator. Ita di-
xit Bal.in l.ij.in fi.C.vt nemo
priua.quem refert & ſequitur
Alex.in l.pen.§. ad crimen.ff.
de pub. iudi. quod eſt no. quia
ſeruit ad multa. Item poteſt
etiam interuenire procurator
27 in cauſa criminali,†quādo ex
forma alicuius ſtatuti pōt pro-
cedi in cauſa criminali contra
abſentem. ita dixit Cyn. in l.
reos.in iij.q.C.de accu.vbi di-
cit,ꝙ Dy.conſuluit ſuper hoc.
& idem voluit Iaco. de Are.in
l.inter accuſatorem. ff. de pub.
iudi.& Io.An.in addi.Spec. in
tit.de procu.§.j.ver.item ꝙ eſt
cauſa &c. & Io.de Imo.in d.§.
ad crimen. & voluit Alex. in
conſi.cxvj.incip.animaduerſis
ſtatutis. in j.col.in ij. vol. Ego
tamen puto circa hunc paſſum,
ſeu articulum eſſe diligēter ad-
uertendum,quia eſt paſſus ma-
gnæ importātiæ.& magni effe
ctus;& ſi eſſet vera opinio iſta,

ꝙ quan-

ꝙ quando ex forma legis vel ſtatuti poteſt procedi in crimi nalibus contra abſentem, tunc poſſet comparere pro eo procu rator: certe poſſet ſemper pro reo cõparere procurator, quoniam ſtatuta ciuitatum in omni loco volunt, ꝙ ſi reus eſt cõ tumax, & ſic abſens, poſsit tamen contra eum procedi, & cõ demnari, & banniri: & ſic taci te daretur materia delinquendi, cum rei ſcirẽt ſe poſſe defen di per procuratorem, quod non eſt dicendum. per l. conuenire. ff. de pa. do. Et ideo multi ſunt doct. qui expreſse tenent, videlicet, ꝙ imo in tali caſu, quã do poteſt procedi contra abſen tem, non poſsit interuenire ꝓcurator. quam opi. tenuit Ray. in d. l. reos. & ibidem Bald. in viij. col. in ver. quæritur quando abſunt. & idem tenet ibi Sa lyc. in ij. q. Et hanc partem ſequitur ibi Fulg. & idem tenuit Bar. in d. l. pe. §. ad crimen. in v. colũ. per illum text. in l. j. ff. an per alium cauſæ, inducẽdo, vt ibi per eum. & idem tenet Bart. in extrauagan. ad repri. in verbo, legitime. & probat hæc eſſe de mente & intẽtione ſtatuti diſponentis, ꝙ cõtumax habeatur pro confeſſo: nam ſi poſſet comparere per procuratorem, nunquã eſſet contumax; & ſic nunquam haberetur pro confeſſo. & idem tenuit Anto. in ca. veniens. de accu. & Bal. in l. ſeruum quoque. in. §. publi ce. in pen. colum. & ibi Ang. & idem firmat Alexan. referens prædictos doct. & dicens hanc eſſe communem opi. quæ ſeruã da eſt. in d. conſi. cxj. inci. animaduerſis ſtatutis &c. in vij. col. in ver. item reſpondeo &c. & vltra eum ibi, hæc etiam te net Bald. in c. veritatis. in iiij. colum. in fi. de dolo & contu. Sed primam opi. tanquam magis communem firmat Iaſo. in l. is qui. in iij. col. C. qui teſt. fa ce. poſ. & Barth. Cep. in conſi. xlj. incip. licet inuitus. in iij. colum. & in conſil. xlvj. incip. Titius vulnerauit Semproniũ. in j. & ij. colum. & in conſi. ibi ſeq. & Alexan. in conſi. iiij. incip. viſo proceſſu inquiſitionis. in pe. colum. in vj. vol. vbi dicit, ꝙ cum ex forma ſtatutorũ, & conſuetudinem totius Italię poſsit in crimine capitali procedi contra abſentem in contumaciam, poteſt in tali caſu comparere pro abſente aliquis tanquam inſtructor curiæ, ſeu tanquam defenſor ad oſtenden dum innocentiam. per tex. in l. ſeruum quoque. in. §. publice. ff. de procurato. ac etiam quia vbicunque iudex proceſſurus eſt contra abſentem in contumaciam, debet perquirere veritatem omnibus modis, & con ſequenter taliter venientes audire: vt l. ampliorem. C. de app. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. de quo vide latius per Alex. in d. cõſi. iiij. Quid ergo dicendum circa hãc contrarietatem doct. non modi cam? Mihi videtur ſaluo ſemper ſaniori iudicio, ꝙ diſtinguendum ſit in hoc dubio, ꝙ aut procurator dicti rei vigore dicti ſtatuti, volentis, ꝙ con tra abſentem poſsit ꝓcedi per d. §. publice intereſt. vult comparere pro reo ad omnes actus occurrentes in ipſo iudicio, & non poſsit, per rationes addu-

ctas

ctas per docto. tenentes, ꝙ tali
caſu non poſsit comparere ꝓ-
curator. Aut vult comparere
pro reo docendo de innocentia
ſua, vel de legitima ſua abſen-
tia, vel de priuilegio ſuo: puta
ꝙ eſt clericus, qui non poteſt a
iudice laico inquiri, vel ad
oſtendendum incompetentiam
iudicis, vel in ſimilibus caſi-
bus: & tunc comparere poteſt,
ne procedente iudice iudicium
poſtea redderetur fruſtratoriū.
arg. eorum quæ dicuntur a do-
cto. in d. §. publice. & in d. l.
reos. C. de accuſ. & ibi p Bald.
in vlii. col. ver. breuiter veri-
tas eſt iſta &c. et in d. c. ventēs.
de accu. & eorum quæ dixi ſu-
pra, in hoc. §. nume. 19. ſed ſe-
cus ſi vellet abſolute compa-
rere ad omnia occurrentia in
dicto iudicio: quia non poſſet
nec deberet admitti: & iſtud
credo verum, & iuri conſonū.

Et per iſta iam eſt annus, ꝙ
ego in contingentia facti obti-
nui in contradictorio iudicio
vnum. Nam quidam puer ſe-
ptem annorum caſualiter per-
cuſsit alium puerum eius vici-
num ſocium, & beniuolum, qui
ex illa percuſsione intra quin-
decim dies mortuus eſt: Iudex
contra dictum puerum forma-
uit inquiſitionē de homicidio,
& erat prohibitum de iure cō-
muni, & de iure municipali in-
quiri de tali delicto caſualiter
commiſſo a puero ſeptem anno
rum: comparuit procurator ꝓ
dicto puero, & iudex noluit eū
admittere, cum de iure commu
ni, & ex forma multorum ſta-
tutorum, & prouiſionum, procu
rator non poſsit interuenire in
cauſa criminali. tandem ego
comparui, & dixi ꝙ ex pluri-
bus debebat admitti, & maxi-
me qa ex pluribus rationibus,
& iuribus tale homicidiū erat
impunibile. Et iſta exceptio
28 ꝙ † delictum de quo inquiri-
tur eſt impunibile, impedit li-
tis ingreſſum, ſecundum Bart.
in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad
eccleſiam confug. quem refert
& ſequitur Iaſo. in rubrica. C.
vt nemo priua. circa princ. &
idem tenet Iaſ. in l. nam & po-
ſtea. vbi latius loquitur in prin
cip. in ij. colum. ff. de iureiu-
ran. de quo etiam dixi in con-
ſilio meo 100. incip. Spiritum
ſapientiæ. in fi. Si ergo impuni-
bile, ergo admittebatur procu-
rator, qui admittitur in cauſis
criminalibus, vbi non ingeri-
tur pœna corporalis, tanto for
tius in caſu illo, in quo obſta-
bat exceptio impediens litis
ingreſſum. ex quibus fuit ad-
miſſus ille procurator, & fuit
abſolutus ille puer, & merito:
Ideo teneas menti prædicta
quia ſunt multum vtilia, & nō
vana: loquor, quia expertus
ſum talia. Et teneas etiam mē-
ti circa hanc materiam, ꝙ vbi
cunque formata eſt contra ali
quem inquiſitio calumnioſa:
29 † tunc admittitur in tali iudi-
cio procurator, non obſtante
quod ſit iudicium criminale.
ita not. dixit Cynus in l. reos.
C. de accuſa. quem refert & ſe
quitur Baldus in l. ij. C. vt ne-
mo priua. quod dicit eſſe nota.
& menti tenendum. Item te-
neas etiam menti, quod quan-
do inquiſitio eſt inepta aliquo
30 reſpectu, tunc admittitur † pro
curator in tali iudicio. ita di-
xit ſing. Bal. in conſ. cvj. inci.

verba

verba accuſationis. in j. volu. quod eſt multum not. quia ſæpe iſta eueniunt in facto. & ego iſta plures practicaui cũ honore, & lucro. Et teneas etiam menti perpetuo, ꝙ quãdo reus accuſatus, vel inquiſitus, cõtra quẽ proceditur in cauſa criminali eſt carceratus ab alio iudice ex aliqua alia cauſa, ꝙ tũc poteſt in cauſa accuſationis, vel
31 inquiſitionis cõtra eũ † formatæ reſpondere per procuratorẽ: ſecundũ Ang. per illũ tex. in l. eos. in. §. ſuper his. circa fin. C. de appel. vbi dicit, ꝙ tali caſu propter neceſsitatem imminẽtem poterit talis carceratus cõparere per procuratorẽ. & dicit, ꝙ hoc etiam tenet Odof. in l. minime. eod. titu. de appel. & Cyn. in l. reos. C. de accuſa. & Bart. in l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. in antepe. col. in verſic. dic ergo ſic &c. Quã opinionem dico veram indubitanter. primo propter autoritatem tantorum patrum. Ex quo ego do tibi nouam cautelam, & nouũ modum comparẽdi per procuratorem in cauſa criminali, non obſtantibus aliquibus legibus, ſtatutis, prouiſionibus, vel alijs in contrarium faciẽtibus, vel diſponentibus. Qui modus & cautela eſt, vt quãdo proceditur in cauſa criminali contra aliquem: puta Titium, ꝙ facias caute eum intrare carceres in aliqua alia ciuitate, vel loco pro aliquo ficto, vel aſſerto debito, vel delicto. Et poſtea per literas officialis illius ciuitatis, vbi eſt carceratus notificare facias iudici inquirẽti vel procedẽti cõtra dictũ Titium, capturam & carcerationẽ ipſius: quo facto erit neceſſe, ꝙ ipſe iudex taliter procedens admittat procuratorem pro eo in tali cauſa capitali, vel ſuperſedeat in illa cauſa, donec & quouſque ille Titius fuerit relaxatus a dictis carceribus, & poſsit cõparere perſonaliter. & hoc, vt dixit Ang. propter neceſsitatẽ & impoſsibilitatẽ imminentẽ, quæ hoc debet operari. & ita etiam tenet Bald. in l. minime. C. de appella. Et licet Bald. in hoc teneat contrarium. in dicta l. eos. in dicto §. ſuper his. attamen teneo cõtra eum, primo quia contraria opinio a pluribus tenetur, vt refert ibi Angel. pro qua faciunt optime dicta per Bald. in addi. Specu. in titu. de accuſa. in prima parte, in penulti. colum. in princi. in addit. incip. ſed quid ſi familiaris &c. Secundo, quia eſt fauorabilior, & magis iuri & ęquitati cõſona. quod patet quia opinio. Bald. obligat hominẽ ad impoſsibile: eo quia: vult, ꝙ carceratus in vno loco perſonaliter compareat in alio loco, quod eſt penitus impoſsibile: ideo non eſt tenenda. Cum impoſsibilium
32 nulla † ſit obligatio. l. impoſsibilium. ff. de regu. iuris. l. cum hæres. §. j. ff. de ſtatuliber. l. ſi ſtipuler. §. j. & ij. ff. de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. eodem titu. §. impoſsibilis. inſtitu. de hære. inſti. c. Abbati. liiij. diſt. c. ſine exceptione. xij. q. ij. c. fi. de pact. c. nemo. de reg. iur. in vj. cum ſimi. Pro quo facit: nam præce-
33 ptũ iudicis impoſsibile, † nullius eſt momẽti. l. fi. ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. l. ſi cum

dies.§.antepe.ff.de arbi.de quo per Alex.& alios in l.ſi deceſſerit.in princi.ff.qui ſatiſ.cog. Et ideo dicunt doc.poſt glo. in
34 c.quæſt.de appel.† ꝙ impoſsibilitas excuſat ab excõmunicatione. Item ẽt impoſsibilitas vitiat & annullat contractum l.impoſsibilis ff.de verb. obli. & ibi docto.l. non ſolum. ff. de acti.& obli.§.impoſsibilis. inſtitu.de inuti.ſtipu.l. certi condictio.in.§.itẽ quærit. ff. ſi cer. pet. Item impoſsibilitas, ſeu impotentia excuſat appellan-
35 tem† a proſecutione appellationis: adeo vt elapſo tempore dato ad proſequendum appellatur,non dicatur deſerta appellatio ſecundum Innoc.& alios in c.ex ratione.de appel. Bal. in l.ſi.C.de condi. inſer. Bart. in l.ſi procuratorem.in.§.ignorantes.ff. mand. Guil. de Cun. in l.eos.C.de appella. Bald. in c.ſi qui teſtamentum.de teſtib. et in l.ij.in.§.ſi quis in iudicio. ff.ſi quis cau.& in l.nummis.ff. de in lit. iuran. & in c.j. de eo qui mit.in poſſeſ.rei ſeruã.cauſa. Bald. in l. acceptam. C. de vſur. Ang.poſt Bar.in l. illud. in ſuis addi.ad Bar.C.de anno.& trib.lib.x.Math.in not. ſuo vlti.Franc. de Cre.in not. ſuo cxxj.inci.ſtatuto cauetur. Moder.in l.ꝙ te.ff.ſi cert.pet.Bal. in l.continuus.in.§.illud. ff. de verb.obli.de quo latius dixi in conſi.meo xlvj.incip. in cauſa mercatorũ in j.& ij.char.& facit c.erit autẽ lex. iiij. diſt. in ver.impoſsibile.et nõobſtãt reſponſiones Bal.in d.l. eos.§.ſuper his.quia ſi bene conſiderẽtur, non tollunt modo aliquo impoſsibilitatem exiſtentẽ in perſona ipſius Titij carcerati in alio loco, vt cõparere non poſsit perſonaliter corã iudice inquirẽte:ideo teneo opi.Bart. & ſequa.quam ipſe ibi refert. Pro qua parte & opin. faciunt dicta per Bart. in l.ij. in.§.qui exhibẽdi.in ij.col. verſi. circa hoc quęro.ff.de cuſt.reo.vbi di
36 cit,ꝙ ſi iudex ꝓcedebat† contra aliquem, qui ex iuſta cauſa poterat comparere:qđ ſi iudex ipſe ſciebat talẽ cauſam, & tñ proceſsit, ꝙ proceſſus erit ipſo iure nullus alleg.no.per glo. in l. quæſitum. ff. de re iudica. & alia de quibus ibi per eum. Et faciunt etiam dicta per Bal. in l.adictos.in vlt.ver. C. de epiſco.audien.& per Bal.in l.non tãtum.ff.de appella.& per Gãdy. in tract. ſuo maleſi. ſub rubrica virum procurator in maleficijs interueniat. in ij. colũ. & ibi in ſeq. per totum. & per Card. Alex.in c. ex parte tua. in vlt.col. ver. ſed nunquid ad opponendum.de appel.& dicta per Fely.in c. veniens. in iiij. col. in ver. quarta cõcluſio. de accu. Et facit optime text. qui videtur expreſſe probare hanc meam nouam cautelam.in l.ij. C.quibus ex cauſis maio. vbi dicitur, ꝙ detento in carcere ſuccurritur, vt ſibi non currat tempus:quod ſi cucurrerit, debet reſtitui.Et faciunt etiã optime dicta per Maria.Soci. i ſua repeti. rub. de dilationibus. in x.char.in iiij.col.per totam colum. maxime in ver.tertio caſu &c.& in eadem char.in j.colum.ver.xxv.quæro. quæ omnino videas. & vide etiam Iaſo. in l. ij.in ij. colum. verſicu. vij.not.ff.de in ius vocan. vbi alleg.

alleg. Bartol.& alios in pluri-
bus locis tenentes, ꝙ carcera-
tus non poteſt citari,& proceſ-
37 ſus factus†contra eum eſt ipſo
iure nullus:& hoc dicit eſſe ve-
rum, ſi iudex citans carceratũ
habet notitiam,& ſcientiam de
ſua carceratione. ad quę faciũt
etiam dicta per Baldum in ad-
ditio. Specula. in titu, de cita-
tione.in pennl. colum. in addi-
tio.incipien.not.ꝙ in crimina-
li,& faciunt dicta per Iaſo. in
auth.res quæ.in vj. colum. an-
te fin.verſi. adde tu primo &c.
C.communia de leg.vbi etiam
tenet, quod quando quis eſſet
carceratus propter delictũ, vel
culpam ſuam, adhuc non poteſt
citari,nec contra eum procedi.
de quo ibi latius per eum. Et
facit etiam ad prædicta quod
dixit Paul.de Caſt.in l. ſed &
ſi quis.in princi. & in.§.j. ff. ſi
quis cauti.Et facit in argu.not.
verbum An. in c. ſignificante.
in j.colum.de pign. in verſicu.
not. ꝙ a quolibet &c. vbi di-
38 xit.ꝙ ex eo, ꝙ quis in†carce-
re eſt detentus,dicitur legitime
impeditus ad ſoluendum in ter
mino, quod ſoluere tenebatur,
ꝙ dicit notãdum eſſe, maxime
pro debentibus ſoluere penſio-
nes in contractibus emphyteu-
ticis. quod dictum pro not. re-
fert & ſequitur Iaſo. in l. ij. in
xx.colum.verſicu.xxxj.C. de
iure emphy.& Philip. Dec.in
cõſi.cxlvj.in j.colum. pro quo
faciunt dicta per Soc. in conſi.
lxxx.incipiẽ. in quæſtione. in
vlt. colum.in iij. volu.Et facit
in arg.regula illa,videlicet,ꝙ
non valenti agere non currit
tempus de qua habetur in l.pe-
nulti.C.de annali excep.& fa-
cit quod dixit Alexand. in cõ-
ſil. ccclxxxv.incipiẽ. viſis &
optime diſcuſsis. in fi.j. colum.
& Bald. in cap. quærelam. de
iureiuran. & in l. ij. in fin. C.
de iure emphy. & facit etiam
notabile verbum Bald. in l. ij.
C.de iure emphy. & in c. cum
ſicut. in ij. colum, de eo qui
39 mit.in poſ. vbi dixit,ꝙ†ban-
nitus,qui per mortem Poteſta-
tis non potuit comparere in ter
mino banniti, non habetur pro
contumace. Et faciunt not.ver
ba Fely. in c. perſonas.in vlt.
colum. de appella. & Soci. in
conſi.cxxj.incip. viſa contin-
gentia. in ij. colum.in j.volu-
mi. Et faciunt dicta per Bald.
in l. acceptam.in ij.colum.ver
ſicu.oppono.C.de vſur. vbi di-
40 xit.†legum diſpoſitiones natu
ralibus debent conuenire. Te-
ne ergo bene menti prædictam
cautelam meam nouam,cũ qua
inuitis dentibus omnium iudi-
cũ,poteris de iure in cauſa cri-
minali comparere per procu-
ratorem, non obſtantibus qui-
buſcunque ſtatutis, prouiſioni-
bus, ordinamentis ſuperiorum
nolentium ꝙ modo aliquo in
cauſis criminalibus admitta-
tur procurator:& ex hac cau-
tela poteris conſequi honorem,
lucrum,& beneuolentiam cliẽ-
tulorum tuorum.& in hoc paſ-
ſu dicere carmen illud, inuen-
tum eſt medicina meum &c.

Modo vlterius ſcias,quod ſi
quis eſt banniendus in pœna
pecuniaria, & ex forma ſta-
tuti talis ſic bannitus, poteſt
impune offendi, tamen in ta-
li caſu admittetur procurator.
ita dixit Bald. in l. reos. in
penulti. quæſtio. C.de accuſa.

quem refert & ſequitur Alexand. in dicto conſ. cxvj. incipien. animaduerſis ſtatutis. in ij. colum. vbi etiam ad hoc adducit Bald. in l. data opera. in xxvij. colum. verſicu. ſuper ſecundo dicto. C. qui accuſa. non poſſunt. Et circa hanc materiam comparendi in cauſa criminali per procuratorē vide etiam vnum verbum per Floria. in l. irruptione. in. §. ad officium, in iij. colum. verſicu. per quæ iura &c. ff. fin. regun.

Adde etiam in hac materia, quod ſi dubitatur an vulnus ſit lætale, poterit interuenire pro-
41 curator ſub conditione: † ſi apparuerit vulnus non eſſe mortale, valeat comparitio procuratoris: ſecus ſi apparebit eſſe mortale. ita not. dixit Bald. in l. eleganter. §. ſi dolo. ff. de dolo. quem refert & ſequitur Alexand. in l. penulti. in. §. ad crimen. in prima apoſtil. ff. de publi. iudi. vbi etiam ad hoc allegat Bartol. in l. j. in princi. ff. de damno infect. ſed Bart. in libro meo nihil dicit de hoc.

Item ſcias etiam, ꝙ quando in cauſis criminalibus imponitur pœna ipſo iure: tunc
42 in talibus cauſis † non poteſt interuenire procurator. ita dixit Bald. in l. reos. C. de accuſa. & Petr. de Anchara. in l. ſeruum quoq; . in. §. publice intereſt. ad fin. ff. de procura. & Alex. in d. l. penul. §. ad crimē. de public. iudi. Vlterius pro quodam ſigillo, ut dixerim, huius materiæ ſcias & menti habeas, ꝙ ſtante ſtatuto, prout cōmuniter extant ſtatuta per Italiam, ꝙ in cauſis criminalibus non admittatur procurator, debet tamē admitti inſtructor ad oſtendendum innocentiam inquiſitorum, abſque eo ꝙ compareant perſonaliter ipſi inquiſiti. Ad quod dicēdum moueor ex pluribus. Et primo dico, ꝙ
43 iudex ex † officio ſuo debet ꝗrere ꝓbationes innocentiæ rei, etiam nullo hoc petente. l. ſi nō defendantur. ff. de pœn. volunt docto. in l. j. §. fina. ff. de quæſtio. per illum text. & voluit Alexand. in conſ. cccclxxvj. incip. pulchre reſpondet &c. in fin. & in conſ. iiij. in pen. colum. in vj. volumi. & Ang. in conſ. cccviij. incip. factum tale eſt. Chriſtophorus Petri. in vlti. colum. & Rapha. Cu. in conſ. cxxxiiij. incip. viſis denuntia. &c. in ij. vol. poſt me. & Bart. not. in conſ. incip. a domino Cyno de Bono. in vlti. colum. & in conſ. cvij. incipien. viſis omnibus ſtatutis. & in l. iiij. in. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & in alio conſ. incipien. Bernardinus percuſsit Herculanum. quē refert & ſequitur Pau. de Caſt. hanc partem firmando in conſil. xxxiij. incipien. ſuper primo quæſito. in ij. colum. & idē voluit ipſe Paul. de Caſt. in cō ſil. ccvij. incip. ſuper primo. in vlt. colum. & Cepo. in conſil. xlvij. incipien. quidam dominus. in vlti. colum. & in conſi. xlviij. incip. quanquam. in vlt. colum. & dixit Bart. in dicto conſ. cvij. ꝙ iudex debet quærere innocentiam rei, etiam ſi ipſe reus ſe nō defendat. per d. l. ſi non defendantur. & dicit ꝙ
44 hoc non ſolum debet † facere ante ſententiam, ſed imo ēt poſt ſententiam. & dicit ꝙ ſi eum reperiat

periat nō culpabilem, debet facere quod poteſt, vt abſoluatur. ita formaliter dicit Bartol. in d. conſi. cvij. Et idem dixit Gemi. in conſi. xxvj. incip. caſus. in ij. col. & Ioan. de Ana. in conſi. lvj. incip. viſa inquiſitione. de quo etiam dixi ſupra, in. § nunc videndum. nu. 7. & in §. opportune. nume. 14. cum pluribus ibi ſequen. Sed ſi iudex debet ex officio ſuo recipere informationes, & probationes innocentiæ rei, etiam nemine inſtante nec petente, ergo debet circa dictam innocentiam audire, & admittere inſtructorem: quia ſi hoc poteſt & debet facere ſine inſtructore vel alio: ergo debet admittere inſtructorem ad hoc faciendum pro minori ſuo labore, etiā ſi expreſſe appareret dictum inſtructorem non habere legitimā perſonam ad hoc faciendum &c. Et ratio poteſt eſſe: quia quan-
45 do certus actus† poteſt fieri ſine certa ſolennitate, ſi illa ſolennitas interueniat, & minus legitime, non tamen vitiatur actus, ſecundum glo. in l. vinū. in fi. ff. ſi certum pet. quam pro not. in ſimili allegat Ludo. Roma. in conſi. ccccxcvij. incip. diligenter perſcrutatis. circa med. & ad idem eſt gloſ. inſti. de liberti. in. §. multis. in verſi. tranſitu. & gloſ. in l. qui teſtamento. in. §. per contrarium. ff. de teſta. pro quibus gloſ. eſt bonus tex. in l. j. in prin. C. de rei vxo. actio. & in l. cum tabulæ. ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu. de quibus glo. & eius materia late locutus ſum in repetitione mea. l. de vnoquoque. in [illegible] col, ad fi. ff. de re iudica, vbi videas. Sed vltra prędicta expreſsius loquēdo, et demonſtrādo ꝙ dictus inſtructor ſit admittendus ad reſpōdendum, & dicendum, & docendum de inno-
46 centia†talium inquiſitorum, non obſtante ſtatuto prohibēte procuratorē comparere in cauſa criminali, tenuit hoc expreſſe Franciſ. de Aret. in conſi!. cxlvij. incipien. viſa conſultatione &c. in fin. ij. colum. & ibi in fi. iij. colum. dicit, ꝙ licet aliqui tenuerint contrariū, tamen ꝙ iſta eſt communior opin. & alleg. plura, de quibus ibi per eum. & idem tenet & firmat Alexā in cōſi. iiij. in pen. col. in vj. vol. & Iaſo. in l. ij. in iij. colū. C. qui teſta. facere poſ. vbi ſimiliter affirmat hāc eſſe communē opi. Et dicit ꝙ licet ex forma ſtatuti ciuitatis Mediolani, & totius illius dominij, ſi accuſatus vel inquiſitus ſit cōtumax, habeatur pro confeſſo & conuicto: ꝙ tamen tali caſu poterit interuenire quilibet ēt penitus extraneus ad eū excuſandum, & ad oſtendendū ſuam innocentiam, non obſtante ꝙ ſtatutum, ſeu decretū Mediolani dicat, ꝙ reus debet perſonaliter ſe ponere in carceribus. quod dicit eſſe ſumme not. pro adiuuando amico, qui non audet perſonaliter comparere. Et idem etiam firmat Barthol. Cepo. in conſi. xx. incipien. quidam dū eſſet poteſtas in iij. col. verſi. quinto caſu principali. vbi dixit, ꝙ iudex etiam debet audire extraneū allegantē
47 † innocentiam abſentis. & idem dixit Ioan. de Imo. in c. veniens. de accu. quem ibi refert & ſequitur Ioan. de Ana. in vij.

in vij.col. in ver. nunquid autem ſi ſtatutum &c. vbi not. loquitur. Et idem voluit Pe. Philip. Cor. in conſi. xvij. incip. licet moris. &c. in iij. volumi. in ver. ſed poteſt dicere defenſor &c. Et hanc partē in expreſſe firmat etiam Ange. de Are. in tracta. maleſi. in verbo, qui iudex videns quod inquiſiti non comparent. in verſi. quæro an talis bannitus ante ſi. & Cepo. in conſi. xlj. inci. licet inuitus in iiij. colum. in conſi. lj. & in tribus conſilijs ibi ſequen. Et idem expreſſe firmat Mafia. Soci. in quodam ſuo conſi. incip. prædictam dubitationem. Vbi dicit, ꝙ licet extaret ſtatutum in ciuitate Senarum, ꝙ in cauſa criminali teſtes non poſsint produci, niſi per reum principalem: attamen ipſe Marian. dicit ꝙ quatuor vicibus obtinuit, ꝙ quis per inſtructionem, vel excuſatorem admitteretur ad probãdum innocentiam rei abſentis ratione inte reſſe ipſius rei, & ratione inte reſſe reipublicæ, cuius intereſt potius nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare. per l. abſentem. ff. de pœn. Et ſubdit, quod cum verſetur intereſſe publicum, iudex debet impartire officium ſuum. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Cum ergo tot excellentiſsimi patres & inſignes in iure viri teneant intrepide hanc partem, & afferant hanc eſſe communem opinionem illa ergo merito amplectẽda & ſequenda eſt. quam etiã tenuit Pe. Philip. Cor. in conſi. cciiij. incip. pro deciſione præſentis &c. in j. volu. vbi dicit pro hac parte ſe pluries conſuluiſſe. & in conſilio cxciij. inci. licet in hac conſultatione. eo. volu. de quo late ego dixi in conſil. meo lxxxj. quod feci apud Buſetum. inci. Salus omnium in te confidentium &c. vltra medium. Et faciunt etiã pro iſtis optime dicta per Iaſo. quẽ omnino vide in l. j. in vij. & viij. col. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & quæ ego dixi in repetit. mea rub. ff. de fideiuſſo. in lxiij. col. in fin. & ibi in col. ſeq. & quæ latius dixi in repeti. mea. l. j. C. de raptu virginũ. in xlj. char. & in duabus char. ibi ſequen. Tene menti prædicta: quia dabunt tibi honorem, & gloriam & non modicum lucrum. & iſta ita ample & diffuſe, vt hic, alibi non reperies: et dum vixero, ac etiam poſt mortem meam forte eris mei memor, ſi prædicta practicabis.

Poſtremo teneas menti vnũ, licet aliquantum extra materiam præcedentem, quod ponit Bartho. Cepol. in dicta ſua cautel. lxviij. videlicet, ꝙ quando crimen commiſſum per amicum tuum debet denuntiari per ſyndicum, vel miniſtralem loci, vbi fuit commiſſum delictum: ſi vis eum adiuuare, facias pro poſſe, ꝙ ille, qui debet denuntiare illum reum, apponat in ipſa denunciatione nomina teſtium, qui nihil ſciant de tali maleficio: nã tunc examinatis dictis teſtibus, qui dicat ſe nihil ſcire de dicto maleficio, de neceſsitate iudex debebit reum abſoluere, ex quo nihil cõtra eum probatum eſt. arg. l. qui accuſare. C. de eden. c. vt noſtrum, extra vt eccle.

bene.

bene.cum ſimi. Dicit tamen ꝙ iſta cautela nihil ꝓficeret reo, qñ procederetur per accuſationem: quia tunc accuſans poneret teſtes veros, & inſtructos de tali maleficio. Et ſubdit ẽt

48 Bar. vbi ſupra, † ꝙ cauendũ eſt, ne quis vtatur hac cautela in perniciem animæ ſuæ. Dico ego ꝙ etiam talis officialis denuntians cum talibus teſtibus, qui nihil ſciunt de illo maleficio, caueat & bene aduertat, ꝙ non perueniat ad aures & ad notitiam iudicis, corã quo fuit facta talis denunciatio, ꝙ eam fecit doloſe & fraudulenter, vt liberaret reum, qui commiſit tale delictum: quia ipſe iudex ex pluribus iuribus, & rationibus poſſet punire talem officialem non debili pœna, & dare ſibi malam ſententiam, & bene merito. Hippolytus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Initium potius quam finis attenditur. nu. 6.*

2 *Debitor quando poſſit capi in domo licite, & extrahi ab illa licite.*

3 *Statutum de occidendis impune animalibus in proprio fundo repertis, an includat animal, quod aufugit, & extra occiſum eſt.*

4 *Captus qui ducitur per eccleſiam, an poſſit immunitate gaudere. Et quando delinquens veniat ab eccleſia extrahendus. nume. 5.*

7 *Homicidia quando impunibilia. nume. 8. 9.*

10 *Recreatio & colluctatione ꝑmiſſa a iure uirtutis gratia.*

§. VLTERIVS, & ſexto quæri poteſt de alia quæſtione, videlicet, an in delictis attendatur principium, an vero attẽdatur finis. Circa quam aliqua dixi ſupra, in §. quoniam. nu. 91. Sed nunc latius loquendo dico, ꝙ attenditur initium ſeu princi-
1 pium, † non autem finis. ita probatur in l. qui cum maior. circa prin. verſi. ſed ſi minor. ff. de bo. liber. & in l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adulter. & ibi Barto. & volunt docto. in l. Gracchus. C. de adulter. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle. in iij. col. & Alex. in conſi. ccxcix. incip. viſo themate. in vlt. col. & Ioã. de Ana. in conſi. ſuo xj. incip. omiſſa diſcuſſione. in ij. col. Et ideo ſtante ſtatuto, ꝙ percutiẽs aliquem in platea cadat in pœnam centum: percutiens autem in palatio Antianorum puniatur pœna manus, modo aliquis percuſſit Titiũ in platea, qui Titius fugiendo intrauit palatium Antianorũ, & ibi etiam percuſſus fuit ab illo percutiente, qui eum ſemper inſecutus fuit percutiendo eum: iſto caſu dictus percutiẽs debebit puniri ſolum pœna cẽtum, cum attendi debeat principium, & ſic locus plateæ, vbi incœptum eſt delictum, non autẽ locus palatij, vbi eſt finitum

dictum delictum : Et ſimiliter ſtante ſtatuto ꝙ percutiens aliquem de die ſoluat x.& percutiens poſt primam horã noctis ſoluat xx. modo Titius incœpit percutere Seium ante primam horam noctis,& ita eum percutiendo elapſa eſt prima hora noctis, hoc caſu qua pęna puniatur iſte Titius percutiẽs, an pœna x.an pœna xx.dicas ꝙ debet puniri pœna x. tantum : quia attenditur principium, & non finis.ita probant iura ſuperius adducta. & idem etiam firmat Bal. in l. neganda.in viij.col.C. qui accuſare non poſ. & in c. cum olim. in fin.de dolo & contu.& Bar.in l.libellorum. in i:.col. verſic. ſed quęro aliquis.ff.de accuſa. Pet. de Anchara. in repeti.c. poſtulaſti.de foro competenti. in xxviij.col.vbi ad hoc allegat vnum textum in l.& ſi amicis.ff.de adulte. Item hanc partem etiam tenuit Ludo. Rom. in l.j.in §. occiſorum. in viij. col.ff.ad Syllania. & Ang. de Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo,in platea communis. in verſi. quæro quid ſi aliquis. in fin.verbis.& circa hanc materiam adduci poteſt not. verbum Bal.in l.cunctos populos. in repeti. poſt medium. C. de ſumma trinitate & fide catholica.vbi dicit,ꝙ licet pro debito ciuili quis non poſsit capi
2 in domo, † ſi tamen repertus fuit per officialem extra domum,& aufugerit in domo,ꝙ tunc poterit extrahi de domo, & ibidem capi licite . Et facit quod voluit Bald. in d.l. quod ait.in §.fin. ff. de adul. vbi dixit, ꝙ ſi quis ex forma ſtatuti poteſt offendere ingredientem poſſeſsionem ſuam , & aliquis eam fuit ingreſſus, & poſtea aufugit,et dominus eũ inſequitur, ꝙ poterit eum offendere extra poſſeſsionem. Item facit ẽt no. verbum Sali.in l.Gracchus.in pen. col.in verſi. ex prædictis habes &c.C.de adulterijs. vbi dixit,ꝙ ſtãte ſtatuto, prout eſt
3 † hic Bononiæ:quo cautum ſit, ꝙ vnicuique liceat animalia, quæ repererit in fundo ſua propria autoritate occidere in illo : ꝙ ſi quis repererit aliquod animal in fundo ſuo,& cum velit eum in fundo ſuo occidere, animal illud aufugerit extra fundũ ꝙ poterit tũc illud extra fundum impune occidere, ꝙ dictũ retuli in ſingu.meo ccxxv. incip.in delictis.Item & vltra præmiſſa vide Ang. in l.nemo carcerem.in penul.col. verſic. item iuxta pdicta. C.de exact. trib.vbi dixit,ꝙ alias fuit de facto quæſtio Senis. Nam quidã Peruſinus nomine Andreas cum mutuaſſet certam quantitatem pecuniæ cuidam, qui diligens homo & fidelis reputabatur, talis debitor aufugit,& ipſum ſic fugientem dictus Andreas perſecutus eſt, & cum in ueniſſet in ciuitate Senarum autoritate propria eum cœpit, tanꝗ fugitiuũ : & tunc cũ clamor ibi inſurgeret,cucurrit,familia Poteſtatis,& cępit vtrũque : & dicit quod dictus Andreas fuit inquiſitus & condẽnatus de detentione liberi hominis. ſed dicit Angel.ꝙ male fuit iudicatum : quia etiam ibi capi potuit,ſi iudicis copia deeſſet.alleg. gl.in l.j. C.vbi quis de curia. vel cohor.quod dicit

eſſe

eſſe valde not. Item prædictis addi poteſt quod voluit Oldr. in conſ. ſuo liiij.inci.an fugiẽs &c. vbi dixit, ꝙ captus extra eccleſiam, ſi ita captus ducatur
4 poſtea per † eccleſiam, ꝙ non gaudebit priuilegio, ſeu immunitate dictæ eccleſiæ: ſed poterit licite extrahi de dicta eccleſia. & dicit quod hoc voluit Archi. in c. antiquitas. xvij. q. iiij. Et ratio huius dicti eſſe poteſt illa, quam ſupra dixi, videlicet, quia principium quod fuit licitum attendi debet in ſimilibus. Et faciunt etiam optime dicta per Cyn. in authen. ſi quis ei. C. de adulter. ubi dixit, ꝙ licet qs de eccleſia extrahi non debeat: tamen ſi delinquit
5 extra eccleſiam, † & aufugit in eccleſia, adeo ꝙ officialis eum inſequens capere non potuit, poterit tunc eum extrahere de eccleſia. & hoc per textũ in authen. de mand. princip. in .§. ſed neque. quam doctrinam Cyn. refert & approbat Alex. in cõſi. xxiiij. inci. animaduerſis. in x. col. in ij. volu. Et idem firmat expreſſe domi. Pet. Ferrarius in ſua practica Papiẽſ. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. in vij. col. verſic. ex his poteſt. de quo etiam per domi. Nel. in tracta. banni. in ij. parte ſecundi temporis. quæſtio. xxix. incip. ſtatuto cauetur. in quæſtio. ibi ſequen. Fateor tamen quod hæc regula, videlicet, quod attenditur initium ſeu principium rei & nõ finis, non eſt ſemper vera, etiã in delictis: quia aliqui caſus reperiuntur, in quibus in delictis attenditur finis, & non principium: ideo ſi vis plenius videre de hac quæſtione videas Alberic. de Roſa. in iiij. parte ſtatu. quæſtio xxvj. inci. diſputauit etiam ipſe Old. &c. Ioan. And. in regula, in obſcuris. de regulis iuris. in vj. in mercu. & Ange. in l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. xj. & per Bal. in l. j. C. de ſeruis fugitiuis. & in repetit. l. j. C. de ſeruis fugitiuis. & in repetit. l. j. C. de ſumma trinita. & fide catholi. in vij. char. & per Angel. in tracta. ſuo maleficio. in ver. fama publica. in verſi. ſexto quæritur &c. & in dicto tract. ſuo in verbo. In platea communis. in verſi. quid ſi aliquis. & Anto. in c. fin. de foro competenti. & Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de accuſa. in. §. fin. in additio. mag. in x. col. in verſi. elegans Oldradi &c. & vide etiam Specu. in titu. de inquiſi. in. §. nunc tractemus. verſic. ſuper hoc vide decretalem &c. & Salic. in l. pe. C. de accuſa. & Bald. in c. j. §. furtum. de pace iuramento firmanda. & Angel. de Aret. in tracta. maleſi. in verſi. in ſcalis ſancti Petronij. circa prin. & Cyn. in l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. & do. Anto. & Abb. in cap. finali. de immuni. eccle. & in cap. inter alia. eodem titulo. & Salice. in authen. ſi quis. C. de adulterijs. & Albert. de Roſa. in rubri. C. de his qui ad eccle. confu. & vide quæ ego dixi in repeti. mea. l. fin. C. de probatio. in vij. quæſtio. extraor. & in c. j. & ij. circa fi. de homici. & in ſing. meo. ccxxv. incip. in delictis &c. & vide Iaſ. in l. pleriq; ff. de I ius vo. in ij. co. ver. non procedit.

procedit . vbi tenet contra doctrinas ſuperius adductas, Attamen plures opinio.concurrũt pro dictis doctrinis. quã opin. Iaſ. & plura etiam iura cõcurrunt quæ alleg.doc.in dictis locis. Et argumentatiue loquendo ad prædicta etiã teneas mẽti duo notabilia circa hoc ꝙ in delictis attẽditur principiũ & non finis, videlicet, ꝙ ſi aliqui aggrediuntur aliquem animo & intentione eum baſtonãdi, & ſic baſtonãdo eum interfecerunt,

6 † ꝙ interfectores de occiſo non tenentur, ſed aliter mitius puniuntur, cum vltra propoſitũ deliquerint. ita ſing. per optimas rationes conſuluit Paul.de Caſt.in conſil.xcij.incip. in cauſa incarceratorum. & ibi reſpondet ad contraria, quæ dici poſſent. quod dictum refert & ſequitur Aug.de Ari. in addi. ad tract. Ang.de Are. ſuper malefic. in verbo,& appenſate,in fin. vlti. additio. & in eo. tract. in verſic. & dictus Andreas armatus, circa fin.j. addi. Et ratio huius dicti eſt: quia voluntas & propoſitum diſtingũt maleficia: vt in l.qui iniuriæ. ff. de fur.& in l. quod reipub. ff.de iniuriis. & in l.j. C.de ſicar.& in l.ſi non conuiciis.C.de iniur. cum ſi. de quo etiã dixi in ſing. meo clxxvj. incip. voluntas & propoſitum &c. & latius dixi in d. l.j. ſuper j.not.C.de ſica. Secundo teneas menti etiam vnum aliud, videlicet,ꝙ vbicunque a lege, vel ſtatuto cõceditur alicui facultas aliquid operandi,vel faciendi aliquem actum, tunc ſi faciendo talem actum ſequitur homicidium,tunc tale homicidium erit impunibile.exemplũ poteſt poni in familia Poteſtatis cui conceditur licentia capiendi reos criminis,vel debitores aliorum: nam ſi tales capiendo reſiſtant armis, & a familia occidantur, talia homicidia erunt impunibilia.

7 † Ita probatur in l. ſeruus. & ibi Barto. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. quemadmodum. in.§.fin.ff.ad leg. Aquil. & facit text.in ſi.C.quando lice. ſe ſine iudi.vindi.& voluit etiam Bal.in l.ſin.C.de exhiben. re. & in l.j.C.vnde vi.& in l.nec timorem. ff. quod met. cau. & Bald.& Ang.in l.vt vim ff. de iuſti.& iure. Et hanc partem tenuit Paul. de Caſt. in conſil. cxciiij. incip. viſo ſupradicto puncto.in ij.colum. vbi alleg. etiam hoc voluiſſe Iaco.But.in l.ij.C. de his qui latr. & hanc partem etiam tenet Alber. de Roſa.in iiij.par.ſtatu.quæſtio. xxxvj.incip. adhuc quæritur. & idem tenet Catal. in tracta. ſuo ſyndica.verſic. cccxxxix. adde ꝙ Beroarius &c.& in eo. tract.in ver.ccl. incip. adde ꝙ ſi familia . Et idem firmat Angel.de Are. in tract. maleſi. in ver.fama publi. in ver. verum quia &c.de quo etiam dixi in l.j.in xv. limita.ff. de ſica. de quo etiam habetur per Flor. in l.ſi ſeruus.in vlt.colum.in prin. ff.ad leg. Aquil. & per Ludo. Bolo.in conſi.lxiij.incip.viſo. in ij.col. & per me in c. ij. extra de homi. Et poteſt etiã poni exemplum in illo,qui habet poteſtatem a lege,vel a ſtatuto ſe vindicandi : nam vindicãdo ſe,ſi occidat aliquem,nõ debet puniri de homicidio pœna mortis,

tis,ſed alia forte mitiori pœna ſi exceſsit modum.ita habetur per Paul. de Caſt. in conſilio cxciij.incip.quidam Nicolaus &c.alias incip. viſo proceſſu &c. quod dictũ refert & ſequitur Ludo. Bolo.in conſil.lxiij. in vlt.col.in princ.de quo dixi in d.cap.ij.de homi. Et faciunt etiam optime dicta per Pau.de Caſt.in conſi.cxciiij.incip. viſo ſuprascripto puncto, vbi dicit quem in nihilo debere puniri, ſtãte ſtatuto permittente quẽ poſſe impune offendi, quando offenſus ſe defendere voluerit: & reſpondet ad plura per eum in dicto conſil. allega. in contrarium, de quo latius per eũ, in dicto conſil. quem refert & multum magnificat illud conſilium d.Ludo.Bolo.in prꝶallegato conſil. ſuo lxiij. incip. viſo igitur ſtatuto.in ij.& iij.col. Et iſta ſunt multum not.ad ſtatutum noſtrum poſitum ſub rubri. de generalibus ſeu communibus pœnis bannitorũ.in ver. Ordinamus ĩſuper &c. in quo cautum eſt,ꝙ bãnitus in libris centum, vel ab inde ſupra,poſſit libere & impune in perſonã a quocunque offendi, citra tamen mortem dicti banniti &c. quo caſu ſi quis eum vulnera-

8 ret,& in vulnerando† excederet modum, quia ipſe bannitus ſe defenderet & reſiſteret,& eũ occideret,non puniretur pro tali homicidio per prꝶdicta. Et in caſu quo poſſet de iure aliquo modo puniri, puniretͬ pro exceſſu,& non pro toto per doctrinam Bal.in l.j. in verſi.ix. C. vnde vi, quem refert & ſequitur Ioan. de Ana, in cap.ij. de homi. de quo etiam ego in d.c.ij.latius dixi: vbi etiam ad duxi Alexan. in conſi.cxl.incip. videtur & caſu propoſito, in pen.& vlti.col.in ij.volum. vbi ſingu. loquitur de excedẽte modum. de qua materia etiã late ſatis locutus ſum ſupra, in §.quoniam.num.63.67.68.90. & 92. cum ſeq.& infra, in.§. aggredior. nume. 75. cum pluribus verſicu.ibi ſequen.Et circa hanc materiam huius quꝶſtionis,ſcilicet, ꝙ in delictis attenditur principium & non finis:attende diligenter, ꝙ adeo eſt verum hoc,ꝙ ſi aliqua lege, ſtatuto, vel conſuetudine permittitur, ſeu toleratur aliquis actus, & ex illo actu ſequatur homicidium, ꝙ tale homicidiũ non punietur aliqua pœna. Et

9 poteſt poni exemplum:† in aliqua ciuitate,vel loco eſt cõſuetudo,licentia,vel tolerantia ludendi cũ pugnis tali die, vt eſt Senis, & Papiꝶ,ac etiam Mediolani,vel colluctandi cũ Saxis, vt eſt conſuetudo & antiquus mos puerorum hic Bononiꝶ: tunc ſi in talibus ludis permiſsis ſequatur aliquod homicidium, vt ſꝶpe contingit,talia homicidia ſunt impunibilia,& aliqua pœna nec corporali nec pecuniaria punienda ſunt. Ita ſingulari. & mirabiliter dixit Philip.Dec.in not.cõſi.ſuo ix. in ſecunda colum.in verſic.ſed tamen his & ſimilibus. & hoc dicit ex pluribus,& primo per tex.ĩ l. qua actione.in.§.ſi quis in colluctatione. ff. ad l.Aquiliam. vbi dicitur, ꝙ ſi quis in colluctatione,dum exerceretur alius alium occiderit,non tenetur lege Aquil. quia gloriꝶ & virtutis cauſa illud factum eſt.

& gl.

& gl. ibi ponit exemplum : ſi- mul luctabātur pugnis. Ita tex. ibi cum glo. hunc caſum deci- dit, ꝙ tali caſu non punientur aliqua pœna : & dicit rationē eſſe, videlicet, quia cum non te neantur ibi lege Aquil. in qua culpa etiam leuiſsima conſide- ratur. l. in lege Aquilia. eodem titu. datur intelligi ꝙ nulla pœ na teneātur. Secundo dicit: pro hoc videtur textus in ca. lator. de homic. vbi ſecundum doct. ille tex. intelligitur de ludenti bus ad brachia : & dicitur ibi. ꝙ ſi ex tali ludo homicidium ſequatur, alter clericus, qui lu- ſit, non prohibetur ad ſacros ordines promoueri. ex quo in- fertur ꝙ ex tali homicidio nul la culpa ſibi aſcribitur, & nul- lam penitus pœnam patiatur. c. præsbyterum. & cap. ſuſcepi- mus. de homi. Tertio hoc effi-
10 caci ratione probatur : † nam talis colluctatio cū pugnis vel brachiis pmittitur a iure, quia fit gratia virtutis. text. eſt cum glo. in d. §. ſi quis in colluctatio ne. & ad idem eſt tex. in l. ij. in fin. ff. de aleato. adeo ꝙ etiam clericis permittitur. vt proba- tur in d. c. lator. illud ergo qđ occaſione talis ludi poſtea ſe- quitur, non imputatur, nec ali- quo modo debet puniri : quia quod fit lege permittente, pœ- nam non meretur. l. Gracchus. C. de adulteriis. & iſta eſt ra- tio iuriſconſul. in d. §. ſi quis in colluctatione. dū inquit, ꝙ non tenetur lege Aquil. & quia glo riæ & virtutis cauſa illud fa- ctū eſt. Dicit poſtea ipſe Phil. Dec. poſt prædicta in dicto con ſilio ix. ꝙ facit & quarto, pro hac parte deciſio not. in termi- nis. Flo. de ſancto Petro. in l. dolo malo. ff. de ſer. cor. vbi in- quit, ꝙ ſi quis in ludo occiſus eſt, puta in ludo cū pugnis, ꝑut luditur Senis: & ex illa percuſ- ſione mors ſequatur, iudicari debet mors caſualis, & ſic nō teneiur aliqua pœna: & ita ha bemus in terminis deciſionem ad caſum iſtum. quam doctrinā etiam ſequitur Bart. Cepo. in conſi. xxxj. incip. ſuper homi- cidio. in penul. col. Quinto pro hac parte facit quod dixit Pet. de Ancha. in conſil cclxxxiij. incip. iure ſtricto & conſuetu- dine &c. vbi late probat & concludit, ꝙ cum bona eſſet cō ſuetudo inter pueros inuicem colluctandi, & iactādi lapides vnus contra alium, ex quo tole ratur talis conſuetudo videtur permitti & cōcedi impune qc- quid ex tali ludo ſequitur. arg. l. ij. ff. de iuriſdictio. omnium iud. & l. oratio. ff de ſponſali. vnde concludit, ꝙ cum iactus lapidis nō poſsit moderari nec regulari: de omnibus quę ſequū tur, ſcilicet de vulneribus, & de morte videtur venia cōceſ- ſa: & ideo in caſu ſuo cōcludit puerum, qui alium in tali ludo cum lapide interfecit, non de- bere puniri, cum enim talia au thoritate publica concedantur, pœnam non merentur. allega. etiam Bald. ad hoc. in d. l. qua actione, in d. §. ſi quis in collu- ctatione. vbi in prin. dicit, ꝙ quando prælium authoritate pu blica eſt permiſſum, non mere- tur pœnam. Et ſubdit ibi Pet. de Ancha. ꝙ licet talis conſue tudo videatur potius corrupte- la, tamen excuſat per not. in c. cum venerabilis. de conſuet. & ſe-

& ſequitur Ioã. de Ana. in c. j. de tornea. &c. Sexto pro hac parte adducit etiam ipſe Phil. Dec. quod not. Angel. in l. non contrahit. ff. ad legem Iul. maie. vbi inquit, ꝙ qui proiicit lapidem in aliquem locum prohibitum, & percutit tranſeũtem, punitur de culpa & non de dolo, per illum tex. ſi autem actus proiiciendi non ſit prohibitus, tunc nec de dolo nec de culpa tenetur. alleg. l. item Mela. in princi. ff. ad leg. Aquiliam. cum ergo in caſu de quo ſupra, ludus eſſet permiſſus, nõ debet teneri. Septimo & vltimo dicit ꝙ facit pro hac parte glo. not. in c. eum qui aſſeuerat 50. diſt. quæ dicit, ꝙ cum ludus licitus eſt, & conſtat ꝙ in ludo quis mortuus eſt, non eſt neceſſe probare, ꝙ caſu occiderit. alleg. c. ſuper eo. de ſentent. excommu. & ita tale homicidium a caſu reputatur: & per conſequẽs eſt impunibile. Ex quibus omnibus concludit Phili. in d. conſ. ꝙ in caſu ſuper illo, quo conſul ui ille reus inquiſitus erat abſoluẽdus ab omni pœna. Et iſta omnia quaſi ad literam refert ipſe Philip. Dec. in d. conſi. ix. in ij. & iij. colum. Pro quibus faciunt optime quę ego dixi in conſilio meo xc. incip. illumina me quæſo domine &c. & in conſi. c. incip. ſpiritum ſapientiæ &c. vbi omnino videas. & vide quę dixi in c. ij. de homic. Tene menti prædicta, quia non poſſent eſſe vtiliora &c. & vide Ioã. de Ana. in c. j. in ij. col. de tornea. vbi firmat hanc partem, ꝙ talis occidens in tali ludo permiſſo, non puniatur aliqua pœna. Hyppolytus.

SVMMARIVM.

1 Reus confeſſus, cui datus eſt terminus ad faciendam defenſionẽ, an poſſit tali termino renũtiare. Et in quibus fallat. nu. 2. 3 5. 6. 13. 14. 16. 17. 21

4 Reus in flagranti crimine deprehenſus an poſſit de facto puniri.

7 Incipi ab executione in notoriis an poſſit.

8 Citandus non venit, qui ius notorie conſtat non habere.

9 Fideiuſſor non facta excuſſione contra principalem conueniri poteſt, vbi principalem non eſſe ſoluendo notorium eſt.

10 Aduocatus publice delinquenti non eſt dandus.

11 Iudex in notoriis poteſt de facto ſupplere.

12 Fideiubere ꝓ alio, vbi agitur de pęna corporali, nemo poteſt.

15 In cauſis criminalibus non cõcluditur in cauſa.

18 Reus ſpõte delictũ cõfeſſus, an poſſit relaxari fideiuſſoribus.

19 Appellans, qui expreſſe appellationi renunciat, an videatur habere malam cauſam.

20 Aduocare pro furibus inſignibus iudex pati non debet.

22 Aſſaſinus a quolibet offendi poteſt. Et contra quẽ iudex ex officio põt ꝓcedere nu. 23. 24.

25 Aſſaſinus clericus poteſt per iudicem

iudicem ſecularem puniri: nu mero 26. 27.

28 *Teſtis dictum de auditu facit indicium ad torturam contra aſſaſinum.*

29 *Teſtis dictum de auditu facit qualem qualẽ præſumptionẽ.*

30 *Iudex timore tumultus an poſ ſit tempore dilationis procedere ad executionem capitalem.*

31 *Reus, qui defenſioni renuntianit, an poſſit reuocare defenſionem.*

32 *Confeſſio facta extra iudiciũ, & reuocata, an faciat indiciũ ad torturam.*

33 *Reo confeſſo vel conuicto iudex dare debet terminum defenſionis.*

34 *Contumax non poteſt condem nari ſine noua citatione ad faciendam excuſationem. nu. 35.*

§. EXAMINANDA nũc venit ſeptima quęſtio. quę eſt quãdo datus eſt per iudicem reo cõfeſſo, vel conuicto terminus ad ſuam defenſionem faciendam: an tunc ipſe reus poſsit tali termino ſuæ defenſionis renuntiare: & ſi renuntiat, an valeat talis renuntiatio? De hac quæſtione aliqua dixi incidẽter & ſuperficialiter, ſupra, in. §. poſtquam. num. 33. & in. §. diligenter. nu-
1 me. 162. † Sed magis accurate & magis ample loquendo dicas, ꝙ tali termino renuntiari non poteſt, ſecundum gl. ordi. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & gloſſ. in l. cuſtodias. ff. de pub. iu. & voluit Bald. in auth. l. quidam ſunt ſerui. ff. de pœn. & in l. non tantum. ff. de appel. & Bald. in dicta l. cuſtodias. & hanc partem etiam videtur tenere Bald. in l. nam & poſtea, in. §. ſi minor. ff. de iureiur. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi certum eſt reum habere defenſiones, quod non tenet renunciatio, cum ipſe reus ex tali renunciatione læderetur. Et hãc partem ꝙ non poſsit renunciari tali defenſioni, tenet Bal. in l. ſi. C. qui accuſa, non poſ. in verſi. & pręmitto ꝙ omnis eorum defenſio &c. pro quo facit ratio: nam nemo eſt dominus mẽbrorum ſuorũ. l. liber homo. ff. ad leg. Aquiliam. & voluit Bald. in additio. Spec. in titu. de confeſ. in verſicu. Titius confitetur &c. vbi ponit pulchrum dictum. & alleg. l. j. §. item illud. ff. ad Sylla. Sed cõtrariam partẽ videlicet, ꝙ valeat talis renunciatio facta per reum, tenet gloſſ. in l. j. ff. de fur. balnear. et idem tenuit Saly. in d. authen. iubemus. C. de iud. Quid ergo dicendum? Ego reperio Ludo. Roma. in repeti. rubr. ff. de arbit. in xvj. col. in verſi. ſed an vigore &c. dicentem verum eſſe, ꝙ non poteſt renuntiare reus defenſionibus ſuis. per gl. in d. l. pactum inter hæredem. cum alijs ſupra, allegat. ꝙ tamen ipſe dicit limitandum eſ-
2 ſe, † niſi in publico & famoſo latrone: quia in eo valebit renuntiatio defenſionis. alleg. Bald. in l. prouincialium. C. de fer. Secundo ipſe Ludo. Rom.

vbi

vbi ſupra, limitat d.gloſſ.l.pa-
ctum inter hæredem, niſi reus
repertus fuerit in flagranti cri
3 mine,† quia tali caſu poteſt re
nuntiare defenſionibus ſuis: &
valet talis renuntiatio.ad quod
alleg. Bal.in l.vt vim. ff.de iu
ſtitia & iure. & dicit ꝙ poteſt
4 † tunc de facto puniri. alleg.l.
penul.ff.de condit. ob cauſam.
& gloſſ. in l.ictus fuſtium.ff.de
infami. & idem dixit Paris de
Put.in ſuo tract.ſynd. in xxx.
chat. in vlti.col.vbi ad hoc al
leg. Bal.in l.j. C.qui accuſare
non poſſunt. & in l.ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſco. &
cleri.Pro quibus faciunt plura
not. quę adduxi de reperto in
flagranti crimine. in repetit.
mea.l.vnicæ. C.de raptu virgi
num.in nume.91.cum pluribus
numeris ibi ſequentibus. Item
limitat etiam Ludo. Rom. vbi
ſupra d.glo.l.pactum inter hæ-
5 redem, niſi reus dicat†non ha-
bere defenſiones: quia talis ta-
cita renunciatio valet. & hoc
per gloſſ.in d.l.j.ff.de fur. bal-
nea. & dicit ꝙ ita no. Bald.in
l.ſeruum quoque.in.§.publice.
ff.de procurato. Tu autem pro
iſtis limitationibus Lud.Rom.
adde no. verbum Bald. in l. a
procedente.C.de dilatio.in fin.
vbi dixit colligi poſſe ex illo
text. ꝙ ſi aliquis eſt confeſſus
maleficium,& petit non obſtā-
te confeſsione terminum ad ſe
defendendum, quem iudex de-
negat: quia maleficium eſt no-
torium, ꝙ iudex ſtatim poteſt
procedere ad condemnationē:
præmiſſa tamen quadam inter
locutoria, per quam interlo-
quatur dilationem non eſſe dā-
dam tanquam petitam per ca-
lumniam. Et ſubdit ibi ipſe
Bal. vtile eſſe in talibus inter-
loqui.alleg.not.per Inno.in c.
ad petitionem.de accuſa. Item
poteſt etiam adduci pro dictis
limitationibus Ludoui. Rom.
vbi ſupra, quod voluit Bal.in
l.raptores.C.de epiſco.& cleri
cis. vbi dixit, ꝙ licet alias in
cauſa criminali non poſsit re-
nunciari appellationi, per l.nō
tantum.ff.de appell.tamen hoc
6 fallit, niſi † crimen ſit noto-
rium: quia tunc valebit renū-
tiatio ipſius appellationis. qđ
etiam voluit Angel. in d.l.pa-
ctum inter hæredem. & Abb.
in cap. ij. de re iudic.ꝙ eſt ſin-
gu.not.ad limitationem d.l.nō
in integ. reſti. Item dicitur etiā
eſſe concluſum in cauſa, quan-
do per iudicem eſt datus termi-
nus ad probandum, & probatū
habendum: quod intellige quo
ad probationes facti, non quo
ad allegationes iuris, ſecundū
An. in c. licet cauſam. I iij. col.
de proba. & voluit Domi. in c.
pia. in v. colum. de excep. in
vj. & Alex. in conſi. cj. inci. vi-
ſo proceſſu. in penult. colum. in
ij. volu. & idem videtur conclu
dere & tenere Specu. in tit. de
dila. §. videndum, verſi. quid ſi
data ſit dilatio. & in titu. de in-
ſtrumen. edi. in ver. nunc dica-
mus. verſi. dicit autem. & idem
videtur tenere Archi. in c. iudi
cantem. xxx. qō. v. pro quibus
faciunt dicta per Dominos de
Rot. in ſuis deciſ. deci. clxij.
Item ille, qui ſe approbādi poſ-
ſibilitate excludit, videtur con
tra ſe in cauſa concluſiſſe, ſecun
dum Innocen. Hoſtien. & Ioan.
And. in cap. ſuper eod. de app.
quos refert & ſequitur Bald. in
cap. j. in x. colum. in fi. de mil.
vaſ. qui contumax eſt. Quæri
etiam poteſt, an iudex poſsit
10 inuitis † partibus, vel altera
tantum inuita, concludere in
cauſa? in quo gloſſ. quam om-
nes reputant ſingul. in clemen.
ſæpe. de verborum ſignifica-
tio. in verſicu. concluſionem.
tenet ꝙ ſic. quam gloſ. com-
muniter approbant docto.
Item an partes poſsint cogi
per iudicem ad concludendum
11 † in cauſa, vide Bald. in c. j. cir
ca me. ſi de inue. inter domi. &
vaſ. lis oria. Et in materia
adde hic do. Anto. in c. dudū.
el j. in fi. ij. colum. de elect. vbi
dixit, ꝙ iudex poteſt tacite, &
12 † expreſſe reuocare concluſio-
nem in cauſa, recipiēdo proba-
tiones poſt cōcluſionem in cau
ſa: & etiam hoc poteſt facere
expreſſe. & idem voluit domi.
Anto. in cap. auditis. in ij. col.
de reſtitu. ſpo. & in c. auditis.
in iiij. colum. de procura. quem
ſequuntur Moder. in c. frater-
nitatis. de teſt. & volunt Domi
ni de Rot. in deciſi. v. incip. itē
ſi poſt concluſionem in cauſa.
& Card. in clemen. teſtib. in ij.
colum. de teſti. & Abb. in cap.
cum dilectus. de fide inſtrumē.
& in cap. quoniam contra in
xiiij. col. de proba. & Alexā
in conſil. ccxcvj. incipien. di-
uini numinis. in iij. colum. Itē
in materia iſta vide etiam Bal.
in d. l. ſi accuſatoribus. C. de
13 accuſ. vbi dicit, † quod de con-
ſenſu partium poteſt concludi

in cauſa in vno articulo tantũ,
& in alio non, & dicit de hoc
eſſe gloſ. ordi. in authen. de te-
ſti. in §. quia vero ſepæ. Vlte
rius etiam quæri poteſt gene-
14 raliter loquendo, † an poſt con
cluſum in cauſa poſsint fieri
probationes? in quo dicas ꝙ
non, generaliter loquendo. ita
habetur in c. paſtoralis. de cau.
poſ. & propri. & in l. j. C. de re.
la. Pro quo faciunt dicta per
Bald. in l. error. C. de iu. & fac.
igno. in iiij. colum. vbi dicit, ꝙ
quando cõcluſum eſt in cauſa,
15 † perinde eſt, ac ſi eſſet iudica-
tum. & idem etiam voluit An-
to. in c. auditis. de procura. &
Bart. in l. ſi mater. in §. eandẽ.
ff. de exceptio. rei iudi. in vlt.
verbis. & Bald. in authen. iu-
bemus. C. de iudi. & ibi Angel.
& Salyce. & Ludo. Roma. in l.
ſi Titius. ff. de verbo. oblig. &
Angel. de Aret. in §. appellan-
tur. in iiij. col. inſtitu. de exce-
ptio. Pro quibus faciunt dicta
per Abba. in c. j. de excep. in
princi. Et facit glo. in l. ſi ideo.
ff. de euict. quæ dixit, quod con
cluſio in cauſa æquiparatur ſen
16 tentiæ, † quod etiã dixit Guil.
de Cu. in l. j. ff. de mino. & glo.
in l. ſi in rem. §. fin. de euic. Et
facit dictum Bald. in l. nec cau-
ſas. in princ. C. de app. vbi di-
xit, ꝙ poſt concluſum in cauſa,
17 non † poteſt produci aliquid iu
ris vel facti. quod etiam dixit
Anto. in d. c. paſtoralis. & Bar.
in tract. ſuo de iudicijs. in ver.
nono quæro. Et dixit Inno. in
d. cap. paſtoralis. de cauſa poſ.
& proprie. ꝙ poſt cõcluſum in
18 cauſa, † nullæ ſunt partes iudi-
cis in cognoſcendo, cum iam
ſit cognitum, & ꝙ tunc non eſt
cognoſcere, ſed cognitum eſſe.
Pro quo facit quod voluit Bal.
in l. j. in ij. colum. de conditio.
inde. & faciunt dicta per Bar-
ba. in d. cap. paſtoralis. in vj.
char. in repeti. & gloſſ. in l. ſi
rem. in §. quolibet tempore. ff.
de euic. quæ dicit, quod denun
tiatio per emptorem de lite mo
ta, poteſt fieri venditori quoli-
bet tempore tantum. gl. ibi hoc
19 reſtringit, niſi eſſet † conclu-
ſum in cauſa: quia tũc talis de-
nuntiatio non poſſet fieri. & il-
lam gloſ. alleg. pro ſing. Bal.
in l. fina. C. de vſu. rei iudi. Et
facit tex. in l. quamuis indubi-
tati. C. de adulte. vbi habetur,
quod licet quis in cauſa crimi-
nali non poſsit comparere in
iudicio per procuratorem: vt
in c. veniens. de accu. & in l.
pe. in §. ad crimen. ff. de pu. iu-
20 di. cum ſi. nihilominus † poſt
concluſum in cauſa, poterit cõ-
parere per procuratorẽ, vt ibi
habetur. Et facit etiam quod di
xit Bart. in l. is qui reus. ff. de
pub. iudi. vbi dicit, ꝙ licet ac-
cuſatus poſsit petere, ꝙ accuſa
tor ſe inſcribat ad pœnam ta-
lionis. l. in cauſis. C. de accuſa.
21 cum ſimi, † tamen poſt conclu-
ſum in cauſa non poterit hoc
petere. Et facit qd dixit Bart.
in d. l. ſi mater. in §. eandem. ff.
de except. rei iudi. vbi dicit, ꝙ
licet ius ſuperueniens actori li-
te pendente ſibi proſit: tamen
ei non prodeſt, ſi ſuperueniat
poſtquam cõcluſum fuit in cau
ſa. Et facit quod dixit Ioan.
And. in c. cum dilectus. de or-
di. cogni. quẽ refert, & ſequi-
tur Barba. in d. c. paſtoralis. in
vij. char. in fin. in repe. vbi di-
xit, ꝙ licet iudex ſuſpectus poſ-
ſit

ſit recuſari:vt in c. ſuſpitionis.
de offi.deleg.cum ſimi. non ta-
men poteſt recuſari vt ſuſpe-
22 ctus† poſt concluſionem in cau
ſa. pro quo facit quod voluit
Lap.in c.iudex.de offi.delega.
in vj.quod tamen limita & in-
tellige,niſi ſuſpitio ſuperueniſ-
ſet poſt concluſionem in cauſa:
quia tunc poterit recuſari poſt
concluſionem in cauſa. arg. c.
inſinuante de offic. delega. de
quo ibi p Lap.& alios. Et ad-
duci etiã poteſt ſecũdũ Barba.
in d.repe.d.c. paſtoralis. quod
voluit Bal.in l.error.C.de iu.
& fac. igno. vbi dixit. ꝙ poſt
23 concluſum in cauſa, † non po-
teſt reuocari confeſsio vt erro-
nea. Et dixit Bald.in l.j.C.ne
ex delic.defun.in ij.col. ꝙ in
confiſcatione bonorum paria
ſunt ſententiam eſſe latam, vel
concluſum eſſe in cauſa. Et di-
xit Cardi.in cle.j.in j. colum.
poſt princi.de excep. ꝙ exce-
24 ptio excommunicationis† nõ
poteſt opponi poſt concluſum
in cauſa. hæc tamen doctrina
communiter a docto. reproba-
tur ſecundum Barba.in d.cap.
paſtoralis vbi alleg.ad hoc plu
res rationes & plura iura. Et
facit quod voluit Bald.in c. ſi.
de proba.vbi dixit,ꝙ poſt con
25 cluſionem in cauſa,†nil poteſt
allegari.Et adduci poteſt ſecun
dum Barb. vbi ſupra quod vo-
luit Guil.de Cu. & Cyn.in l. ſi
quis ex conſenſu.C. de epiſco.
aud. vbi dixerunt, ꝙ ſi partes
fuerunt præſentes corã arbitra
tore vſq; ad cõcluſionẽ cauſæ,
quod poterit arbitrator ferre
arbitramentum partibus aliter
nõ citatis.Adducit etiam Do-
mi.de ſanc.Gemi.in c.j.in vlt.
col.de confeſ.in vj. vbi dicit,
ꝙ poſt concluſionem in cauſa,
26 non poſſunt†fieri, vel produci
poſitiones. pro quo facit gloſ.
in cle.ſæpe.de verbo.ſig.in ver
bo, interrogauit. & adducit ẽt
Bald. ibi in d. c. paſtoralis. in
ij.col.vbi dixit,ꝙ poſt conclu
27 ſum in cauſa, † non poteſt ali-
quid de facto vel de iure alle-
gari,ſecundum Inno.ibi. vnde
dicit,ꝙ ſi poſt concluſionem in
cauſa producantur conſilia ſa-
pientis,& magnorum virorum
iudex tamen non debet facere
ponere in actis talia conſilia.
Item ſubdit ibi ipſe Bald.ꝙ li-
cet poſsit ex forma ſtatuti pe-
28 ti conſilium ſapientis,†tamen
poſtquã eſt cõcluſum in cauſa,
non poteſt hoc fieri.Item dicit
etiam,ꝙ tunc non debet aliqua
dilatio ad hoc allegari: quia
concluſio, eſt vltimũ verbum
ſcriptum vel prolatũ in proceſ-
ſu,arg.C.de ſi.inſtru.l. contra-
ctus.& illud eſt vltimum, poſt
quod nihil ſequitur: vt l. qui
duos.ff.de re.du. & adduci põt
ẽt quod voluit gl.no.in c. ex li
teris. de iureiur. quæ dixit, ꝙ
poſtquam eſt concluſum in cau
29 ſa, † nõ admittitur iuramentũ
de veritate,vel de calumnia.&
dixit Ioã. And. in c. paſtoralis
de excep. ꝙ poſt concluſum in
30 cauſa, non admittitur † exce-
ptio orta,etiam poſt concluſio-
nem cauſæ.quod an ſit verum,
non affirmo. Et adduci poteſt
quod ſingu.voluit Ioã. de Imo.
poſt alios in c.ſi. de conſti. vbi
dixit,ꝙ ſi emanauit cõſtitutio,
ꝙ tale quid habeat locum in
31 cauſis pendentibus, † ꝙ talis
diſpoſitio non habet locum in
cauſa,in qua iam cõcluſum eſt

in cauſa. Et per iſta mihi videtur concludendum, generaliter loquendo, quod in cauſis ciuilibus poſt concluſum in cauſa, non poterunt fieri probationes aliquæ in ipſa cauſa. Quę tamē concluſio iudicio meo poſſet limitari, & reſtringi, niſi forte
32 †æquitas aliter ſuaderet. Nam æquitate ſuadente, poſſet etiam poſt concluſum in cauſa fieri probatio. & hoc per doctrinam Anto. in c. j. de iudi. vbi dicit, ꝙ licet ſit concluſum in cauſa, tamen æquitate ſuadente poſſunt produci inſtrumēta. & ita dicit ſe de facto obtinuiſſe: qđ dictum refert & ſequitur Barba. in repe. c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & proprie. in iij. char. Pro quo faciunt dicta per eundem in c. cum dilectus, de conſue. vbi dixit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ non poſsit reus opponere cō
33 tra intentionē actoris, ꝙ† tamē poteſt iudex (æquitate ſuadente) repellere talem agentem. alleg. Inno. in c. cum olim. de cenſibus. idem etiam videtur dicere ipſe Anto. in c. bonę. de poſtu. præla. pro quo facit quod voluit Pet. de Ancha. in c. cum inter R. priorem. de excep. vbi inquit. ꝙ ſi aliquis eſt iniuriatus excommunicato, qui agere nō poteſt, vt in c. intelleximus. de iudic. ꝙ tamen iudex æquitate motus poteſt punire talem iniuriantem. Et facit ꝙ dixit Barb. in repe. c. paſtoralis. de cau. poſ. & proprie. in iij. char. ante ſi. vbi inquit, ꝙ ipſe vidit dubitari de facto tempore ſuo: quia quidam fuerat læſus infra dimidium iuſti pretij, non tamē vltra, dicebat ꝙ æquitate ſuadente iudex poterat ſibi ſuccurrere: videlicet, ꝙ aut emptor reficiat ſibi iuſtum pretiū, aut dimittat rem accepta pecunia ſua. & dicit ꝙ allegabant aduocati pro eo, quid habetur in l. j. §. quæſitum. ff. de ſeparatio. et quod voluit Bald. in l. ij. in fin. C. quod met. cau. vbi dicit, ꝙ licet ſtatutum tollat exceptionem habentem naturalē æquitatem, tamen ſoluens poteſt repetere indebite ſolutum: non quia tutus ſit exceptione, ſed quia tutus eſt naturali æquitate, quod dictū refert & ſequitur Alex. in l. j. §. parui. ff. quod vi aut clam. Et dicit Barba. vbi ſupra ꝙ ſi dicatur, ꝙ licitū eſt contrahentibus ſe circūuenire: vt l. in cauſæ. §. ſi. ff. de mino. & l. item ſi pretio. ff. loc. non tamē hoc congruit de æquitate, nec etiam decet. Et ideo glo. in l. ſemper in conuentionibus. ff. de reg. iur. dicit, ꝙ non conuenit bono viro alium circūuenire in pretio. quam glo. pro lingu. refert & ſequitur Bal. in auth. ad hæc. C. de vſu. & in c. ſi proponente. de reſcrip. & in c. cauſam quæ. de teſtib. Item dicit Barb. ꝙ dicti aduocati adducebant etiam gloſ. x. qō. ij. c. ius porrectum. item dicebant etiā, ꝙ non ſolum attendendum eſt quod licet, ſed etiam quod de-
34 cet, †vt habetur in l. ſemper. ff. de ritu nup. & in c. magnæ. de voto. Nam illud quod non
35 decet† reputatur impoſsibile, ſecundum Cardi. in repe. c. licet de vitanda. de electio. & in c. perpendimus in repe. de ſenten. excommu. Attamen ipſe Barba. refert ſe conſuluiſſe contrarium. Item ad prædicta facit etiam quod dixit Hoſtien. in c.

in c.

in cap. quintauallis. de iureiu-
36 ran. vbi dixit, † ꝙ iudex ex
officio ſuo debet occurrere ma
nifeſtæ iniquitati,etiam ſi par-
ti eſſet præcluſa via per pactũ,
ſeu per ſtatutũ, quod dictum re-
fert & ſequitur Pet. de Ancha.
in conſi.clxvj.incip.viſis &c.
poſt princip. vbi etiam ad hoc
alleg. Bartol. in l.j.ff.quod vi
aut clam. Item facit etiam ad
prædicta quod voluit Hoſtien.
in c.bonæ de appellatio.vbi di
xit, ꝙ ſi res mea peruenit ad
te, & nulla mihi cõpetit actio
ad eam repetendam: ꝙ tamen
æquitate ſuadente iudex poteſt
illum compellere ad tradendũ
mihi rem meam, & idem ipſe
voluit in c. per tuas. de arbi.
Et facit dictum Bald. in addi.
Specu.in tit.de excep. in verſi.
ſi lex aufert &c.& quod voluit
Ludoui.Roma.in conſi. lxvij.
incipien.viſo themate &c.vbi
idem dixit quod dixit Petr.de
Ancha.in d.cap.cum inter R.
priorem vbi etiam alleg. Bal.
in rub. de manumiſ. in fin. &
alia plura allegat, de q̃bus ibi
per eum.Et ibi ſubdit,ꝙ ſi ex
alicuius conſtitutionis forma
reo exceptionis aut defenſio-
37 nis poſitio denegatur † attamẽ
iudex ex proprio officio nul-
liter agẽtem repellet a limine
iudicij, pro quo dicit ipſe ibi
eſſe caſum in l.plane.ff. de pe-
titio.hæredi.& facit l.fin. eod.
tit. Et faciunt dicta per Abb.
antiquum, in cap. peruenit. de
emptio.& venditio. & quæ ha
bentur per ſcriben.in l. ſi fide-
iuſſor.in.§.quædam.ff. manda.
& in l.quintus.eod. titu. & in
l.bona fides.ff. depoſiti. & di-
cta per gloſſ. in l. mancipium.
ff. de euict. Item ad prædicta
faciunt etiam dicta per Ale-
xand. in l. Iulianus verum
debitorem. in ij. colum. circa
med. ff. de conditio. indeb.
vbi dixit, quod ſi ſolui inde-
bitum vigore alicuius ſenten-
38 tiæ. † quod potero tamen æqui-
tate ſuadente, illud repetere
per condi. ſine cauſa. ad quod
ipſe allegat caſum in l.elegan-
ter. in.§.ſi quis poſt eodem tit.
& dicit quod hoc voluit Bar-
tol.in l. prima.§.ij. ff. quod vi
aut clam. & Paulus de Caſt.in
l.ſi fullo.ff. de fur. & Bartol.
in l. ſi ſine. ff. rem ratam ha-
beri. in princi. & dicit, quod
in contingentia facti ita fuit
iudicatum hic Bononiæ. Item
ad prædicta facit etiam. Nam
licet princeps etiam ſine iuſta
cauſa poſsit tollere ea,quę ſunt
iuris ciuilis, vt habetur in c.
propoſuit de conceſsio. præ-
ben. & in l. item ſi verbera-
tum.ff. de rei. vendi. & in l. ſi
priuatis. ff. qui & a quibus.
& in cap. quæ in eccleſiarum.
de conſtitu. tamen non poteſt
tollere ea, quæ ſunt iuris ci-
39 uilis. † ſi in ſe habent æqui-
tatem naturalem ita ſingula-
dixit Abba. in repetitio. cap.
per tuas.de arbi. in xj. colum.
quod dictum pro ſolenni re-
fert & ſequitur Felyn. in cap.
ad audientiam. el ij. in v. co-
lum.de reſcrip. & Anto. Bur-
gos Hiſpanus in repe. rub.ex-
tra de emptio. & venditio. in
pen.colum. Et faciũt dicta per
Bald. ſuper ſtatutis. in verbo,
probatio.in vj. verſi.inci.ſtatu
tum denegat &c. & per Barb.
in conſi.ij.inci.ideo hãc conſul
tandi &c.in antepe.colũ.in iij.

volu. & dicta per me in conſi.
meo lj.incip.ſuper articu.&c.
in fin. & late etiam loquutus
ſum in hac materia. in l.j.§.ſi.
in xiij. col. ff. de quæſtio. Ex
quibus omnibus mihi videtur
concludi poſſe, ꝙ etiam poſt
concluſum in cauſa ſuadente
æquitate poterunt produci te-
ſtes & debebunt admitti. &c.
Poſſet etiam limitari dicta cõ-
cluſio,quod poſt concluſum in
cauſa, non poſſunt fieri proba
tiones. quod tamen fallit vbi
verteretur periculum animæ:
40 † quia tunc poſſunt fieri pro-
bationes non obſtante conclu
ſione in cauſa. ad quod dicen-
dum moueor per not. dictum
Car.in c. ad petitionem. de ac
cu. vbi dixit,quod in cauſa be
neficiali admittuntur produ-
ctiones teſtium poſt publicatũ
proceſſum: quod dicit eſſe ſpe-
ciale propter periculum ani-
marum. quod dictum refert &
ſequitur Barba. in repe. c.pa-
ſtoralis. in xxx. col.de cauſa
poſ. & proprie. & in c.ad pe-
titionem. de accuſa. Pro quo
facit ꝙ dixit glo. not. in c. ex
tenore.de teſt. quæ dixit,quod
licet non ſit audiendus ille,
qui allegat turpitudiem ſuam,
vt habetur in l. ij.ff.de con.ob
turpem cauſam. & in c.non ſo
41 lum.xxiij.q.v.cum ſi.† iſtud
tamen fallit, vbi vertitur peri
culum animæ: quia tunc licet
allegare turpitudinem ſuam.et
idem dixit glo.in c.inter dile-
ctos. de dona. de qua materia
habetur in l. filios. & ibi glo.
C.de reuocan.his quę in frau.
alie.ſunt & per Fel.in c.iij.lo
co.in pe. col. de præſum.& in
c.lator. in j.& ij. col.de re iu-
dic.& per Soci. in conſi.lxvj.
incipien.fruſtra.in vij.colum.
& per Alex.in conſi. xcix.in
ſi. in j.volu.& per Bartho.Ce-
pol.in conſi. lviij.incip. Fran-
ciſcus. Aliter etiã poteſt limi-
tari prædicta concluſio,videli
cet,ꝙ poſt cõcluſionem in cau-
ſa non poſſunt fieri probatio-
nes, vel quicquam produci.
42 † hoc tamẽ fallit in notorijs:
quia notoria poſſunt produci
poſt cõcluſionem in aauſa,hoc
voluit Lapus Abb.in c.iudex.
de officio deleg.lib.vj.vbi di-
cit, ꝙ licet poſt concluſum in
cauſa partes non audiantur, ꝙ
tamen fallit ſecundum eũ ibi,
niſi pars velit opponere exce-
ptionem notoriam,quæ non re
quirit probationẽ: nam admit-
titur poſt concluſionem in cau
ſa: vt in c. quoniam, de filijs
presby.& in c.peruenit. & in
c. propoſuit.de app.quod dictũ
refert & approbat Barb.in d.
c.paſtoralis.in xxx.colum. Et
iſtud dictũ videtur habere ra-
tionem in ſe: eo quia notoria
43 videntur † excepta in quali-
bet diſpoſitione. Et ideo dixit
glo.ſingu. in c. ex conqueſtio-
ne. in verſi.appellationem.de
reſtitu.ſpoliato. ꝙ ſtante ſtatu-
to quod a ſententia non poſſit
appellari: nõ habet locum vbi
grauamen eſſet notorium. &
quod etiam voluit Bald. in l.j.
in verſicu.deinde quæro. C. ſi
de moment.poſſ.fuer. app.& in
l.fin. C.de ordi.cog.& in l.con
ſentaneum. verſic. quæro nun-
quid a tali.C.quomodo & quã-
do iud.& in l.j.C.ne lice.tert.
prouoca. Pro quo facit quod
voluit Barto. in l. j. in princ.
in iiij.col.verſi,oppono. ff. de
oper.

oper. noui nuntia. Et facit etiã quod dixit Oldr. in conſi. clx. quod literæ executiuæ. vbi dixit, ꝙ licet contra tres ſententias conformes non poſſit opponi aliqua exceptio, vt in cle
44 men. j. de re iudi. poteſt † tamen opponi exceptio notoria, quæ ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet. & idem voluit Bal. & Saly. in l. j. C. ne liceat in vna eademque cauſa ter pro uo. & Bal. in l. ſi vnus. in §. pactus ne peteret in xiij. col. ff. de pac. & Io. de Imo. in l. de pupil lo. in §. qui opus. ff. de operis no. nun. vbi refert etiam ita tenere Dominos de Rota. & ita etiam tenuerunt plures doctor. quos retuli in rep. mea. l. ſi. C. de proba. in xvij. q̃o. extraor. vltra me. & in repe. mea rub. C. de ꝓba. ĩ xxxiij. et xxxiiij. col. in quibus locis alia quãplura ad hoc adduxi in materia iſta quæ non refero breuitatis cauſa. Et vltra præmiſſa poteſt etiam limitari prædicta concluſio, videlicet ꝙ probationes non poſſunt produci poſt concluſum in cauſa, hoc fallit,
45 † niſi ſint probationes de nouo repertæ: quia tales poſſunt etiam produci poſt concluſionem in cauſa, ita voluit glo. ſingu. ſecundum Angel. ibi in l. admonendi. ff. de iureiu. & hoc voluit ibi Bar. dicens ꝙ de hoc eſt caſus in d. l. admonendi. ſecundum vnam lect. & voluit etiam Bald. in conſi. DCCXXV. Incipien. ſuper eo quod quæritur. in vj. volumi. & Pau. de Caſt. in l. oratione. ff. de fer. & Bal. in l. j. C. de condi. indebi. in iij. col. in verſi. primo quæro &c. de quo etiam aliquid per Bar. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. & per Bal. in l. ſuper. C. de rela. & per Bal. in l. j. in fin. C. vt quę deſunt aduo. part. iud. ſupple. & per An. in d. c. pacto. de exceptio. & per Lud. Ro. in l. ſi rem. §. fin. ff. de euic. Et de iſtis de nouo ſuperuenientibus dixi plura notatu digna in l. j. in. §. fin. in vj. col. verſi. & ratio huius &c. & in l. ſi quis ne quæſtio. in xj. col. verſi. & propter iſtam regulã. ff. de quæſt. Poteſt etiam loco alterius limitationis ad prædictam cõcluſionem addere not. verbum Bald. in l. ampliorem. in ſi. j. col. C. de app. vbi dicit, quod licet poſt didicita teſtificata non poſſint vlterius produci teſtes per clem. teſtibus. de teſt. tamen cautela eſt, ꝙ pars, quæ vult teſtes producere, det nomina ipſorum teſtium indu-
46 ci & ſe abſentet: † nam tunc poterit iudex eos examinare. quod eſt valde not. quod dictũ refert & ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. ccclxix. incipien. in caſu de quo quæritur &c. in penul. col. vbi pro hac parte plura alleg. in ſimili. quod dictum etiam refert & ſequitur Ludo. Ro. in conſ. cccclxxix. incipien. quod quęritur. in fin. & rep. rub. de arbi. in xj. col. in verſic. item habeas &c. Et illud dictum Bal. etiam refert & ſequitur Barba. in c. ad petitionem. in iiij. colum. verſic. vlti. not. de accu. & Alex. in l. iiij. in. §. hoc autem iudicium. in iij. col. ff. de dam. infec. vbi refert Ludo. Roma. reprobantem illud dictum Bald. & eum reprehendit, & reſpondet ad omnia adducta per d. Lu. Ro.

In contrarium. De qua doctrina Bald. latius loquutus ſum pro ea plura adducendo, in l. j. in. §. fina. in iij. col. ff. de qõ. ad quæ me remitto. pro qua ẽt optime faciunt dicta per Iaſo. in l. vbi pactum. in v. vol. C. de tranſactio. Et circa dictã materiam concluſionis in cauſa, non omitto vnum videlicet
47 ꝙ † ſtatuta loci poſſunt ſemper produci: quia ipſa ſtatuta in loco, (in quo vigent ſunt notoria, nec indigent aliqua probatione ita not. dixit Bald. in conſi. cccviij. inci, ad veritatẽ eundum eſt &c. in iij. volu. in verſic. aliud &c. Modo pro maiori complemento huius materiæ concluſionis in cauſa, quæro de not. quæſtione videlicet, an poſt concluſum in cauſa
48 poſsit peti † deferri iuramentum in ſupplementum probationis, vel poſsit peti compromiſſum fieri inter ipſos litigãtes, quando ſunt affines, qui ex forma ſtatuti coguntur ad fa-
49 ciendum cõpromiſſum: † vel poſsit peti poſt concluſum in cauſa ab altera partium, quod cauſa decidatur cum conſilio ſapientis: vel poſsint aliqua alia ſimilia peti. Hæc quæſtio vere eſt multum quotidiana, & pluries contingit de facto, & ego diebus meis vidi eam in facto in diuerſis locis, & in diuerſis iudicijs: maxime in ciuitate Mediolani, dum moram trahebam cũ illuſtriſsimo duce Mediolani. & tunc plura & plura adducta fuerunt pro vtraque parte in qua quæſtionem tu breuiter dicas, ꝙ aliquid de prædictis non poterit peti, videlicet iuramentum deferri in ſupplementum, nec cõpromiſſum fieri, nec conſilium ſapientis, nec ſimilia poſt concluſum in cauſa. ita dixit Bart. in l. admonendi. in vlt. col. ff. de iureiuran. & Bald. in c. j. in §. item ſi vaſallus. in vlti. col. de contro. inueſti. et Inno. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprie. & no. Cano. in c. cum Ioannes. de fide inſtrumẽ. & Bald. in l. ij. ff. de iureiur. & Bal. in l. in bonæfidei. in j. col. C. eod. titu. & in l. generaliter. in prin. C. eod. tit. de iureiur. & voluit Pau. de Caſt. in cõſi. xcvj. incip. viſo quodam proceſſu agitato Forliuij in fin. & Lud. Rom. in d. l. admonendi. circa finem. & in conſ. cclv. incipit. quo ad primam quis melius &c. Et idem tenet Alex. in conſi. lxxxij. incip. in cauſa vertente. in iiij. col. in princ. vbi loquitur, an poſsit inter affines peti poſt cõcluſum in cauſa fieri compromiſſum. allega. Bal. hoc tenentem in l. j. de trãſac. vbi dicit, ꝙ cõpromiſſum ex forma ſtatuti, non poteſt atteſtationibus iam publicatis, ſeu re iam liquida peti. & idẽ voluit ibi Pau. de Caſt. & Ludo. Roma. in l. prætor ad fin. in ſua addi. ff. de ope. noui nun. Et ſubdit Alexan. vbi ſupra, ꝙ pro hac parte bene facit quod not. in c. ſignificauerunt. de teſti. & quod habetur in c. expoſita. de arbi. & in l. poſt rem. ff. de tranſact. & idem tenet do. Lanfrã. de Brixia. in trac. ſuo de arbi. in vlti. rub. in vlt. ver. vbi alleg. bonas rationes. pro quo facit etiam tex. in l. in cõtractibus. in §. illo, videlicet. C. de non nume. pecu. Et hanc

partem

partem tenuit etiã Rapha. Cu.
in conſi.lxxxv. incipien.quã-
uis de iure &c.in fi.Et facit di
ctum Bal.in l.nec cauſas.C.de
app. quem ſupra retuli. nu.17.
& 25.cum tribus verſi.ibi ſeq.
50 † vbi dixit,ꝙ poſt concluſum
in cauſa non poteſt produci ali
quid iuris vel facti,& quod vo
luit Alex.in conſi. lij.incipiẽ.
viſa facti &c. in fin. verbis. in
ij. volumi. Et faciunt quæ vo-
luit Pau. de Caſtr.in proœmio
C.in j.col. vbi refert ita con-
ſuluiſſe,& idem tenet ipſe in l.
fi.per illum tex.C.de compen
ſa.& in conſi. lxxiij.incip. ꝙ
in cauſa appe.poſsit &c.& idẽ
tenet Ludo.Ro.in l.prætor.in
prin.ff.de ope.no.nun.& Ioan.
Ba.de ſancto Seuerino in repe
tit. d.l. admonendi. in xxiiij.
charta.in ij.colum.& Franciſ.
de Areti.in conſi.cj. incipien.
In cauſa Georgij. & voluit Ia.
ſo. in l. ſi cauſa cognita. C.de
tranſactio. vbi in j. colum.etiã
dicit notab. verbum , videli-
cet, quod ſi ſtatutum cogit par
tes aliquo caſu ad faciendum
51 compromiſſum † ſi tale com-
promiſſum non eſt petitum in
cauſa principali , non poterit
etiam peti in cauſa appellatiõ-
nis & ita dicit tenuiſſe Paul.
de Caſtr. in d. conſilio lxxiij.
incipien. quod in cauſa appel-
lationis. & eum ſequitur Ale-
xan.in conſil. lxxxij.incip. In
cauſa vertente inter Petrum.
in iiij.colum.in j.volumi.& in
conſil.ccxcvj. ſecundum ordi-
nem meum,quod incipit, vide-
tur prima conſideratione dicẽ-
dum &c.in iiij.col.in fi.& vi-
de etiam circa prædictam ma-
teriam Bertha.in reper. ſuo.in
verbo, compromiſſum per ſta-
tutum.vbi plura adducit.& vi
de Iaſ.in repe. l.admonendi.in
cxxiiij.col.de iureiu. quæ om-
nia ſunt not. cum ſint multum
quotidiana. Vltra prædicta in
hac materia adde etiam Alex.
in conſil. ccxcvj.in iij. col. in
prin. vbi dixit , ꝙ ſi poſt con-
cluſum in cauſa facta ad inſtã-
tiam actoris admittuntur arti-
52 culi rei, † ꝙ tunc tacite vide-
tur reuocata concluſio in cau-
ſa antea facta. ar. l.illud.ff.de
acquir. hęre.& c.de multa. de
præben. ad quod alleg. Domi-
nos de Rota. Quod dicit eſſe
verum, ſi iudex cauſæ ſciebat
concluſum fore in cauſa. alle.
clemen.j.de procu. & inſti.qui
dari tu. poſ. in verſ.plane.Se-
cus autẽ dicit eſſe ſi neſciebat,
de quo ibi latius per eum. Vlti
mo antequã veniam ad ſequen
tem quæſtionem quæro de not.
dubio,videlicet,duo litigarunt
adinuicem, & elapſo termino
probatorio actor dicit:domine
iudex dico ꝙ proceſſus iſte eſt
nullus ex parte rei, & debetis
omnino proferre ſententiã in
fauorem meum: quia ipſe reus
eſt filiusfa. qui non potuit ſtare
in iudicio ſine conſenſu patris.
l.nõ ſolũ.§.neceſsitatem. C.de
bo. quę libe.ipſe autem reus re
ſpondet,ꝙ non eſt filiusfa. quia
iam diu pater ſuus mortuus eſt,
replicat actor,& dicit,ꝙ præ-
ſumptio eſt pro eo ꝙ pater ſuus
viuat , eo quia quilibet præſu-
mitur viuere centum annis: vt
habetur per gloſſ.in l.ſed ſi de
ſua.ff.de acqui. hæredi.& pro-
bat tex.in l.fi.C.de ſacroſanc.
eccleſ. Reus autem dicit ꝙ pro
babit hoc , ꝙ pater ſuus mor-

tuus eſt iã diu . Replicat actor et dicit, ꝙ hoc probare non poteſt: cum ſit extra tempus pro-
53 batorium: † an hoc caſu reus debeat ſuccumbere? vel pone exemplum contra, quod reus prędicta opponat actori, an tũc ſuccumbet. In hac q. Ange. in d. l. ſed ſi de ſua. dicit, ꝙ actor opponens talliter cõtra reum, obtinebit: cum præſumptio ſit pro eo. per d. l. fin. C. de ſacroſan. eccle. nec reus poſſet contrarium probare cum ſit extra tempus probatorium. quod dicit eſſe not. ad annullandũ proceſſum. & hanc doctrinam & cautelam Ange. refert & ſequitur Imo. in d. l. ſed ſi de ſua. & eam etiam ſequi videtur Cep. in caute. ſua. cxix. incip. q̃s in dubio præſumitur filiusfamil. &c. Sed hãc cautelam videtur impugnare Specu. in ti. de acto re. in xxiiii. col. in verſicu. ſed quid ſi præſente parte. & in verſic. ibi ſeq. de quo etiam vide per Pau. de Caſtr. in d. l. ſed ſi de ſua §. ff. in fi. vbi etiã hãc caute. reprobat: ſed quis verius dixerit, non examino: quia vt de ſe patet iſta non eſt materia noſtra, & requireret longam diſputationem. Sed vide aliquid in materia p Alex. in conſil. lix. incip. viſo &c. in j. & ij. col. in ij. volu. & Ludo. Roma. in ſingu. cccxviij. incipien. tu ſai. & per Bart. in l. is poteſt. in v. col. in verſi. expeditis his venias ad quęſtiones. ff. de acqui. hæredi. & Ange. in l. poſt mortem. ff. de adop. & Ioã. And. in regula, infamibus. de regu. iur. in vj. in mercu. & Fede. de ſe. in conſil. xv. inci. agit quidam. & Alexan. in l. fi. circa princi. in verſi. ſecundo not. C. de colla. & Barba. in conſil. ix. incip. quia præſens conſultatio. in iiij. colum. iij. volu. & Iaſ. in d. l. fina. C. de collatio. vbi ponit not. limitationem. Et vide Bal. in conſi. lxxiiij. inci. verba libelli. in vlt. colũ. in j.
54 volu. vbi dicit, † ꝙ quando filiusfa. conuenitur ex delicto, nõ requiritur conſenſus patris, qđ eſt not. Et ex iſtis omnibus remanet expedita hæc præſens ix. quæſtio, quę multum verſatur in iudiciis. tene menti prædicta.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Sententia in cauſis criminalibus an tranſeat in rem iudicatam. Et in quibus caſibus nu. 5. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 20.*

2 *Sententia lata vigore ſtatuti contra contumacem, an tranſeat in rem iudicatam.*

3 *Sententia a peritis in arte lata nunquam in rem iudicatam tranſit. Et quid ſi fuerit lata ex doctoris conſilio. nu. 4.*

6 *Appellare a præcepto de eo capiendo infra decem dies incarceratus an poſſit.*

7 *Excipiendi ius poſt litem conteſtatam non finitur in exceptione grauaminis ſucceſſiuam cauſam habentis.*

9 *Matrimonium contractũ poſt decennium valet, licet docens*

de errore

de errore ſemper audiatur, & plex inde ſequuta eſt legitima.

13 *Pauper factus culpa ſua non iuuatur paupertate.*

19 *Pars an poſſit compelli per cẽſuram eccleſiaſticam quod parti victe faciat liberationem, et quando.*

21 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiã quæ tranſiuit in rem iudicatam an peti debeat a principe in his, quæ non tranſeunt in rem iudicatam.*

§. ORDINE ſucceſ-
ſiuo videndũ eſt
de x. quæſt. quæ
eſt, An in cau-
ſis criminalibus
1 † ſententia trã-
ſeat in rem iudi
catam? circa quam Abb. in c.
de his. in prin. extra de accu. di
cit, ꝙ doc. in clemen. paſtora-
lis. de re iudi. videntur velle ꝙ
non, ſi imminet pœna mortis,
vel alia pœna corporalis: quia
tranſitus in rem iudicatã, cau-
ſatur ex acquieſcentia condem
nati: vt in c. ꝙ ad conſultatio-
nem, de re iudica. cum ſecundũ
eum nullus ſit dominus mem-
brorum ſuorũ: vt in l. liber ho-
mo. ff. ad l. Aquil. & xxiij. qõ.
v. c. ſi non licet. & in c. contin-
git. de ſenten. excom. ergo con
demnatus in corpore, nõ poteſt
acquieſcere ſentẽtiæ. & ſubdit
ipſe Abb. ꝙ hanc opinionem
quandoq; ſequutus fuit. Sed di-
ligẽtius inueſtigata veritate pu
tat eam non procedere per tex.
nota, in l. diui, ff. de pœnis. vbi
patet, ꝙ ſententia corporis af-
flictiua non poteſt iure commu
ni retractari poſt lapſum x. die
rum, liceat appareãt probatio-
nes innocẽtię: ſed ex gratia ſpe
ciali fit reſtitutio a principe. &
dicit ꝙ in hoc ille tex. d. l. diui
fratres. eſt ſing. pro quibus facit
ſecundum eum. nam etiam vi-
demus in confeſsione vera, cu-
ius etiam ad pœnam capitalem
quis damnatur: vt in l. qui ſen-
tentiam. C. de pœnis. & not. In-
noc. in cap. qualiter & quãdo.
de accuſa. & hanc ſententiam
non poteſt reuocare, niſi aliter
hoc impetretur, pro quo facit
quod nota. in cap. cum ſpecia-
li. de app. ita reſidet Abb. cir-
ca hoc in d. ca. de his. extra de
accuſa. Sed Ioan. de Anan. ibi
dicit, ꝙ pro prima opi. Abb. ſci
licet, ꝙ ſententia in cauſis cri-
minalibus non tranſit in rẽ iu-
dicatam, videtur text. apertus
ſiue glo. in l. vnius. in. §. penul.
ff. de quæſtio. vbi litera dicit,
quocunque tempore reo poſtu-
lante defenſio negari non de-
bet. Et ſubdit Ioan. de Ana. vbi
ſupra, ꝙ hęc opi. ſaluari poteſt,
quando abſens eſſet condemna
tus in cauſa capitali ſecundum
formam ſtatuti, per ea quæ no-
tat Tanc. de Cor. in opere ſuo.
in viij. col. in iiij. quęſtio. & ad
prædicta etiam adducit tex. &
quod ibi plene habetur in l. nõ
tantum. ff. de appel. ita reſidet
Ioã. de Ana. in d. c. de his. Ego
autem dico, ꝙ longa eſt differẽ
tia, an talis ſententia ſit abſolu
toria, vel condemnatoria. nã ſi
abſolutoria, tranſit in rem iudi
catam, etiam quo ad tertiũ, qui
non poterit poſtea accuſare, ſe
cundum Abb. & Ioan. de Ana.

In d. cap. de his. ſed ſi ſit condemnatoria, eſt maius dubium. Et in quantum Abb. in d. cap. de his. dicit, ꝙ text. in d. l. diui fratres. ff. de pœnis. eſt ſingu. dico ꝙ imo eſt ſimilis tex. in. l. j. in. §. fin. ff. de quæſtio. Et inquantum Ioan. de Ana. vbi ſupra dicit, ꝙ ſententia lata vigore
2 ſtatuti contra contumacẽ † nũquam trãſit in rem iudicatam. dico ꝙ iſtud dictum pro valde not. refert & ſequitur Lud. Bolo. in conſil. xxxiiij. incip. ſoleo &c. in vlt. colum. in fi. pro quo optime faciunt quæ ego dixi in ſing. meo lxxij. incipien. per totam fere Italiam &c. Et ſcias ꝙ vltra iſtum caſum alij ſunt plures caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudi-
3 catam. Nam ſententia lata † a peritis in arte, vt puta a medicis, vel ab obſtetricibus: vt puta, an vulnus ſit mortale, vel cicatrix ſit remanſura, vel in ſimilibus, nunquam tranſit in rem iudicatam. adeo ꝙ ſi poſtea appareat dictum alterius peritioris contrarium aſſerentis, reuocabitur prima ſententia. ita dixit Ioan. Andræ. in addi. Specul. in tit. de homi. in §. primo, verſic. pone, quod A. vulnerauit B. & idem firmant Bald. Rapha. & Alexand. in l. ab hoſtibus. in §. primo. ff. ſolu. matrimo. & Ludoui. Roma. in l. cum quædam. in §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredit. & do. Anton. & Abb. in c. propoſuiſti. de proba. & bene facit text. in l. ſi qui adulteri. C. de adult. vbi abſolutoria ſentẽtia lata ex præſumptionibus, poteſt ſine appellatione retractari ex validiori præſumptione,

Et ſubdit Anto. in dict. capitul. propoſuiſti. ꝙ ſententia lata ex
4 conſilio doctoris, † poteſt ſine appellatione retractari ſi conſilium alterius doctoris peritioris in contrarium inueniatur, quod ſequitur Ludoui. Roman. in dict. §. quod dicitur. & in conſilio ccxxviij. incipien. pro plena diſcuſsione. in fin. & Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. in ij. colum. ff. ſolut. matrimo. & in l. ſi in rixa. in fin. ff. de ſica. & Ioan. de Ana. in cap. ſignificaſti. el ij. in ix. colum. de homici. vbi ſatis late examinat hunc articulum de quo etiam per doct. in l. diuus. ff. de re iudi. Item alius eſt caſus in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet, quando fertur ſententia ſuper
5 re, quæ habet † cauſam, ſeu grauamen ſucceſsiuum: vt puta ſi fertur ſententia, ꝙ quis ſtet in carceribus: nam talis ſententia non tranſit in rem iudicatã licet ab ea non fuerit appellatum infra debitum tempus, ſed ſemper poterit ab ea appellari: cum grauamen ſit ſemper in fieri, ideo ſemper oritur ius appellandi, & ſemper dicitur eſſe infra. x. dies a die grauaminis, ex quo ſucceſsiue grauatur, ita habetur in cap. ex parte. de ap. pro quo facit tex. in l. j. in. §. penult. ff. de vſufruct. accreſ. vbi quotidie dicitur conſtitui vſuſfructus propter continuam, & ſucceſsiuam potentiam concedentis. & hoc etiã voluit Bal. in l. ii. C. de epiſc. audi. in verſicu. ſecundo quæritur quidam ſtetit in carcere &c. vbi dicit, ꝙ licet aliquis non appellauerit a præcepto de eo capiendo,

vel

vel a captura ſequuta infra x.
dies, & ſteterit in carcere per
6 mẽſem & vltra, † ꝙ poterit ta
men appellare. & idem vide-
tur eſſe de mente Specu. in tit.
de ap.§.reſtat. verſicu. & nota
&c.in vlti. colum. & idem vo-
lunt docto. in d.ca.ex parte.de
app.& Iaſ.in l.exigendi.in iij.
colũ. C.de procu.Et facit quod
voluit Ioan. And.& Imol.in d.
cap. dilectus.& in c.cum vene-
rabilis.de excep.vbi dixerũt,
7 ꝙ vbi exceptio † grauaminis
habet cauſam ſucceſsiuam, &
non momentaneam, tunc non
finitur ius excipiẽdi per litem
cõteſtatam, imo poterit etiam
poſt litem conteſta. excipien.
Et faciunt etiam dicta per doc.
in cap. ſuper eodem de appell.
Alius eſt etiam caſus, in quo
ſententia nõ tranſit in rem iu-
dicatam videlicet, in ſententia
8 lata † in cauſa matrimoniali.
ita tenent doct. in cap. lator.de
re iudi.& in ca.conſanguinei.
eo.ti.& Anto. in cap.fraterni-
tatis. in xxx.col.de teſti.& in
c.iurauit.in prin.iij. colum. de
proba. & voluit glo.in l.iij. ff.
de iureiuran.& gloſſ.in cap.ex
literis de in integ. reſt.& Pau.
de Caſt.in conſi.ccxlvj.incip.
videtur dicendum.de quo latiſ-
ſime & copioſe per Feli. in d.
ca.lator.in vj. col.& ibi etiam
in vij. col.vbi ſubdit ſecus eſſe
in matrimonio ſpirituali: quia
in eo ſententia tranſit in rem
iudicatam. ad quod alleg.text.
in ca.cum dilecti.in fi.de elect.
& glo.j.in c.j.de conceſ.præbẽ.
& Hoſt.in ſum.in tit.de re iud.
§.§. quot ſunt eius ſpecies.in v.
colum. in verſi.ſed nunquid eſt
hoc ſimpliciter verum, & Do-
mini.in c.ordinarij.§.i.in fi.de
offic.ord.in vj.& Abb.in c.cũ
Bertol. in xiij.col.verſ.ex hac
lectura habes.eo.titu. & in ca.
conquerente. in ij. colũ. de re-
ſpo.& reſpondet Fel.in d.c.la-
tor. ad ea, quæ dici poſſent in
contrarium circa hoc, de quo
ibĩ late per eum. Item dicit ẽt
ipſe Feli.in d. c.lator.in iij.col.
ꝙ illud, quod dicitur ſententiã
in cauſa matrimonij non tran-
ſire in rem iudicatam, procede
re,& locum habere, quando ta-
lis ſententia eſt lata cõtra ma-
trimonium, ſed ſecus eſt quãdo
talis ſententia eſt lata pro ma-
trimonio: quia tunc tranſit in
rem iudicatam. ita dixit Ang.
ſecundum eum in conſil. cccvj.
inci.in quæſtione ꝓpoſita mul-
tum eleganter.ad fin.& Ludo.
Roma. in conſi. ccclxvij. in j.
col. & Hoſt.in ca.ex literis.de
reſti.in integ.& gloſſ. & doct.
in d.ca. lator.de quo etiam ibĩ
latius per eum, Item dicit etiã
Feli. in d.c.lator. in iiij.col. ꝙ
licet docens de errore ſemper
audiatur in materia matrimo-
nij, tamen matrimonium con-
tractum poſt decennium valet
9 † & tenet,& proles inde ſubſe
quuta eſt legitima. allega. ad
hoc Pau.de Caſt.in conſi.264.
inci.videtur dicendum, non va
lere ſecundum matrimoniũ. de
quo latius per Feli. vbi ſupra.
Alius eſt etiã caſus, in quo ſen-
tentia non tranſit in rem iudi-
catam, videlicet, ſententia nu-
10 triens peccatũ † per partes re-
miſsibiles, ſcd͠m Ant.in c. fra-
ternitatis. in xv.colũ.extra de
teſti.& voluit gl.in c.inter mo
na.de re iudi.& And.in c.lator
eod.tit.& in c.curauit.in j.col.
de pro-

de proba. de quo etiam per Iaſ. in rep. l. admonendi. in xxiiij. colum. de iureiur. Item alius eſt caſus, in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet in ſententia lata ſuper ſtatu te, † ſi fuit lata ex aſpectu, quando in aſpectu & in ea non fuit adhibita plena cauſæ cognitio, ſecus ſi fuiſſet adhibita plena cauſæ cognitio ſecũdum Bald. in margarita ſua. in ver. ſententia. in x. qõ. quem referunt & ſequuntur Moder. in c. conſanguinei. de re iudica. Itẽ alius eſt etiam caſus, in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet, quando lata eſt ſententia contra pauperem, qui propter eius paupertatem non potuit appellare, vel proſequi appellationem nam tunc † ſententia non tranſit in rem iudicatam ſecũdum Inno. in c. ex ratione. de appella. & ibi Ang. & Abb. & Moder. & idẽ voluit Bal. in c. ſi qui teſtium. de teſti. & in l. ij. in. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. & in l. nũmis. ff. de in lit. iur. & in c. j. de eo qui mit. in poſſ. rei ſeruã. cauſa. & in l. acceptam. C. de vſur. & Bartol. in l. ſi procuratorem. in. §. ignorantes. ff. manda. & Ange. poſt Barto. in l. illud. in ſuis addi. C. de anno. & tribu. & Alexã. in apoſtil. in l. omnes eodem titu. de anno. & tribu. & Mathe. in not. ſuo vltimo & Fran. de Cre. in no. ſuo. cxxj. & Bald. in l. ſi. C. de condi. iſer. & Guil. de cu. in l. eos. C. de app. vbi dicit ſe euaſiſſe quendam a pœna furcarũ, qui propter paupertatem ſententiã luere non poterat: quem referunt Moder. in d. c. ex ratione.

Pro quibus etiam faciunt optime dicta per Alex. in l. omnes. C. de anno. & trib. & per Bal. in conſi. ccxx. inci. in quæſtione &c. in iij. volu. & in conſil. v. incipien. quæritur vtrum vi dux &c. in eod. vol. & per Bal. in l. vſufructu. circa fin. C. de vſu & habi. & in cap. j. in iiij. colum. extra vt lit. pen. & per Ang. in l. non eſt ignotum. C. de admi. tut. & per do. Fely. in c. ſi qui teſtium. in vlti. colum. de teſti. & per Alexan. in cõſi. cccxcvj. incip. circa hanc dubitationem. in xiiij. colum. circa me. et per Fely. in c. qualiter & quando. el ij. in. §. ſi. in pen. col. de accu. & per Bald. in c. j. in ſi. verbis de eo qui mit. in poſ. rei ſeruan. cauſa. & per Bald. in repet. ſuo in verbo, Paupertas. † Scito tamen ꝙ ſi paupertas aduenit alicui ex culpa ſua, ꝙ non iuuatur ex ipſa paupertate: quoniam beneficia data pauperi non competũt illi, qui ex culpa ſua peruenit ad paupertatem, ſecũdum Ioã. And. & alios in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & ibi vide quam plura in materia per Feli. in xxiiij. colum. in verſic. & inquantum. & vide etiã Ange. in materia paupertatis in l. ſi vehenda. in. §. ſi ea conditione. ff. ad l. Rho. de iactu. Itẽ alius eſt caſus. in quo ſententia non tãſit in rem iudicatam: videlicet, quãdo ille, qui habuit ſententiam contra ſe, non potuit appellare, vel appellationẽ proſequi infra † debitum tempus propter abſentiam iudicis, vel alio modo eſt impeditus facto iudicis: nam iſto caſu ſententia non tranſit in rem iudicatam.

Ita

Ita habetur in authenti. item ſi
appellatione . vbi per doct. C.
de tempo.app. & voluit glo.in
.§.hoc quoq;.in authen.vt ſpõ.
largi.& not.docto.in authen.ei
qui.C.de tempo.app.& glo. &
doc.i d.c. ex ratione.de appel.
& gloſſ. in l.arbitro.§.dolo. ff.
de dolo.& Archi.in c.anterio-
rum.ij.q.vj.Quod tamen limi-
tant doct.quando ipſe appellãs
per recurſum ad ſuperiorẽ,vel
alia via potuit ſibi prouidere ,
alias ſecus : quia tunc non de-
bebit reſtitui, imo ipſa ſenten-
tia firma remanebit cum tranſi
uerit in rem indicatam. ita di-
xit An.in cap.ex ratione in v.
qõ.de appel.& Ludo,Roma.in
l.ij. ff. de re iudica.quos refert
& ſequitur Alexan. in conſil.
cccxcvj.incip. videtur prima
conſideratione dicen.in antepe
nul.colum. Alius eſt etiã ca-
ſus,in quo ſententia non tranſit
in rem iudicatam : videlicet
15 † vbicunque per euidentiã fa-
cti conſtat de iniquitate ſenten-
tiæ . nam tunc talis ſententia
nunquam tranſit in rem iudica
tam,adeo vt non poſsit ſemper
retractari, ſecundum Innoc.&
alios in c.fraternitatis.de frig.
& malefi: & Bal.in l.j.C.ſent.
reſcin.nõ poſſ.& Alex.in cõſ.
ccccviij . incip. ſtantibus his ,
quæ ſupra narrata ſunt viij .
col. vbi plura adducit pro hoc
dicto . quæ omnia refert & ſe-
quitur Iaſ. in l.de periurio.cir
ca fin.in j. colum. ff. de in litẽ
iur. & in l.j.in vij.colum. ver.
adde ꝙ euidẽtia facti.ff.de ope.
no.nun.Pro quibus faciunt quę
ego dixi de iſta euidentia facti.
in l.j.in.§.ſi ſerui quaſi.in ij.co
lum.ff. de quæſtio, vbi late lo-
quutus ſum . Alius eſt caſus,
in quo ſententia non tranſit in
16 rem iudicatam:videlicet † qñ
eſt lata ex probationibus priui
legiatis procedentibus inuita
parte : vt eſt ſententia lata ex
iuramento neceſſario , nam ta-
lis ſentẽtia dicitur lata ex pro-
bationibus priuilegiatis parte
inuita. & hoc patet: quia in re
propria conſtituitur quis teſtis
contra regulam l. omnibus. C.
de teſti. & l. nullus. ff. eod. ti-
tu.& in l. fina. C.de fideicom.
ita dixit Iaſ. in l. admonendi.
in vj. colum . ff. de iureiuran.
Alius eſt caſus,in quo ſenten
tia non tranſit in rem iudicatã
17 videlicet, quando † pars de fa
cto,poſtquam ipſa ſententia trã
ſiuit in rem iudicatam , eſt ad-
miſſa ad probãdum,vel ad pro-
ducendum inſtrumenta, teſtes ,
vel alia , & pars non opponit :
nam tunc talia inſtrumenta, &
teſtes, vel aliæ probationes va
lebunt, & tenebunt.& ſi ex eis
apparebit de iniuſtitia ſenten-
tiæ: talis ſentẽtia reſcindetur.
ita no. dixit Iaſ.in repe. l. ad-
monendi.in prin. ix.colum.de
iureiur. vbi ad hoc alleg. Inn.
in c.cum Bertoldus.in glo. ſua
incip.nota ꝙ poſt diffinitiuam
ſententiam &c.de re iudi.& in
c. cum dilecta. & ibi expreſſe
An.& alij de reſcri.& in c.fra-
ternitatis.de frigi. & male. &
glo in c.vnico. in gl.in verbo,
retardet.circa prin.de lit.con-
teſt.lib. vj. quod dictum ſecun-
dum Iaſ.vbi ſupra commendat
Pau.de Caſ.in d.l.admonendi.
in iiij.col.& ibi Ludo. Roma.
in xij. col. & dicit ꝙ idẽ tenet
Abb.in conſi.incip.in quæſtio-
ne q̃ ad præſens vertitur inter

ciuitatem

ciuitatem &c.in iiij.colum. & quam plura ſimilia adducit Iaſo. vbi ſupra ad corroborationem d.doctrinæ.pro qua etiam optime faciunt plura quæ ego adduxi ſupra in §.ſequitur nume.9. cum pluribus verſic. ibi ſeq.& quæ dixi in l. ſi quis ne quæſtio. in xx. colū.cum ſeq. ibi.ff.de quæſtio. Adde vlterius alium caſum,in quo ſententia non tranſit in rem iudi. videlicet, vbicunque pars, pro qua lata eſt talis ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam con fiteretur talem ſententiam eſſe
18 † iniquam vel iniuſtam , nam talis ſua confeſsio facit,vt nedum talis ſententia poſsit quandocunque retractari ; ſed imo non poteſt , nec debet amplius executioni mandari. Ita ſingul.dixit Inn.in c.quia plerique de immuni.eccle.quem ſequitur Ludo.Roma.in l.admonendi.in xij.col.de iureiur. & Anto.in c. is qui fidem . in iij. col.de ſponſa.& in c.fi.in xij. col.de ſucceſ.ab inteſt.& in c. quanto. de præſum. & in c.ab excommunicato. & in c.cum dilecta.de reſcri.& in c.in præſentia.de renun. & alij plures doct. referunt & ſequuntur illud dictum Inno.in diuerſis locis quos refert & ſequitur Iaſ. in d.l.admonēdi.in xxiij.col. ff.de iureiur. vbi no.loquitur. Et ibi ſubdit , ꝙ ſi pars , pro qua lata eſt ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam confiteatur talem ſententiam eſſe iniquam vel iniuſtam,nedum poteſt quandocunque retractari, ſed imo talis pars poteſt cogi
19 et † compelli per cenſuram eccleſiaſticam, & ſic per epiſcopum,ꝙ parti victæ faciat liberationem,& ei imponat perpetuum ſilentium.ita dixit Bald. in l.ſi quis inſtituatur. in §.ſi ſub conditione. in fi.ff.de hære.inſti.in fin.& dicit Iaſ.vbi ſupra ꝙ idem dixit Bal. in authen.ad hæc. C.de vſur.in pe. col. in verſi. item dubitatur in eo,qui eſt inique abſolutus.&c. vbi inter cætera allega.Inno. in d. c. quia plerique. & dicit etiam Iaſ. ꝙ idem tenet Io. de Imol.in d.§. ſi ſub conditione. in fin.quod eſt diligenter no.

Alio etiam caſu ſententia nō tranſit in rem iudicatam , vi-
20 delicet, † quando ipſa ſententia eſt lata ex præſumptionibus tex.eſt no.in l.ſi qui adulteri.C.de adulte.qui tex.ſecundum Bar.& alios ibi eſt ſingu. ita dicit Iaſ.in repe.l.admonēdi.in xxiij.col. ff. de iureiur. vbi ſubdit, ꝙ Ludo.Ro.ibi dicit,ꝙ ille tex. eſt ſimilis text. d.l.ſi qui adulteri,de quo latius per Iaſ.in loco prætalleg.Item aliquos alios caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam ponit Iaſ.in repe.d.l. admonendi.in xxij.col.in fin. quem vide. & alios etiam ponit An.in c.cum Bertoldus.de re iudi. Alij etiam plures caſus ponuntur a ſcribentibus in titu.quando ap.non eſt neceſſe. & in titu.quorum ap.non reci. Alium caſum vide etiam in l. ſi prætor.in §.marcellus. ff.de iudi. Alium etiam caſum vide in c.licet cauſam. de proba.& in c.cum venerabilis.de exce. & in l.diuus.ff.de re iudi.& in c. ex iuarum. de purga. cano. Alium caſum vide in l.fin.C.ſi ex fal.inſtru.Et iſti ſunt caſus, qui

qui præſentialiter mihi occurrunt, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, quos tene menti: quia forte alibi cos ita ſimul adductos nõ inuenies. Et ſcias etiam circa hanc materiam dictorum caſuum, ꝙ licet alias reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatã non petatur niſi a principe, ſecũdum Io.
21 An. †in c. ex literis. de in integ. reſti. tamen ſecus eſt in his, quæ non tranſeunt in rẽ iudicatã ita dixit Do. de ſanct. Ge. in c. venerabilis. in §. porro. in j. col. de ſenten. excomm. in vj. quẽ refert & ſequitur Felyn. in c. lator. in vj. col. in ver. j. ꝙ licet &c. de re iud. Et in materia dictorum caſuum, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatã vide quæ dixi late in repe. mea. l. fina. C. de proba. in xviij. q. extraordinaria, vbi ẽt aliqua alia adduxi.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in cauſa criminali condemnatur in expẽſis.*
2 *Accuſator quando veniat in expenſis condemnandus. Et quid in inſtigatore. 4.*
3 *Accuſans propter neceſſitatem officii excuſatur a pœna calumniæ.*
5 *Inquiſitor qui inique proceſſit an teneatur ad expenſas.*
6 *Denũtiator inquiſito abſoluto, an in expẽſis condemnandus. Et quid de pœna calumniæ. 7.*
8 *Iudex dolo, culpa, vel negligẽtia iniuſte vexans an teneatur ad ſumptus. Et quid ſi male inquirat, an ad intereſſe partis teneatur. 9.*
10 *Arbiter male arbitrans, an in expenſis comdẽnandus. Et quid in arbitratore. 11.*
12 *Notarius officium ſuum male exercens, an teneatur ad expenſas in lite factas.*
13 *Iuramento partis probato dolo notarii de intereſſe ſtandũ.*
14 *Notarii ſimplicitas parti nocere non debet.*
15 *Teſtis inique teſtificans qualiter puniendus.*
16 *Nuntii malas relationes faciẽtes puniendi.*
17 *Conſultus malum conſilium ꝑ imperitiam præbens, an teneatur, conſultore in cauſa ſuccumbente. Et quid de iudice per illud conſilium iudicante. 18.*
19 *Executor ſentẽtiæ an teneatur ad ſumptus ſi male exequatur.*
20 *Expenſarum condemnatio quãdo facienda.*
21 *Appellare an poſſit ille, pro quo lata eſt ſententia, propterea quod expenſarum condemnatio eſt omiſſa. Et quid ſi non fuerunt petitæ. 22.*
23 *Iudex in ſententia taxationẽ expenſarum reſeruans, ſi ſemel taxauit, an poſſit taxationem reuocare.*

Z SVPEREST

§. SVPERBST mo
do. xj. quæſtio
multum quoti.
diana, niſi fal-
lor, quæ eſt, An
in cauſis crimi
nalibus victus victori condem
netur in expenſis? in quo dicas
prout alias ego dixi in l. patre
vel marito.in iij.colū.in verſi.
ſed poſſet quæri.ff. de quæſtio.
vbi hanc quęſtionem ſatis late
poſiti, & ibi dicta in parte refe-
ram: aliqua addendo quæ ibi
non dixi. Dico igitur prout ibi
1 dixi, ꝙ in cauſa criminali † vi-
ctus victori condemnatur in
expenſis.tex.eſt ſecundum vnā
lecturam in l.fin.C. de fruc.&
lit.expen. & hoc etiam voluit
glo.in c.finē litibus. de do. &
contu. Et hanc partem firmat
Bart.in l.j.in ſi.prin.ff.ad Tur
pil.& Bar.in l. ſi poſtulauerit.
in prin.& in.§.fina.ff. de adul.
vbi dicit pro hac parte eſſe ca-
ſum in d.l.fin.C.de fruct.& lit.
expen.& idem etiā firmat An-
gel.de Aret.in.§.hæc autē om-
nia.in vlt.colum.inſtitu.de pœ
na te. liti. & Specu. in titu. de
expenſis.in.§.ſi.verſi. ex præ-
miſsis. ibi, ſi vero ſit crimina-
lis.& Abb. poſt alios. in d. c.
finem litibus.in x.col. in ver.
venio nunc &c. & Bald. in l.
non ignorat.C. de fruc. & lit.
expen.& Bald.in l. qui crimē.
C.qui accuſ. non poſ. licet ibi
non firmet hoc. & volunt Ca-
no.in cap.calumniam.extra de
pœ.& hæc eſt communis opi.
a qua non eſt recedendum: quā
etiam approbat Bart.in d.l.nō
ignorat.& ibi.Sal.& Bar.in d.
l.ſi.C.de fruc.& lit. expen. &
hanc partē ēt tenuit Ang.in re
Octauo alia ratione moueor ad dicendū, ꝙ non obſtante dicto ſtatuto dicēte, nulla excep. vel defenſione audita vel admiſſa &c. tamē ipſe bānitus ſit audiendus, ſi vult facere ſuas exceptiones, vel defenſiones. Nā dico ꝙ licet ſtatutū dicat, ꝙ contumax habeatur pro conſeſſo: tamen ſi bannitus per contumaciam fuerit captus per Poteſtatem, & tunc opponat exceptionē, quæ ſi fuiſſet, oppoſita a principio ante bannum, ipſe bannitus non fuiſſet cōpulſus iudicium ſuſcipere, ꝙ eſt audiendus: & tunc iudex declarabit
27 † iudiciū, & bannū eſſe nullū. ita ſing. dixit Bar. in l. non vr. quæ eſt l. iij. ī ſi. ff. de iudi. quod dictū refert & ſequitur do. Nellus in tracta. ſuo bannitorū. in ij. parte primi tēporis. in ij. q. in ſi. Pro quo dicto ēt faciūt dicta per d. Alex. in d. l. iij. ff. de iudi. & per Pau. de Caſt. in cōſi. ſuo. xxxiij. inci. ſuper primo quæſito. in ij. colum. vbi dixit,
28 † ꝙ ſi poſt terminū banni comparet bannitus, & negat ſe feciſſe delictū, ꝙ videbatur tacite confeſſus ex contumacia ex forma ſtatuti, ꝙ ipſe eſt audiendus, allegat ꝗ plura, de quibus ibi per eum. de quo latius dixi in ſingu. meo. lxxij. incip. per totam fere Italiam &c. ita po-

to dicendum in caſu noſtro, ꝙ ſi iſte bannitus in contumaciã, nunc captus & carceratus opponat exceptionem,quam ſi in principio oppoſuiſſet ſi compa ruiſſet,non fuiſſet compulſus ſuſcipere iudicium , quod debet audiri:& iudex debet declarare iudicium & bãnum eſſe nullum per prædicta . Nono ad confirmationem prædictorũ facit optime ſententia gloſ. ordi. in l. tale pactum.in.§.fin.ff. de pac.cum ſua materia.de qua dixi late in l. ſi quis viduam. in iij.col.ff.de quæſtio. Nam præſumendum & coniecturandum eſt,ꝙ ſi ſtatuentes, qui fecerunt illud ſtatutum & dixerunt,nulla ſexceptione vel defenſione audita nec admiſſa &c. ſi fuiſſent interrogati : ſed ponamus domini ſtatuentes , ꝙ bannitus in contumaciam eſt captus, & ſtatim vult oſtendere ſuam innocentiam,vultis ne, ꝙ tũc nõ audiatur?certe nemini dubium eſt,ꝙ dixiſſent ſe velle ꝙ audiretur:& ſi diceremus cõtrariũ, certe ſequeretur,ꝙ tale ſtatutũ eſſet iniquum,& tanquam continens iniquitatem nõ valeret. per tex.in c.erit autẽ lex. iiij. diſtin. Decimo pro hac parte ꝙ nõ obſtante dicto ſtatuto ipſe;bannitus admittatur ad faciendas ſuas defenſiones,facit. Nam ſcelus eſt punire innocentẽ, & melius eſt nocentem abſoluere, ꝙ̃ innocentem condẽnare.l.abſentem.ff. de pœn. & habetur in l. ſancimus.C.eod. titu. & rigor & æquitas expoſcunt , ꝙ innocens non puniatur aliqua pœna, & maxime pœna vltimi ſupplicij,vel alia pœna, in qua tractetur de præiudicio irreparabili,et vbi ęquitas aliquid expoſcit : tunc iudex obſtante vel reſiſtente lege vel ſtatuto habet latas habenas, & poteſt in cauſis ciuilibus indemnitati reorũ, & oppreſſorũ prouidere:ergo a fortiori in criminalibus . authen. multo magis.C.de ſac.ſan.eccle.& l.cum ipſe.C. de contrahen.emptio.cum ſi.Et ꝙ poſsit indemnitati reorum prouidere in cauſis ciuilibus , & a fortiori in criminalibus, patet ex his,quæ ſatis late dixi ſupra in §.ſequens quęſtio.in nume.32. & 33 . cum pluribus numeris ibi ſequentibus, vbi videas.& vltra vbi dicta faciunt dicta per Bald. in rub. extra de conſti. in ij.colum.vbi dixit, quod
29 † conſtitutiones laicorũ ſunt ſeruandæ in foro ſpirituali , ſi continẽnt naturalem æquitatẽ. allegat Inno. in cap. quia plerique. de immu.eccle. & Ioã. And.in c.j.de ope. noui nunc. in nouel. Modo in caſu noſtro, cõcurrit maxima æquitas, quę eſt,vt quis non perdat vitam,ſi habet aliquam veram & legitimam defenſionem : ergo iudex debet talem defenſionem admittere , non obſtante dicto ſtatuto.Et ſic ex iſtis omnibus rationibus,& fundamentis apparet, ꝙ dictus bannitus poteſt facere exceptiones & defenſiones ſuas, non obſtante dicto ſtatuto dicente , ꝙ capto reo bannito intra tres dies exequatur bannum,nulla eius exceptione nec defenſione audita nec admiſſa , vt in dicto ſtatuto dicitur . Et hanc partem firmauit etiam domi. Bonifacius de Vitalinis in tracta. ſuo maleficiorum

ciorum.ſub rubri.de forma accuſæ porrectæ per ſyndicum.in xx. colum. in verſic.ſed quid, M. accuſatus &c. Stante ergo hac opinione firmata a pluribus ex pluribus iuribus & doctrinis, operæ pretium eſt reſpondere aliquibus obiectionibus, quæ fieri poſſent contra prædictas rationes, & fundamenta:ideo ad illa condeſcendo. Et dico quod non obſtat, ſi per curiam diceretur contra primum fundamentum de exceptione inualida & friuola, quæ intelligitur reiecta:nõ autem de valida & iuridica. Nã poſſet dicere curia. nobis non conſtat, ꝙ iſtæ exceptiones ſeu defenſiones fiendæ ab iſto bannito ſint validæ & non friuolæ: ergo non tenemur eas admittere obſtante prædicto ſtatuto.Quia reſpondeo ꝙ imo cõſtat ipſi curię:Nam friuola ſeu
30 nulla dicuntur illa, † quæ probata non releuant, & non ſunt in conſideratione argu. l.iiij.§. condemnatum.ff. de re iudi. & l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogãtur. cum ſimi.& habetur in l. actor.& in l. ad probationẽ.C. de proba. Sed exceptiones innocentiæ, & aliorum ſupradictorum fundamentorum,ſunt talia, quæ probant, & ſecũ portant victoriam . patet in iuribus allegatis in dictis fundamẽtis: ergo non poſſunt dici friuola & inualida,ſed valida & iuridica. Non obſtat etiam ſi diceretur per Curiam, ꝙ in caſu noſtro non eſt audiendus dictus bannitus modo aliquo; eo quia ſtatutum prædictum ſupra pluries allegatum auferret ipſi bannito omne remedium, & omnem defenſionem vt patet ex dictis verbis videlicet, nulla exceptione vel defenſione audita , nec admiſſa &c. Et quando ſtatutum tollit omnem
31 † defenſionem, non ſolum tollit friuolas, ſed etiam legitimas, ſecundum Bartol. in l. j. in.§.parui in ij. colum.verſicu.ſtatutum. ff. quod vi aut clam. Quia reſpondeo pluribus modis : & primo reſpondeo prout dixi ſupra, quod ſtatutum tollens omnem defenſionem non valet : cum defenſio ſit de iure naturali,quæ tolli non poteſt per principem ſeu ſuperiorem, vt dixi late ſupra in.§. quoniam. nume. 76. 77. & 78. Item reſpondeo & aliter videlicet, quod caſu, quo ſtatutum tollens defenſionem valeret,attamen intelligitur ſolum tollere defenſiones requirentes longam diſputationem, & altiorem indaginem: non autem intellige-
32 retur tollere † defenſiones claras, ſuccinctas & promptas. & intelligitur tantum tollere defenſiones, ſeu exceptiones dilatorias, non autem peremptorias, quod probo per argumen
33 tũ ab abſurdo. † quod eſt validũ in iure:vt habetur in l. nam abſurdum.ff.de bo. lib. & voluit Bald. in l.conuenticulam. in iij.colũ.C.de epiſco. & cle. Sed ſi intelligeremus, ꝙ ſtatutum tollẽs omnes defenſiones, tolleret claras promptas & peremptorias, ſequerentur plura abſurda & inconuenientia.Nã ſequeretur quod ſi bannitus haberet ſaluum conductum , & cum eo veniret ad ciuitatem, a qua eſt bannitus , quod debe-

ret decapitari, non obſtante ſaluo conductu: quia ſi eſſet captus & conſignatus Poteſtati ex forma ſtatuti intra tres dies deberet decapitari, nec poſſet ſe iuuare ex ſaluo conductu: quia quando vellet ſaluum cõductum producere, & illum oſtendere Poteſtati & Curiæ, poſſet ſibi obijci ſtatutum ſupradictum, volens, quod nulla exceptio vel defenſio ipſi bannito audiatur, vel admittatur: ſed ſi nulla exceptio nec defenſio eſt audienda, nec admittenda: ergo etiam exceptio ſeu defenſio ſalui conductus non eſſet admittenda: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. cũ præ. tor. ff. de iudi. cum vulg. & ſic ipſe bannitus reperiret ſe deceptum ſub fide & clipeo ſuperioris, qui fecit ſibi ſaluum cõductum: quod eſſet nedum abſurdum, ſed etiam abſurdiſsimum, & iniquiſsimum, contra deum, iuſtitiam, æquitatem & rigorem, & contra honorem ſuperioris. ar. l. j. ff. de conſtitu. pecu. ibi graue eſt fidem fallere. & facit. l. j. ff. de pac. & l. iuriſgentium. §. prætor ait. eod. titu. & l. j. ff. ſi menſ. fal. mo. di. & epiſtola, inter claras, C. de ſumma tri. & ſi. catho. Item ſequeretur etiam aliud inconueniens, & abſurdum videlicet, quod ſi aliquis eſſet bannitus ab hac ciuitate Bononiæ ſub pœna capitis, & talis bannitus eſſet puta Florentiæ Ferrariæ, Mediolani, vel alibi, in loco non ſuppoſito iuriſdictioni Bononiæ: & fuiſſet in aliquo loco non ſuppoſito iuriſdictioni Bon. captus & per vim ductus hic Bononiæ, & præſentatus Poteſtati, quod deberet eum decapitare, non obſtante quod per vim fuiſſe ductus Bononiam ſi non deberet audiri obſtante prædicto ſtatuto prohibente omnem exceptionem, & defenſionem bannito, quod eſſet iniquiſsimum, & plus quã abſurdum, & eſſet contra ius & iuſtitiam: quia talis bannitus exiſtens extra iuriſdictionem Bononiæ, ſi eſt captus extra iuriſdictionem & diſtrictũ Bononiæ, & per vim ductus

34 † hic Bononiæ, nõ debet puniri, nec poteſt contra eum exequi bannum, ſed debet relaxari, vt poſsit reuerti, vbi erat, vel alibi extra iuriſdictionem Bononiæ. ita dixit Bald. in authen. item nulla communitas. C. de epi. & cle. in fin. & Bal. ſuper ſtatu. in verbo, bannitus in verſi. & Iaco. But. in addi. ſuis ad tract. Gandi. ſuper maleficijs. ſub rubr. de banni. pro maleficio. in v. colum. & do. Nel. in tract. bannitorum in ij. parte. ij. tempo. in quæſt. xxx. & voluit Iaſ. in l. ſi. poſt princ. ff. de iur. omni. iudi. pro quo faciunt plura & plura in propoſito, quæ alias ſimul reduxi in l. j. in princ. in ij. fallen. ff. de ſica. & in l. j. C. eo. Reſultaret etiam aliud inconueniens & abſurdum. Nam ſi bannitus occideret alium bannitum, & eſſet poſtea captus a Poteſtate, & vigore ſui banni Poteſtas vellet facere ipſum mori intra triduũ ſcdm formam pdicti ſtatuti, ꝙ ipſe bannitus volens facere ſuam defenſionem, & docere, ꝙ ipſe per occiſionem illius alterius banniti conſecutus fuit remiſsionem, et liberationem

tionem ſui banni ex forma ſtatuti, non poſſet: quia pari modo Curia poſſet ſibi dicere: tu non potes facere aliquam defenſionem: quia ſtatutum tollit tibi omnem defenſionem, & ſic poſſet facere eum mori. & hoc modo ipſe bãnitus periret ſub clipeo alterius ſtatuti, quod eſt inſanum dicere vel opinari. Et poſſent poni plura alia exempla, vt in bannito capto in eccleſia, & in ſimilibus, quæ non refero breuitatis cauſa. Ex quibus conſtat, ꝙ licet ſtatutũ tollat omnem defenſionem bannito, tollit ſolummodo friuolas, fruſtratorias, cauillosas, ſeu calumnioſas, & dilatorias: nõ autem ſibi tollit defenſiones legitimas, validas & perẽptorias: maxime illas, quas in prõptu ſecum habet ipſe bannitus. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum: & abſurda, de quibus ſupra. & eſſet proprie iudaice interpretari ſtatuta, quæ ciuiliter & rationabiliter ſunt intelligenda & interpretanda,
35 & nõ iudaice, † ſecundum gl. in l. dãni. in §. ſi is. ff. de dam. infec. quam refert & approbat Bal. in l. quicunque. in antepe. col. C. de ſeruis fugi. & in l. oẽs populi. in xiiij. col. ff. de iuſti. & iure. & do. Alex. in conſil. ſuo cxliiij. incipiẽ. poſt redditum. in ij. col. ad quod dicit bene facere text. in l. cum autem. in §. excipitur. in verſi. capitale autem. ff. de ædi. edic. & faciunt etiam dicta per Alex. in conſi. lxxxiij. incip. viſa facti narratione. in ij. col. in ij. vo-
36 lumi. vbi ſubdit, † ꝙ omnis intellectus abſurdus fugiendus eſt in legibus, & ſtatutis. per l. ſcire oportet. in. §. aliud. ff. de excuſ. tuto. & in l. in ambigua. ff. de legi. & per l. nam abſurdum. ff. de bonis lib. & quod ẽt voluit Bar. in l. omnes populi. in vj. q. princip. in verſi. iuxta præmiſſa quæro &c. ff. de iuſti. & iur. & in l. non dubium. C. de legi. & voluit Ludo. Rom. in conſil. ſuo cccclxxxv. incipiẽ. in caſu propoſito. & Alexan. in conſi. ſuo cccxxv. incipien. ſuper eo de quo quæritur. in iij. col. Pro quo faciunt dicta a beato Hieronymo relata a Petro de Anchara. in conſil. ſuo cclxxxiiij. incip. in auxilium veritatis. in pen. colũ. vbi dicit, quod veritas non conſiſtit in verbis ſcriptu rarum, ſed in eorum ſententiis: non in ſuperficie, ſed in medulle: non in folijs, ſed in radice rationis: vt habetur in c. marchion & baſilides. j. q̃. j. & in l. ſcire leges. ff. de legi. & voluit Cyn. in l. j. C. quæ ſit longa conſue. & faciunt alia plura quæ dixi in l. ſi quis viduam. in iiij. col. ff. de quæſtio. & dicta per Soci. in cõſi. ſuo xxxv. inci. circa prædictam. in ij. colum. verſic. ſanus. & per Abb. in conſil. ſuo. lxxv. incipien. primo eſt videndum. in iij. colum. Ex quibus omnibus ample patet dictam oppoſitionem non obſtare. Nec obſtat, etiã ſi contra ſuperius dicta opponeretur & diceretur, ꝙ licet ſtatutum tollens omnes exceptiones, non tollat exceptiones prouenientes ex alio ſtatuto: hoc non opitulatur ipſi bannito: quia hoc debet intelligi de exceptione probata ſeu manifeſta alterius ſtatuti. ſecus au-

tem ſi exceptio, ſeu defenſio proueniens ex capite alterius ſtatuti non ſit notoria vel probata: quia bannitus tunc non poterit admitti ad illam probandam, tunc & eo tempore, quo eſt captus & carceratus obſtante prædicto ſtatuto.

Quia reſpondeo, ꝙ licet nõ ſit probata exceptio proueniẽs ex capite alterius ſtatuti, attamen ipſe bannitus habet intentum in hoc quod oſtendo. Nam poſtquam ſtatutum tollens omnes exceptiones, et defenſiones nõ tollit exceptionem ex alio ſtatuto, vt dixi, ſed ſi ipſam non tollit, ergo ipſam exceptionem prouenientem ex alio ſtatuto admittit & concedit, vt de ſe patet: & etiam patet, quia contrariorum eadem eſt cenſura: vt iuribus vulgari. Si ergo eam admittit & concedit, ergo omnia alia admittit & concedit per quæ deuenitur ad illud

87 † l. oratio. ff. de ſponſa. c. cum quid vna via. de regulis iuris. in vj. l. ij. ff. de iuriſdictione omn. iudi. l. ſi venditor. ff. de religio. & ſum. fu. l. vxori. ff. de auro & argento lega. de quo late per Old. in conſil. ſuo xj. incipien. thema tale eſt. & per eundem in conſilio xxvij. incipien. thema tale eſt, vacante &c. & per d. Felin. in c. cauſam quæ. in j. & ij. col. de re iudic. & in c. quam ſit. de iudæis, circa princ. & faciunt quæ late dixi in ſingul. meo. clxxv. incip. conceſſo vno. & in ſingu. meo xvij. incipien. acceſſorium &c. Ita ergo eſt dicendũ in caſu iſto: videlicet, ꝙ poſtꝙ admittitur & conceditur a iure exceptio proueniẽs ex alio ſtatuto: vt ſupra, dixi. etiam intelliguntur conceſſa & admiſſa omnia, per quæ deuenitur ad illas exceptiones & defenſiones. Et iſta reſponſio tollit etiam aliqua alia obiecta, quæ fieri etiam poſſent contra aliquas alias oppoſitiones ad ſupradicta. Nec obſtat etiam ſi diceretur, quod imo ſi aliqua defenſio, ſeu exceptio innocentię, vel alterius rei competeret ipſi bannito, quod tamen illa vti non poſſet: eo quia illam ſeu illas non oppoſuit tempore, quo contra eum procedebatur ad bannum, quo caſu ſuccedit illud: videlicet, quod quando aliquod ius, ſeu priuilegiũ, ſeu exceptio alicui competit: & ille talis debito tempore illam non opponit: videtur ei renunciare: adeo ꝙ valet proceſſus, qui non valuiſſet, ſi illud oppoſuiſſet. Exemplum poteſt poni in procuratore comparẽte in cauſa criminali, qui in tali cauſa non poteſt interuenire: vt in l. penulti. in §. ad crimen. ff. de public. iudic. cum ſimili. tamen ſi interuenit, & nõ fuit oppoſitum per partem, vel per Curiam, valebit iudicium. vt dixi late. ſupra, in §. ſequitur. nu. 8. & in l. ſi quis ne quæſtio. in xx. col. ff. de quæſtio.

Quia reſpondeo ꝙ hoc non habet obſtare in caſu noſtro dicto bannito: eo quia ipſe bannitus fuit bannitus in contumaciam: & ſic ſibi non licuit aliquid opponere, dicere, allegare, vel deducere: quia contumax neſcit quid contra eũ agatur: & talis non potuit mittere procuratorem, cũ in cauſa criminali non poſsit interuenire

procu-

pcuratot, vt dictū eſt: iura autem ſuperius allegata vendicant ſibi locum in illo, qui non eſt contumax, ſed in illo, qui comparet & poteſt allegare, dicere, oſtendere, & deducere iura ſua, & exceptiones & defenſiones ſuas facere. Nec obſtat etiam ſi dicatur, ꝙ ipſe bannitus non eſt audiendus circa aliquam defenſionē, vel exceptionem faciendam: quia ſi audiretur & admitteretur, ſui teſtes et ſua iura, poſſet forte ſequi ex apicibus iuris ſententia abſolutoria in fauorem ipſius banniti quo caſu ſequeretur maximum inconueniens: videlicet, ꝙ delictum, propter quod ipſe bannitus fuit bannitus, remaneret impunitum contra voluntatem & mentem ſtatuentium, & contra diſpoſitionem iuris ciuilis & canonici: ꝙ eſſe nō debet. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. cum ſimilibus. ergo non debet admitti. Quia reſpō deo verum eſſe quocunque iure ſtatutario, ciuili, & canonico, & diuino delicta non debere remanere impunita: attamē dico ꝙ propter hoc non ſequitur, ꝙ innocens ſit puniendus: vt delicta non remaneant impunita. arg. c. ex tenore. de foro compet. & c. nuper. de donat. ante nupt. Item dico ꝙ delicta non debent remanere impunita, eſt verum hoc: attamen pœna debet tenere ſuos autores, & non innocentes. iuxta l. ſancimus. C. de pœnis. & cap. quæſiuit. de his quæ fiunt a ma. parte capi. & cap. ij. & vtrobique per gloſ. & doct. de conſti. imo ſi aliqua lex, uel ſtatutum diceret contrarium, eſſet iniquum & non eſſet ſeruan-

38 dum, † ſecundum do. Cardinal. in conſil. xliiij. incipiens, ꝓ domino Chriſtophoro: imo deterius eſſet, vt delicta non remanerent impunita, punire innocentem pro nocente, quā relinquere delicta impunita: vt in l. abſentem. ff. de pœnis. Et iſte bannitus, de quo in caſu noſtro dicitur innocēs, ex quo habet iuſtas defenſiones, quo-

39 niam innocenti † par eſt, qui habet iuſtas defenſiones, ſecundum Bald. in l. ij. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filio. in §. hi autem. ff. de iniuſto teſtamēto. vbi allegat bonum text. in l. Iulia. in fin. ff. ad legem Iuliā repet. & idem dixit Bald. in reperto. ſuo: in verbo, iudex. in iij. col. verſicu. iudex faciens executionem &c. & in d. l. aductos. in j. col. C. de epiſco. audien. de quo etiam dixi ſupra, in §. opportune. nume. 27. Nec etiam obſtat illud: videlicet, quod eſſet peſſimum exemplū in populo: niſi ipſe bannitus occideretur. Quia reſpondeo, quod peius eſſet exemplum in populo, ſi ipſe bannitus innocens occideretur, proprie eſſet ponere populum in maxima anxietate, perplexitate ac timore: conſiderando ꝙ innocētia non iuuat hominem a pœna, nec a morte: et tantum prodeſt eſſe nocens ſicut innocēs, & tantum bonitas quantū iniquitas: et ſic plures poſſent fieri malæ cogitationes circa hoc. Et ex iſtis omnibus firma remanet concluſio, ꝙ in caſu quæſtionis prædictæ, iudex non poterit facere executionē contra

tra dictum bannitum; ſed debebit admittere & recipere ſuas exceptiones, & defenſiones legitimas prædicto ſtatuto vel ſimili non obſtãte. Pro quibus omnibus faciunt dicta per Specul.in titu. de accuſa. in.§. ſequitur.in ix.colum. in verſi. ſed pone. A. fuit accuſatus &c. & quæ dixi ego in ſingu. meo. ccxciij.incip.ſtatutum &c. Tene menti prædicta; quia vere ſunt quotidianæ, vtilia & practicabilia. Et Deum atteſtor, ꝙ hanc quæſtionem habui in facto diebus meis quatuor vicibus, in quatuor perſonis, quæ bannitæ erant pœna mortis, & eas liberaui, & adhuc etiã oẽs viuunt. vnus vocabatur Petrus Ant. de Ferneſio. alius vocabatur Rixius de Scarellis. alius vocabať Nicolaus de Guarmanis. vltima fuit mulier, quæ vocabatur Rubea. & pro vnoquoque ipſorum oretenus allegaui, & conſului in ſcriptis, vt apparet in meis conſiliis. primo conſului pro dicto Petro Antonio, & conſilium quod feci pro eo in volumine cõſiliorũ meorum eſt xvj. & incipit, inclina cor meum in teſtimonia tua domine &c. & conſilium pro Rixio de Scarellis eſt xxxviij. & incipit, quoniam ſaluos facis ſperantes in te domine &c. & conſilium quod feci pro Nicolao de Guarmanis in ordine dictorum meorum conſiliorum eſt.lv. & incipit, in cauſa Nicolai de Guarmanis &c. conſiliũ autem quod feci pro dicta Rubea eſt in ordine. xcvij. & incipit, notã fac mihi viam in qua ambulem domine &c. in quibus conſilijs me ſatis extendi circa dictam quæſtionem, ideo videas dicta mea conſilia.

Hippolytus.

SVMMARIVM.

1 ℞ *Statutum permittens bannitum poſſe impune occidi valet, & tenet. Et quid ſi pro pecuniario debito nu. 2.*

3 *Beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi an gaudeat, qui ignoranter occidit bannitum, quem neſciebat exulare. Et quid de rebannito. 4. 5.*

6 *Cancellatus indebite de banno, quando quis dicatur.*

7 *Cancellatio actorum quando habeat vim ſententiæ.*

8 *Cancellationes inualidæ factæ per magiſtratum, vel tabellionem non derogant ſcripturæ.*

9 *Bannum in pluribus libris deſcriptum, & in vno cancellatum an ſufficiat.*

10 *Bannitum occidens quando bãnum non erat ſolenne, an gaudeat priuilegio ſtatuti impunitatem continentis.*

11 *Statutum impunitatem occiſori exulis ſtatuens reclamat iuri diuino. Nec releuat ab infamia num. 12.*

13 *Homicidium omne habet in ſe dolum & delictum, etiam ſi a ſtatuto permittatur.*

14 *Homicida in facto graui non* poteſt

pōt recipi in teſtē ſine tortura.

15 Statutum offendenti bannitū impunitatem præſtans, an videatur etiam permittere, quòd poſsit impune occidi. Et an extendatur vſque ad bonorū combuſtionem.nu.16.

17 Bannitus ſeipſum vulnerans, an excuſetur virtute ſtatuti de bannitis occidendis.

18 Clericus, qui ſtudioſe ſeipſum vulnerat, an incidat in canonē.

19 Delinquere in ſe non eſt minus, quā in alium delinquere.

20 Maſſarius, qui delictum commiſit, an cadat in pœnam ſtatuti de maleficiis denunciādis, ſi non denunciauerit.

21 Statutum præmians banniti occiſorem, an trahatur extra bannientis territorium.

22 Bannum principis bannientis de terris ſuis, an trahatur ad poſtea acquiſita.

23 Bannitus de vna ciuitate, an intelligatur bānitus de alia ſibi confœderata.

24 Bannitus incarceratus, non poteſt impune occidi.

24 Incarceratus eſt ſub curiæ protectione.

25 Inimicum captum occidere in bello licito eſt illicitum.

26 Meretricatio, & acceſſus ad publicas meretrices nō nuptas, eſt impunibilis de iure fori.

27 Bannitus, qui de proximo eſt rebanniendus, an impune poſſit occidi.30.

28 Bannitus, qui a ſuperiore tolleratur, an poſsit impunè occidi.

29 Patientia nihil operatur, vbi requiritur ſcriptura de neceſſitate.

31 Clericum veſtimento laicali indutum percutiens, quem ſciebat clericum, a pœna excommunicationis non excuſatur. Et idem in virgine meretricio habitu veſtita.

32 Error communis in quibus non faciat ius.

33 Ignorantiam eorum quæ publicè fiunt allegans, non audiendus.

34 Bannitus, qui communi æſtimatione pro non bannito capiebatur, an poſsit impune occidi, vigore ſtatuti de bannitis occidendis.

35 Inſtrumenta facta per notarium fictum an valeant, cum apparet illum non eſſe notariū.

36 Facta a non vero prælato qui verus credebatur, valent.

37 Legitimus reputatur partus ex matrimonio reputato legitimo.

38 Actus ratione officii facti illegitime tolerantur, ſi communi exiſtimatione legitimi reputabantur. Et quid de præſentatione per patronum fictum facta.num.39.

Excom-

40 Excommunicatio ab epiſcopo lata de gemmis in capite non ferendis, an liget mulieres, quæ vnanimiter recipere prohibitionem noluerunt.
41 Bannitum dum ducitur ad patibulum, occidẽs an iuuetur beneficio ſtatuti de bannitis occidendis.
42 Tranſitus per ciuitatem etiã cum refectione non includitur ſub habitatione.
43 Statutum loquens de bannitis, comprehendit bannitos tempore ſtatuti, non ex poſt.
44 Immunitas eccleſiæ conceſſa non porrigitur ad futuram eccleſiam.
45 Reſcripta ad lites non trahũtur ad futuras.
46 Feriis renuntians, de præſentibus intelligitur.
47 Pacem faciens pro ſe, & adhærentibus vel filiis, nõ trahitur ad futuros. 48 Et idem de ſubſtitutione. num. 49.
50 Cedens omnia iura ſua, non comprehendit cõditionalia, vel in diem.
51 Statutum loquens per verba præteriti temporis, quando trahatur ad tempus futurum.
52 Statutum loquens ſuper priuilegiis conceſſis, quando habeat locum in concedendis.
53 Bannitus occidens bannitum, an gaudeat priuilegio ſtatuti de bannitis occidendis. 54.
55 Generalitas ſtatuti ad habiles perſonas reſtringenda Et quãdo fallat. nu. 58.
56 Statuta non patrocinantur bãnitis qui extra protectionẽ communis ſunt.
57 Statutorum beneficia non dantur bannitis.
59 Statutum odioſum quãdo extendendum. Et idem de lege odioſa. nu. 60.
61 Reipublicæ vtilitas quantæ potentiæ. Vſque ad nu. 57. ſupra. & num 63.
62 Taciturnitas ad alium obligãdum non habetur pro conſenſu.
64 Extenſio ex identitate rationis de ſimilibus ad ſimilia, etiam in exorbitantibus fauore reipublicæ fit.
65 Statutum concernens publicã vtilitatem, dicitur pium & fauorabile.
66 Statutis duobus ſtãtibus quod illorum dicatur ſpecialius.
67 Cardinales a Papa petentes licentiam eundi ad concilium, an poſſint ire licẽtia nõ obtẽta.
68 Viri literati propter publicã vtilitatem eccleſiæ vniuerſalis ad pluralitatem beneficiorum ſunt extollendi.
69 Statutum contra rempub. non interpretandum in eo, quod poteſt alios tangere.
70 Reſpublica officialibus ſuis arbitrium

arbitrium generale præbens, non intelligit contra bonum publicum præbere.
Bonum publicum eſt maximi priuilegii.
71 *Reſcripto principis quod publicæ vtilitati repugnat, non parendum.*
72 *Statutum in fauorem reipu. etiam ſi ſit contra clericos, eſt validum.*
73 *Statutũ quando publice intereſt non ſeruari, non ſeruandũ.*
74 *Vtilitas publica dicitur iuſta cauſa.*
75 *Statutum de bannitis offendẽdis, & non occidendis, an includat caſum, quando offendens interimit bannitum propter reſiſtentiam.*
76 *Reſiſtentiam facere actui licito non licet.*
77 *Homicidium ex actu ad formam ſtatuti conceſſo ſecutum, an impunibile.*
78 *Cauſa qualibet etiam iniuſta à dolo excuſat.*
79 *Correctio patris in filium licita. Item & magiſtri in diſcipulum. nume. 80. Et mariti in vxorem. nu. 81*
82 *Defenſio nõ cẽſetur maleficiũ.*
83 *Bannitus qui põt impune occidi an poſſit poſt mortẽ ſpoliari.*
84 *Pax bãnito facta an ſeruãda.*
84 *Rixa noua ſuperueniens an dicatur rumpere pacem Et quã-do præſumatur ex antiqua cauſa num. 86.*
87 *Treuga percuſſa an admittat offenſionem ex iuſta cauſa.*
88 *Bannitus in ære & perſona, habetur pro mortuo.*
89 *Legitima filio bannito banno capitali an debeatur.*
90 *Banniti perſona non reputatur eſſe in rerum natura. Quod fallit in bannito pro debito ciuili nu. 91.*
92 *Bannitus quilibet habetur pro fugitiuo & quocunque die capi poteſt.*
93 *Bannitus ſtatim quod in bãno eſt poſitus, cẽſetur eſſe in fuga.*
94 *Bannitus ex cauſa famoſa, interim à teſtimonio repellitur.*
95 *Bannitus an ſit infamis.*
96 *Bannitus per principem reſtitutus, an reſtituatur in fama.*
97 *Infamis ad famam de ordinata iuſtitia reintegrari non põt.*
98 *Bannitus perdit iura ciuitatis nu 99. Et an perdat beneficium ſuccedendi nume. 100. Et quid de patria poteſtate. num. 101. Item de tutela & alimẽtis. nu. 102. 103.*
104 *Bannito ſaluus cõductus per iudicem fieri an poſſit.*
105 *Banni executio qualiter fieri debeat.*
106 *Iudex ꝓcedens contra aliquẽ tanquam contumacem, qui pro confeſſo haberi debet, quam*

debeat

debeat ſeruare cautelam.

107 *Sententia canonis, vel legis, officium iudicis executiuum nõ habet, ſine hominis ſententia cum cauſæ cognitione.*

108 *Notarius falſi notatus ex forma ſtatuti an poſſit inſtrumenta conficere ante ſententiam iudicis.*

109 *Prohibitum a lege vel a ſtatuto faciens, an teneatur ad pœnam ſine ſententia iudicis declaratoria.* 113.

110 *Executio contra excommunicatum ante declarationem eſt ſuſpenſa.*

111 *Criminis infamiæ probatio non ſufficit ſine confeſſione, aut iudicis ſententia.*

112 *Statutum de amiſſione feudi per feloniam a vaſallo commiſſam qualiter intelligendum.*

114 *Sententia iudicis in pœnis requiritur.*

115 *Emphiteuta quantuncũq; ꝑmiſerit ſoluere, an intelligatur cecidiſſe a iure ſuo per ceſſationem canonis ſine ſententia iudicis.* 122.

116 *Verba futuri temporis qualiter interpretanda.*

117 *Sententia iudicis declaratoria in quibus caſibus requiſita antequam diſpoſitio a iure vel ſtatuto expreſſa effectum ſortiatur.* Vſque ad nume. 106. & num. 118. 123. 124.

118 *Mulier quo caſu non præfertatur creditoribus mariti in bonis in inſtrumento dotali expreſſe obligatis.*

119 *Mulier inexcuſſis mariti bonis, an poſſit agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores.*

120 *Executio libere etiam incitato condemnato poſt ſententiam ipſo iure prolatam fieri poteſt.*

121 *Contumaciam conſtare ex actis an ſufficiat ſine iudicis declaratione.*

§. AGGREDIOR modo materiã bannitorũ, ꝙ ſupra pollicitus ſum tractare: quia eſt (ni fallor) materia valde vtilis quotidiana, & multum lucroſa: quam tamẽ latius tetigi in tractatu meo bannitorum, vbi tetigi & examinaui ipſam materiam, & dependentia, cohærentia & connexa: ſed nunc tangã ſuccincte aliqua principalia.
1 Et ideo ſcias, ꝙ ſtatutum † permittens bannitum poſſe impune occidi, valet & tenet, ſecundum Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de conſtitu. in. §. j. circa pen. & vlt. colum. & Hoſt. in c. fin. de conſue. in ep. qui eſſet bannitus in pœna corporali: & voluit Bartol. in l. omnes populi. in iij. q. prin. ff. de conſtitu, & in l. ij. per illum text. C. quando liceat ſe ſine iudi. vind. & Bartol. & Bald. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & Alberi. de Roſa. in vlt. parte ſtatu. quæ-

tu.quæſtio. xvij. & Bald. in l.
Gracchus.C.de adul.& in l.fi.
C.ſi contra ius vel vti. pub.&
in l.vnica. in xiij.colum.C.de
confeſsis.& in l.j.in ix.col. C.
de ſumma trini.& in l.j.C. ſi a
non compe.iudi.do. Ant.& Io.
de Imo. in c.quæ in eccleſiarũ.
de conſti. quos omnes refert &
ſequitur d. Alexand. in conſil.
ſuo cxiiij.incip. ponderatis.in
j.col. in j.volu.& in conſil.ſuo
cclxxxiiij.incip.attenta diſpo
ſitione.in j. colum. de quo etiã
per do. Albertum de Cataneis
Combononienſem doctorẽ pro-
fecto excellentiſsimũ in tract.
ſuo Violentiæ. in verbo, mor-
tui. in xiij.char.in j. col.verſi.
item dubitatur quia &c. & la-
te per Iaſ.in l.vbi pactum . C.
de tranſac. in v.& vj.col. Et
tale ſtatutum debet late inter-
pretari, cum contineat publicã
vtilitatem,de quo per do.Phil.
Decium in conſi.ſuo lxv.in ij.
colum. Et ſcias econtra, ꝙ
ſtatutum permittens bannitum
pro debito pecuniario poſſe
2 † impune occidi non valet, ſe-
cundum glo.iiij.qõ.j.in ſumma
de quo latius per Iaſ.in d.l.vbi
pactum.in v.colum. Et ſcias
ꝙ ſi quis ignorãter occidit ban
3 nitum, quem † neſciebat eſſe
bannitum: gaudet tamen bene-
ficio ſtatuti permittentis banni
tum poſſe impune occidi,& ſic
non incidit in aliquam pœnã.
ita dixit Bar.in l.inter omnes.
in §.recte. in vlti. colum.ff. de
fur.& in l.genero.per illũ tex.
ff.de his qui no. infa. quem re-
fert & ſequitur Alex. in d.con
ſil. cxiiij. incip.ponderatis. in
iiij.colum. in j.volu.Item ſcias
etiam ꝙ occidens bannitum,
4 qui erat rebannitus, † ſed non
erat cancellatus adhuc de ban-
no, gaudet beneficio dicti ſtatu
ti.& ideo non debet puniri per
inde ac ſi occidiſſet bannitum,
ſecundum Paul. de Caſt.in l. ſi
duo.ff.de acqui. poſ. quia ſuffi-
cit, ꝙ eſſet deſcriptus in libro
bannitorum: quoniam talis oc-
cidẽs excuſatur auctoritate pu-
blicæ ſcripturæ: de quo latius
per do. Alex.in d.conſi.cxiiij.
in iij. colũ.pro quo facit etiam
ꝙ voluit Bald. in l.Labeo.§.j.
in fin.ff.de pac.vbi dicit, ꝙ li-
cet bãnitus ſoluerit condemna-
tionem,ſeu pœnam:tamen niſi
ſit cancellatus de bãno, adhuc
poterit impune occidi. de quo
latius per dom. Alex.in d.con-
ſil.cxiiij.in j.volu.in fin.& in
conſil.cclxxxix.incip.attenta
diſpoſitione.in j. col.vbi omni-
no vide do. Nellum in tracta.
bannitorum.in j.parte.iij.tem-
po.in ij.quæſtio.Item ſcias etiã
5 ꝙ occidens† bannitum indebi
te cancellatum de banno, non
punitur, ſicut ſi non fuiſſet can-
cellatus, ita not. dixit Bald.in
cap.j.in princ.in tit.hic finitur
lex Corra.& in l.ſcriniarios.
C.de teſta. mili.& Ioan.Andr.
in c. veniens.de accuſa.in no-
uella.& do.Nellus in trac.ban
ni. in j.parte.iij.tempo. in iij.
q.& d.Bar.Cæp.in conſil.ſuo.
vij.incipiẽ.quidam fuit Paduæ
condemnatus. in ij. colum. vbi
dicit, ꝙ idem voluit Rayne.in
l. ſi non ſerui.per illum tex.ff.
de dona. inter virum & vxo.
Et teneas menti, ꝙ quis præſu
6 mitur indebite † cancellatus
de banno,quando non apparet
cauſa, propter quam fuit can-
cellatus, ſecundum Bald.in ca.

cum

cum ſuper.in vlti.col.de re iu-
di. & in l. ſi non ſortem in §.
adeo.ff.de condi. indebi.& in
l.ſi præſes.C.quomodo & quã-
do iud.in fin. vbi no. loquitur.
Et inter cætera dicit,ꝙ cancel
7 latio actorum † habet vim ſen
tentiæ, quando iudex expreſ-
ſit cauſam cancellationis, vel
quando ita ſe habet conſuetu-
do.quod intelligit ibi Bal. an-
te fin.quando cancellatio fuit
valida, ſecus ſi fuit inualida:
vnde dicit ipſe ꝙ cancellatio-
nes inualidæ factæ per magi-
8 ſtratus, † vel per tabelliones,
non derogant ſcripturæ: quod
dicit eſſe menti tenendum. Et
vide ad prædicta circa mate-
riam cancellationis d.Nellum
in tra.banni.in iij. parte.ij.tẽ-
po. qõ.xxxv. incip. ſed circa
idem &c.& Abb.in conſi.vij.
incip.tria circa primum in iij.
col.ver. ex hoc capite &c. in
iij.volu. & Bald.in reper.ſuo.
ver.bannum cum cancellatur.
& vide etiam in materia Spe-
cul. in titu.de accu.in.§.ſequi-
tur.in ix.col. in ver.& nota.ꝙ
cum banna.& ibi Bal.in addi.
in ti.de inſtru.edic. in ver.ſed
ſi bannum. & eundem Bal. in
l.ſcriniarios.in verſi.itẽ ſcias.
C.de teſta.mili.& in l.emanci
patione.in fi.C.de fide inſtr.&
in l.noſtra.in j.col. C. de teſta.
& Bar.in l.acta.in prin. in pe.
q. ff.de re iudi. Item ſcias etiã
quod ſi bannum ſit in pluribus
9 libris deſcriptum, † non ſuffi-
cit vna cancellatio,niſi cancel
letur de omnibus libris.ita di-
xit Ange.in l.fi. per illũ text.
ff.de his quæ in te. dele. & ibi
Raph.Cuma.quos refert & ſe-
quitur Alexand. in d. conſilio
cclxxxix.incip.attenta diſpo
ſitione &c.in ij.col. Et de om-
nibus ſupradictis vide quæ la-
te dixi in ſing.meo cccxl.inci
pien.caute agant &c.Et ſi quis
occidit bannitum,quando ban-
num non erat ſolenne an punia
10 tur, † licet exiſtat ſtatutum ꝙ
bannitus poſsit impune occi-
di:vide Bar.poſt Dy. in l.pen.
ff.de adul.et Saly.in l.eum qui
duas.C.de adul. de quo latius
per Alexand.in d. conſilio ſuo
cclxxxix.in iij.col.in ver.ad
de etiam &c. Et vide etiã om-
nino Bald.circa cancellationẽ
banni.in conſi.ſuo xxxj.inci.
per dominum &c. alias incip.
hæc quæſtio fuit &c. in iiij.vo
lu. Item de illo,qui occidit bã
nitum quando bannum nõ erat
ſolẽne,an puniatur.vide Bart.
in l.iij.in.§.ſi ſeruus.ff.de acq.
poſ. Ang.in l.cũ vero. in prin.
ff.de fideicom.liber. & Bal.in
l.ij.ff. de iureiur. & in l.j.C.ſi
a non compe.iudi. & in authẽ.
quę ſupplicatio. C.de preci.im
perat. offe. & in l.lite. C.de
libera. cauſa. & in l. qui a la-
tronibus.in.§.j.& ibi Ioan. de
Imo.ff.de teſta. & in l. ſi quis
filio exhæredato.§. quod ſi qs.
ff.de iniuſt.rup. irrit. teſta. &
Bar. in l.non putaui. in.§. non
quæuis.ff.de contratabu. & in
l.iiij. in.§.condemnatum. ff.de
re iudi.& Bald.in l.ex morte.
C.ad leg. Aqui.& in l.quis ſit
fugitiuus.§. apud Labeonẽ. ff.
de ædi.edict. & Bald.in l. ij.in
iiij. col. ff.ſi quis in ius voc.nõ
ierit.Ioan.And.in mercu.in re
gula, ꝙ quis mandato. de reg.
iur.in vj.& Bal. in l.j.C.de pę
nis.& vide etiam Spec.in titu.
de accuſatione,in quarta parte,
in.§.

in §.j.ver.ſed ſi quid bannitus.
& in tit.de obliga. & ſolut. in
rub.in fi. & Ang.in l. filio quẽ
pat.ff.de lib. & poſthu. & in l.
huiuſmodi.in.§.ſi ita.ff.de leg.
j.& Bald.ſuper ſtatutis. in ver
bo, bannitus. in xj. colum. in
ſecundo verſicu.& Alexan.in
conſi.cccj. incip. viſis dubita-
tionibus. in ij. colum. Vlte-
rius ſcias, ꝙ licet valeat præ-
dictum ſtatutum,ꝙ bannitus in
pœna vitæ poſsit impune occi-
di,vt ſupra dixi: & licet tunc
occidens bannitum non punia-
tur aliqua pœna, hoc eſt verũ
pœna humana,& ſecũdum hu-
11 mana iura:†ſed ſecus eſt ſecũ-
dum ius diuinum:quia talis ho
micida punitur pœna æterna:
quia venit contra præceptum
diuinum,in quo dicitur:non oc-
cides.de quo dixi i l. patre vel
marito.in j.colum. in fin.ff. de
quæſtio. Et ſcias etiam, ꝙ li-
cet talis homicida non punia-
tur aliqua pœna,vt dixi, tamẽ
12 †eſt infamis.ita no. dixit Bal.
in l. decuriones. C. ex quibus
cauſis infa.irrogatur.quem re-
fert,& ſequitur Ioã.de Ana.in
c.ſi perfodiens.in iij.col.de ho
micidio.& do.Felyn. in c. quæ
in eccleſiarum.in v.colum. de
conſti.& Pet. de Ancha. in re-
pet.c.canonũ ſtatuta.in lxxxv.
col.in ver.in hac eadem mate-
ria &c. de conſti. de quo dicto
ego feci mentionem in conſil.
meo incip.adiuua me & ſaluus
ero &c.in ix.char.ꝙ in ordine
eſt conſilium ix. & in l. j. in
prin.xij.limita.ff. de ſica. Pro
quibus facit qđ dixit Bal.in l.
j.in ij.col.C. ſi a non cõpeten.
13 iudi.vbi dixit,ꝙ omne†homi
cidium habet in ſe delictũ, &
dolũ,quantũcunq; ꝑmittatur a
ſtatuto.Et facit dictum Bal. in
auth.ſi dicatur.in vlt. colũ.C.
de teſti. vbi dixit, ꝙ homicida
14 dicitur†vilis perſona,adeo ꝙ
in facto graui non poteſt reci-
pi in teſtem ſine tortura, quod
eſt multũ no. Pro quibus faciũt
dicta per me in d. l. patre vel
marito. in ij.col.ff. de qõ.in c.
ii.in iij.char.de homici. & p d.
Albertũ de Cataneis.in d.tra-
cta.Violẽtiæ.in verbo,mortui.
in lij.colũ. verſicu.adde etiam
ꝙ occidens &c.Scias etiam, ꝙ
ſtatutum permittens, ꝙ banni-
tus poſsit impune offendi, vide
15 tur etiam permittere † ꝙ poſ-
ſit impune occidi.ita dixit Bar
tol. in l.iij. in.§. fin. ff. de adi-
men.lega.& Ioan. And.in ad-
di. Specu. in titul.de conſti. in
.§.j.in vlti.addi.magna. In fin.
& Paul. de Caſt. in conſil. ſuo
cxciiij. incip. viſo. in vlti. co-
lum.verſic.ad tertiam rationẽ.
& Flo. in l. binas ædes. ff. de
ſeruit.ruſtic. prædio.ad fi.& d.
Fely. in c.quæ in eccleſiarum.
in v.col.de conſtit.& do. Nel-
lus in tra. banni in ſecũda par-
te.ij.tempo. quæſtio. vij.incip.
examinatis quæſtionibus. &
do. Lu. Bologni. in conſil. ſuo
lxiij. incipien. viſo igitur &c.
in fin.de quo etiam vide Iaſ. in
l.in actionibus. in iij.colum.ff.
de in litem iur.& domi.Petrus
Philipp. Cor. in conſilio ſuo
liij. incipien. placet mihi &c.
in primo volu. Et tanto for-
tius ſtante dicto ſtatuto poterit
ipſe bannitus vulnerari,& con
tumeliis affici. ita dixit Bart.
in l.nec in ea. ff. de adulte. &
Cyn.in l. prima ad fin. C. quæ
ſit long.conſuet.& Bald.in l.ſi

quis nõ dicam rapere. in prin.
C.de epi.& cle.& Ang.& Pau
lus de Caſt.in l.in ſuis.ff.de li
be.& poſthu.quos refert, & ſe
quitur Iaſ.in l.in actionibus.in
iiij.col.de in litem iurãdo. vbi
ſubdit, ꝙ eodem modo poterit
teneri in priuato carcere, &
torqueri,ſecundum Bald.in l.j.
C. de exhiben. reis. & in l. j.
C.de priua. carceribus. Item
ſtante prædicto ſtatuto,ꝙ ban
niti poſsint impune offendi,an
16 poterit † bannitus offendi in
rebus, puta ponendo ignem in
domo ſua. vide do. Nellum in
tra.bannito. in ſecunda parte.
ij.tempo.quæſtio.lv.incip.ſtan
te ſtatuto &c. Item ſcias ꝙ ſtã
te dicto ſtatuto,ꝙ bannitus poſ
ſit impune offendi,ſi aliquis bã
17 nitus ſeipſum † vulneraret, nõ
excuſaretur virtute ſtatuti ita
dixit Bald.in l.j.in viij. colũ.
C.de ſer.fugi. quem ibi ſequi
tur Sali. Fulg.& Paul.de Caſt.
& etiam Iaſ.ibi in ij.colũ. vbi
ipſe adducit Ioan.And.hoc ple
ne diſputantem in addi.Specu.
in tit.de pœnis. in .§.j.verſicu.
ſecundo quæro, an vulnerans
ſeipſum. vbi late diſputat, an
vulnerans ſeipſum incidat in
pœnam ſtatuti impoſitam vul
neranti alium.& arguit pro &
contra: & dicit de conſuetudi
ne ſeruari, ꝙ non: poſtea re
fert Richar.Malumbra,ſcrip
ſiſſe ꝙ iſta quæſtio euenit in
quodam aduocato. Item addu
cit etiam Bal. in proœmio de
creta.in viij. colũ. vbi quærit
18 † an clericus, qui ſtudioſe ſe
ipſum vulnerat, incidat in ca
nonẽ.cap. ſi quis ſuadẽte. xvij.
quæſtio. iiij.in quo ipſe diſtin
guit,& finaliter cõcludit, ꝙ ſi
ſtatutum ſimpliciter loquitur
dicendo, ſi quis vulnerauerit;
tunc punitur pœna ſtatuti;quia
19 delinquere † in ſe nõ eſt minus
delictum, quam delinquere in
alium;vt not. in l. athletas. in
§.Pōponius.ff. de infami. vn
de dicit ꝙ ſi monachus in eccle
ſia trahit ſibi ſanguinem per
cuſsiue, eccleſia eſt interdicta.
& pro iſtis dicit facere quod
not. per docto.in l. ſed ſi dam
num.in §.ſed ſi ipſe. ff. de pe
culi. ita reſidet do. Iaſo. in d.
l.j. in ij.colum. C. de ſer. fugi.
Et ratio prædictorũ poteſt eſ
ſe:quia propria perſona nõ in
telligitur comprehẽſa in lege,
vel ſtatuto. Et ideo ſi ex for
20 ma ſtatuti † maſſarius villæ te
netur denunciare maleficia cõ
miſſa in villa ſub pœna; ſi non
denunciat maleficium per ip
ſum commiſſum non cadet in
pœnam, ſecundũ Petr. de An
cha.in cap.canonum ſtatuta. in
xij.q.prin. in iij.col. de conſti.
& Salice.in l.ea quidẽ. in ver.
xvij.quæro de quæſtio.C.de ac
cuſ.& Ang.de Are.in tract.ma
leficio.in verbo necnon ad de
nunciationem in vj. char. in
verſicu.quæro ſecundum Sali.
& ibi latius per do. Auguſt. in
addi. & per Ioan. de Ana. in
cap.qui cum fure. in vij. colũ.
in verſi. adde etiam prædictis.
extra de fur.in l.iiij. in.§.ſi ti
bi iudicium.ff.de cõdi. ob tur.
cauſam. & Bald. in l.j. C. de
condi.ob tur.cau.vide tamẽ in
materia Bal.in l.j. C.de preci.
impe.offe.& vide Alex.in l.li
bertus.ff.de capi.diminu.& vi
de in argumẽ.dicta per d. Nel
lum in tract.banni. in iij. par.
ſecundi tẽpo.q.xlviij.inci.iſta
quæſtio

quæſtio &c. Item ſcias etiã ꝙ ſtatutũ dans præmium occi-
21 denti bannitũ,† comprehendit etiam occidentem bannitũ extra iuriſdictionem, ſeu territorium bannientis. ita not. dixit Bal. in cõſi. ſuo cccxcvij. inci. præmittendum eſt ad euidentiam ꝙ quędam ſunt quæ requirunt &c. in vj. volumi. in fin. ad quod vide etiam Bald. in cap. ex literis. in fin. de conſtitu. & Bald. in l. accuſatio. C. quod met. cau. & Bald. ſuper ſtatutis. in verbo. bannitus. in verſicu. ſecundo. & do. Nellum in tracta. bannito. in ſecunda parte ſecundi tempo. quæſtio. lvj. & lvij. & lviij. vbi omnino videas. item vide etiam Alexan. in ſimili in conſil. ſuo xlj. incip. viſis. in j. colum. verſicu. nec etiam videtur obſtare. &c. in v. volumi. item vide Bald. in Margarita. in litera, B. in verſicu. excommunicatus repellitur etiam ab accuſatione. circa med. & vide Iaſon. in l. fina. in princ. & in verſi. xvj. limita. ff. de iuriſdictio. omn. iudi. & in l. vbi pactum. in vj. colum. C. de tranſactio. vbi plura allegat circa hoc. Vlterius in materia iſta bannitorũ quæro de notabili quęſtione videlicet, princeps propter aliquod delictum banniuit Titiũ de ciuitatibus, terris, dominio,
22 & territorio ſuo. † an intelligitur etiam bannitus de ciuitatibus, locis, & territorio poſtea per ipſum principẽ acquiſitos? in quo primo videas Bald. in l. etiam poſt med. verſic. & hęc lex. C. de iure do. & do. Nellũ in tract. ſuo banni. in prima parte ſecundi tempo. q. lvj. incip. quęritur Sẽpronius fuit bannitus &c. & vide Alex. in l. ſi cõuenerit. in. §. ſi nuda. ff. de pign. actio. & Alexan. poſt Bart. in l. damni infecti ſtipulatio. §. ſi is qui ędes. ff. de damni infecto. & Cardi. in clem. ſtatutum. de electione. in ij. colum. Angel. & Sali. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. Pau. de Ca. in l. item ſi fundi. in. §. huic vicinus. ff. de vſufruct. d. Lauren. Calca. in conſi. ſuo ij. incip. licet iſta materia &c. in xxiiij. colum. in ver. ad vnum tamen eſt aduertendum. Et vide omnino Bal. in conſi. ſuo lxv. incip. ad euidentiam. in ij. colũ. ver. amplius. in j. volu. & Albert. de Roſa. in prima parte ſtat. quæſtio. cxvj. incip. Mutinæ fuit &c. & in ij. parte ſtatu. qõ. cxxxj. incip. exiſtente guerra &c. vide in ſumma roſella. in verbo, interdictum. in j. colum. ante fi. vbi dicitur, ꝙ ſi interdicantur omnes ciuitates alicuius dominij, non intelligitur interdicta ciuitas acquiſita poſt interdictum. item vide etiam do. Franc. de Aret. in l. ſed ſi plures. §. filio impuberi in j. col. ff. de vulga. & pup. & Abb. in conſi. lxij. incip. in cõtrouerſia. in viij. colũ. & vide quæ ego dixi in l. fina. C. quæ res pigno. obliga. poſ. & vide omnino Iaſo. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in. §. cum ſtipulemur. in pen. colum. ff. de verb. oblig. & eundem in. §. in perſonam. in iij. colum. inſtit. de actio. & vide Alex. in cõſi. clxxvij. inci. in occurrenti &c. quaſi per totum in ij. volu. & vide Pet. de Ancha. in rep. c. canonum ſtat. in lxiiij. colum. verſicu. iuxta

effectum.de conſtit. Et vere [nõ ſunt adhuc x.anni. ꝙ iſta quæſtio venit in facto in ciuitate Fauentiæ. nam ibi moram trahebat vnus. Venetus,qui erat bannitus de toto territorio]Venetorum,poſtea ipſi Veneti acquiſiuerunt ciuitatem illam Fauentiæ:quo ſtante fuit captus ille bannitus ibi Fauentiæ, dubitatum fuit an eſſet bene captus, adeo ꝙ contra eum poſſet fieri executio banni, necne. plures doct. conſuluerunt, ego autem tunc infirmitate detentus non potui petentibus inſeruire, nec intellexi quid ſequutum fuerit ſed ex dictis doct. in dictis locis poteſt percipi iuris diſpoſitio:ad quos docto. me remitto.

Conſequenter quæri poteſt de alia no.quæſtione videlicet, an bannitus de vna ciuitate, 23 †intelligatur etiam bannitus de alia ciuitate illi[confœderata,in quo vide d.Nellum.in tractа.bannit.in ij. parte ſecundi tempo,quæſtio. xxxvj. incip. duæ ciuitates &c. & Catal. in tract.ſynd.in verſi. ccxj.incip. adde ꝙ ſi ſunt duæ ciuitates &c.& Iaſ.in l. vbi pactum. in vj.colum.ver.limitat niſi &c. C.de tranſact.& Bal. in reper. ſuo.in verbo,delinquens. in ij. colum.verſi. delinquens in aliqua terra &c.& vide Abb. in conſi.lj.incip.ad dilucidationẽ &c.in prin.in iij.volu.& vide etiam Barba.no. loquentem in conſi.ſuo lxij.incip.Paul. &c. quaſi per totum.in iiij.volu.& eſt glo.not.ad hoc in c.j.in tit. hic fin.lex Corra. & videomnino Cardi. Alexan. in c.j .§. conuenticulas.in iij.colnm. de pace iur,firman.vbi ſingulariter loquitur in materia iſta. & vide Bart. in l. non dubito. in verſ.vlt. not. ff.de capti. Bal. in l.executorem. in xj. colum. verſi.ſed quæro quid de ciuitatibus confœderatis.C. de execu.rei iudi.& in l.j.in x. colũ. verſicu.ſed hic quæritur ſi bannitus.C.de ſumma trinit. Bar. in l. filij. in.§.relegatus. ff. ad munici. Bald. in authen. item nulla communitas.in ſi.in ver. deinde dicit hic Iac.C. de epiſ. & cle.& Soci.in conſi. ſuo vij. incip. nunc quæſitorum. & in conſi.lxxiiij.incip. in præſenti.in iij.colum. verſicu. præterea &c.Io. de Ligna.in tracta. de bello.in xl. cap. incip. xj. quæritur &c.de qua quæſtione dixi etiam ſupra, in.§.opportune.nume. 36. & 37. Vlterius pro ampliatione huius materię bannitorum adde quam plura. Et ſcias,ꝙ licet adſit ſtatutum in ciuitate permittens bannitũ poſſe impune occidi propter tale ſtatutum , non ſemper poteſt bannitus impune occidi. Nam bannitus captus a familia dum 24 eſt captus vel carceratus, †nõ poteſt impune occidi ,imo occidens eum tunc punitur acſi occidiſſet non bannitum,& ratio eſt, ꝗa capti ſeu carcerati ſunt ſub protectione curiæ, vt habetur in l.ſi.C.de cuſt,reo.Ita dixit Bart.in l.in laqueum.ff. de acqui.re.do.& in l. iij.§.fin.ff. de ſicar.& in l. legis Iuliæ. ff. ad leg.Iul.de vi priua. & Bal. in l.libertas.ff.de ſtatu.ho.vbi ſubdit, ꝙ ſi captus & carceratus,& bãnitus debet ex forma iuris ſuſpendi , ꝙ ſi affines ſui eum venenant in carcere,ne vituperentur ex morte ſua,ꝙ puniri

niri debent tanquam parricidę
& idem dicit Ioan. de Ana. in
cap.cum iuramento.in vlt. co-
lum.de homic.Et idem de ban-
nito carcerato tenuit Bald. in
l.fina.C.de malefi.& mathe.&
in l.fideicommiſſa.in.§.ſi quis.
ff.de legat.iij.& in l.j. in pen.
colum.C.vnde vi.& Bartol.in
.§.arripiat. in authen. vt om-
nes obedien.iudi.& Ioan. An-
dreæ. in addi. Specu. in titu. de
accu.in iiij. par. in.§.ſequitur.
In addi.magna.in iij.colum.&
Ioan.de Imol. in l.publius.§.j.
ff.de condit. & demonſtra. &
Ioan. de Ana. in d.cap.cum iu
ramento.& in c.j.in fin.]de ſor
tileg.& idem tenuit Angel.de
Are.in.§.illud quæſitum. inſti.
de rerum diui.et Ioan.de Imo.
in l.pupillus.§.j.ff. de condi.&
demon.& Angel.de Are.in tra
cta.malefi.in verbo, fama pu-
blica in ix.char. in verb.ter-
tio quæritur ſi bannitus.& ibi
per do. Augu. in addi. Pro qui-
bus etiam faciunt dicta ꝑ Paul.
de Caſt.]in conſi. ſuo cxiij. in-
cip.viſo proceſſu. in ij. colum.
25 vbi dicit,† ꝙ etiam in bello li
cito non eſt licitum occidere
inimicum captũ poſtquam eſt
captus. per d.l.libertas. ff. de
ſtat.hom.quod etiam dixit An
gel.de Are.in locis ſuperius al
legatis.Et facit etiam.nam ac-
ceſſus ad publicas meretrices
non nuptas eſt impunibilis de
26 iure fori,† vt habetur in l. ſi
vxor.& ibi Bar.ff. de adul. &
in l.ſi in ea.& in l.quæ adulte-
rium.& vtrobique per Angel.
C.de adult.& dixi latius in ſin
gu.meo cl. incip. acceſſus &c.
attamẽ ſi publica meretrix eſt
carcerata, non poterit aliquis
libidinis cauſa ad eam accede
re, imo accedens ad eam,& ha
bens rem ſecum, punitur ac ſi
acceſsiſſet ad mulierem hone-
ſtam.ita ſingu. dixit do. Paris
de Put. in tracta. ſuo ſyndica.
in xvj. char. ſub verbo, adul-
terium. de quo latius dixi in
dicto ſingu.meo cl. & in l. j. in
princip. in ampliationibus.ff.
de ſica. Item ſcias etiam, quod
bannitus,qui ſtatim vel de pro
ximo eſt rebanniendus,non po
27 teſt † impune occidi, licet exi-
ſtat .ſtatutũ, ꝙ banniti poſsint
impune occidi,ita dixit Bald.
per illum text.in l. j.in .§.ſer-
ui.ff.ad ſyllanian.quod dictum
pro no. refert. & ſequitur. do.
Bartholo. Cepo. in conſi. ſuo
xxxix. incip. Baptiſta. in v.
colum. pro quo dicto ipſe ad-
ducit text.in l. mulier. in.§.nõ
eſt dubitandum. ff. ad Trebel.
vbi dixit Paul. de Caſt. argu.
illius text.ꝙ ſi bannitus ſperat
infallibiliter debere rebãniri,
vt quia obtinuit gratiam, li-
cet adhuc non ſit cancellatus,
non tamen poterit offendi tan-
quam bannitus, ad quod alleg.
l. ſi non ſortem. in.§. Labeo.
cum ibi no. ff. de conditio.in-
deb.& l.creditoris. C.de fidei-
commiſſ. vbi hoc idem tenet
Paul. de Caſtr. & in l.iij.§. ſi
ſeruus. ff.de acquirend. poſſeſ-
ſio. Et prædicta intellige, dum-
Salycet. in d. l. qui ſepulchra.
& Angel. de Areti. in tractatu
maleficiorum. in ver. & ve-
ſtem cœleſtem abſtulit. in j. co-
lum. pro quo alleg. bonũ text.
in l. diuus. ff. de bon. damna.
Et dicit Bal. in l. de his. C. de
de furtis. quod talis derobans
bannitum mortuum, furca de-
bet ſuſpendi, ſicut famoſus fur.
ſed Salyce. ibi reprobat eum.
Ludoui. Roma. tamen in l. ge-
rit. ff. de acqui. hæredi. dicit,
quod alias ſeruata fuit in facto
opinio Baldi; tamen reprobat
eum. Sed Paulus de Caſtro in
conſi. ſuo xxxiij. incip. ſuper
primo quęſtio &c. in fin. in hoc
dicit, ꝙ ſi bannitus, qui occi-
ditur ſtatim derobatur, hoc po-
terit fieri impune: quia ea, quæ
incontinenti fiunt, videntur
ineſſe, ſed ſecus ſi ex interual-
lo. quod dictum habet rationẽ
in ſe. & hoc dictum refert & ſe
quitur do. Felyn. in cap. quæ in
eccleſiarum. in v. col. de con-
ſtitu. & idem cum hac diſtin-
ctione firmat do. Nel. in ſuo
tractatu bannitorum. in ſecun-
da parte tertij temporis. in iij.
quæſtio. vbi latius loquitur ꝗ̃
Pau. de Caſt. de quo etiam per.
Albe. de Roſa. in quarta parte
ſtatuto. q̃ſtio. xcij. alias xciij.
incip. ſi ſtatuto cauetur &c. de
quo dixi etiam in l. fina. in pe-
nulti. colũ. in princ. ff. de quæ-
ſtio. vbi quaſi omnia ſupradi-
cta adduxi circa materiam il-
lam, quod mors omnia ſoluit.
84 † Quæri etiam poteſt vlte-
rius de notabili quæſtione, vi-
delicet, an pax facta bannito
ſit ſeruanda, & ſi faciens ta-
lem pacem contrauenit, an ca-
dat in pœnam promiſſam, ſtan-
te ſta-

te ſtatuto quod bannitus poſſit impune offendi &c. In quo dicendum eſt quod non, ſecundũ do. Nellum in tracta. ſuo bannito.in tertia parte ſecundi tẽporis. quęſtio.lj. incipien.quęro bannitus &c.& ibi in quæſtio.ſeq.de quo etiam per Bal. in l.iuriſgentium.in §.ſed ſi paciſcar. el j. & in.§.ſed ſi paciſcar. el ij. ff. de pactis.vbi tenet,quod talis pax non ualeat, & ideo contraueniens non cadit in pęnam promiſſam etiam cum iuramento. de quo etiam per eundem Bald. in conſilio ſuo ccxxj. incip. anno domini &c. in ij. volu. & Ioan.And. in Mercu.in regula,fruſtra.& per Bartol. Bald. Ange.Imol. in l.quid ergo.in.§. ſi hæres. p illum text. de lega. j. & per Barto.in ſua diſputa.incipien. Lucanæ ciuitatis. & in l. eleganter. in.§. final. per illum text. ff. de pigno.act.& in l.j. C.quando lice.ſe ſine iudi.vin. Bartol. Bald.& Ange.in l.j.§. non autem. per illum text. ff. de dolo. & per Bald. in l. j. in vlti.colum. C.ſi a non compe. iudi.et in l.paciſci.ff.de pactis. & Ange. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo obliga.& in l. qui ſeruum.eo.titu.& Bald.& Saly.in l.accuſationis.C.quod metus cau.& Petr. de Ancha. in repet. c.canonum ſtatuta.in lxxxvij. colum. in verſic.ſed quæro vtrum per ius &c. de conſti.in quibus locis etiam cõcludunt prædicti docto. idem eſſe, ſi ante pacem factam inimicus meus erat bãnitus: quia dictum ſtatutum fuit inductum in odium bannitorum,ideo pacto mutari nõ poteſt.l. tametſi, cum ibi not.ff.ad Macedo.maxime cum fuerit inductum propter publicam vtilitatem. & facit l.ius publicum.ff.de pact. ita dicit do. Alexan.in d.l.qui ſeruum.ff.de verbo.obligatio. vbi adducit plura.& ibi dicit, quod prædicta ſunt vera, quando cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bãnitum:ſecus ſi ſoli offenſo:quia tunc poterit per pactum tolli. allegat in argu. l.j. in fine. & l.iij.ff.de adimen. lega.& l.iuriſgentium.in §.ſed ſi paciſcar ff. de pactis. & dicit ꝙ ita limitat Bald.in l. reos. in xiiij. colum.C.de accuſatio.& Bald. & Salycet. in dicta. l. accuſationis. & in l. fina. C. ſi a non competen. iudi. Tu vltra eum dicas,ꝙ idem diſtinguendo dixit Bald. ſuper ſtatutis in verbo, miniſter &c. & ibidem in ver.pax. in j. ver. Et ſubdit d. Alexan. in d.l.qui ſeruum. ꝙ ad prædicta faciunt quæ ſcripſit Bartol. in l. aut facta. in.§. cauſa. ff. de pœnis. vbi dixit, quod ſi pace facta te offendi,nõ ex antiqua inimicitia, ſed ex noua cauſa, ſeu ex noua rixa,
85 † non dico rumpere pacem. argu. l. ſi de certa.C.de tranſ. quod dicit eſſe menti tenendũ perpetuo. & dicit ꝙ illud dictum ſequitur etiam Bald.in c. j. in princ. de pace tenenda. & Anton.de Butr. & Ioan. de Imo.in cap.cum inter P.de renun.& Ludoui.Roma.in l.ſemel mora. ff. ſoluto matrimo.

Item quærit etiam do. Alexan.in d.l.qui ſeruum.quando
86 † præſumatur ex antiqua cauſa? In quo dicit videndum eſſe Bald. in l. ſi prædium. in

penul. colum. C. de ædil. act. Subdit poſtea & dicit ibi Angel. quod ſi facta pace inter te & me ſuperueniat mihi iuſta cauſa offendendi te: vt quia poſt pacem me offendiſti, poſſum offendere te, nec dicor rũpere pacem. argu. d. l. qui ſeruum. & l. cum proponas. C. de pact. & ibi hoc voluit Bald. ad quod dicit do. Alexan. ſe dediſſe plures concordantias in d. l. ſemel mora. Dicit poſtea, quod illud non procederet in
87 treuga, † ſecundum Ange. allegantem Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de treuga & pace. in princ. quod dictum ſecundum eum ſequitur Rapha. & Paul. de Caſtro in d. l. qui ſeruum. & dicit, quod idem tenet Angel. & Imol. in dicta l. ſi ex legati cauſa. de verbo. obliga. & domi. Anto. poſt Ioan. An. in c. peruenit. de iureiur. poſt Archidia. xxxiiij. q. iij. in c. ille qui. & dicit quod fuit originale dictum Vincen. in c j. de treuga & pace. argu. c. inter verba. in fine. ij. quęſtio. iij. Refert poſtea Ioan. de Imol. in d. c. peruenit. dicere quod iſta differentia inter treugam & pacem eſt potius de cõſuetudine, quam de iure. per d. l. cum proponas. cũ ſi. Et dicit quod nõ obſtat tex. in l. actione. in. §. diximus. ff. pro ſocio. allegata per Ioan. An. & do. Anton. in d. cap. peruenit. quia non probat, nam ille text. loquitur quando cum dolo fieret renunciatio: quo caſu non procedit regula. dicta l. cum proponas. Non obſtat quod habetur in d. cap. inter verba. quia ibi loquitur de iure poli, non autem de iure fori. ita reſidet d. Alexan. in l. qui ſeruum. ff. de verbo. obligatio. Tu autem vltra do. Alexan. circa dictam differentiam inter pacem & treugam. vide do. Fely. in cap. j. in ij. colum. verſic. conſidera tamen diligenter &c. de treuga & pace, & in cap. ſignificante. in j. colum. de iudeis. & Rapha. in d. l. cum proponas. C. de pact. in ij. colum. & Soci. in conſi. xc. incip. in cauſa magnifici. in vlti. colum. in iij. volumi. & Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum, ſub rubrica de tranſac. & pac. in maleficijs. in ix. colum. in verſi. item pone quæſtionem &c. & domi. Nicol. Milum in ſuo reperto. in litera T. in vlti. colum. in ver. Treuga. & vide omnino quæ dixi in ſingul. meo cccxxxvij. incip. ſequutus &c. et omnino vide d. Pe. Phi. Cor. in conſ. ſuo clxxv. inci. conſuluit & in j. volu. &c. ibi in conſil. ccxvij. incip. viſo themate. in fine. & eundem in conſil. xlij. incip. plura &c. in ij. col. in ij. volu. & ibi in conſi. ccxviii. incipien. licet prædicti &c. in iij. colũ. in quibus locis tenet, ꝙ iura loquentia in frangente pacem, habeant locum etiam in frangente treugam per iura & rationes per eum ibi allegatas. Item circa primam quęſtionem, an liceat offendere bãnitum poſt pacem factam. vide Bal. in l. j. C. ſi a non compe. iudi. & in l. pacifci. C. de pactis. Item vide in materia d. Nellũ in tracta. bannitorum, in tertia parte ſecundi temporis. q. lij. et Ange. de Are. inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in §. in poteſtate.

teſtate. in vlti.col. & Paul.de Caſt.in conſi.cxiij. incip.viſo puncto &c.& Alex. in conſil. xix. incip. viſo proceſſu.in j. colum.in j.volumi. & in conſilio cccclxij.ſecundum ordinē meum.incip. viſo.& in conſil. cccclxiij.inci.[viſo &c.& Ludoui.Roma.in conſi. clv.in fi. & in conſilio clxxxiij.& eundem Ludoui.Roma.in conſil. ccxxxviij. in princ.incip. in caſu propoſito &c. Item in hac materia bannitorum adde
88 quod † bannitus in ære & in perſona, habetur pro mortuo, ſecundum Bal. multum not.in l.ſi qua pœna. ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. vbi dicit ꝙ ſi pater præterit filium bannitum in ære & in perſona, fiſcus non poterit nomine banni ti dicere teſtamentum nullum: quia bannitus mortuo æquiparatur: ſed mortuus non dicitur præteriti, ergo. Et ſubdit ibi Bald.& dicit, ꝙ filio bannito
89 banno capitali † non debetur legitima: quia perſona banniti non reputatur eſſe in rerum
90 natura, de quo ibi latius per eum. quod dictum pro notabili refert & ſequitur Barba.in cōſilio ſuo xlij.incip. iſta conſultatio, in j. charta. in vlti. col. in iij.volu.Pro quo dicto facit, nam ſtante ſtatuto ꝙ in contractu debeant interuenire duo affines, non poterit interuenire affinis bannitus. ita notabiliter dixit Bald. in conſilio ſuo xlix.incip quia verba ſtatuti. in vj.volu. Item pro illo dicto Bald.ꝙ bannitus æquiparetur mortuo,eſt tex.not.in l.j.§. fin.ff.de bono.poſſeſ.contratabu.& hoc etiam firmat Bald. in l.cum mulier.in vij.colum. verſicu. ex quarto arguitur.ff. ſoluto matrimo. & in l. tam mandatori.in prima colum.C. de non nume. pecun.& ibi ipſe allegat plura iura ad hoc.& idem dixit ipſe Bald.in l.j. in xij. colum. in fine. in ver. & propterea &c.de hære. inſti.& in rubrica C.qui accuſare non poſſunt. in vlti. colum.vbi dicit hoc eſſe verum in bannito pro aliquo delicto, ſecus autē in bannito pro debito ciuili:
91 quia talis bannitus † non habetur pro mortuo, ſed eſt integræ famæ, & ſtatus,ſecundum eum ibi. Item ſcias ꝙ quili-
92 bet bannitus † habetur pro fugitiuo, & poteſt capi quecunque die, ſecundum Bald.in l.j. in iij.colum.qui bo.ce.poſ. Et ſtatim quod quis eſt poſitus in
93 banno, cenſetur † eſſe in fuga, ſecundum do.Ioan.Bap.de Caccialupis in tracta. ſuo de debito.ſuſpectis & fugi.in ver. vltimo circa fin.verſi. ſecundo eſt ſciendum. Item bannitus poteſt a quocunque capi vt dixi.& habetur in l.fi. C. de ma leſi.& mathe. & voluit Bal. in l.j.in viij.col.in verſic.ex his apparet.C.de ſum.trini.& fide
94 cath. Item ſcias etiam † ꝙ banniti ex cauſa famoſa interim repelluntur a teſtimonio, ſecundum Bal.in l.cum mulier in xv. col.ff.ſol.matrimo. An
95 autem † bannitus ſit infamis? vide do. Nellum in tracta. ſuo bannito. in prima parte ſecundi tempo. q. xlix. & Barto.in l. ictus fuſtium. in ij. colum. ff. de his qui notan.infa. verſicu. quæro ergo.& per Alex.in cōſilio ſuo cxij.incipien. omiſſis argu.

argumentis &c. in ij. volu. Itē
ſi bannitus fuit reſtitutus per
96 principem, † an intelligatur
etiam reſtitutus ad famā, adeo
ꝙ poſsit eſſe teſtis? vide plene
per Alexan. in conſi. ſuo cxij.
præallegato. incip. omiſsis. in
ij. volu. & in conſi. cxiiij. inci-
pien. repetitus &c. Et quid ſi
erat bannitus pro crimine læſę
maieſtatis, vide Alexand. poſt
Ludo. Roma. in l. de pupillo. §.
ſi in pluribus. ff. de dam. infec.
& in l. j. ff. ad legem Iul. maie-
ſta. & Bertha. in ver. bannitus
liberatur. in ſecundo verſic. &
Nellum in tracta. bannitorum.
in j. parte tertij tempo. qō. iiij,
v. & vj. cum ſeq. & in eadē par
te. qō. xv. Item ſcias etiam ꝙ
97 infamis † non poteſt ad famā
reintegrari de ordinata iuſti-
tia, ſecundum Bal. in cap. veri-
tatis. in ij. col. de do. & contu.
Et ad prædicta ſcias, ꝙ ban-
nitus ſtatim quod eſt bannitus
98 perdit † ciuilitatem & deſinit
eſſe ciuis. ita probat text. in l.
poſtliminium. in. §. filius. & ibi
gloſ. clarius. ff. de capti. & vo-
luit etiam glo. in l. ſi quis tutor.
ff. de tute. & gl. in l. amiſsione.
in. §. qui deficiunt. ff. de capitis
diminu. & hoc etiam firmat
Bart. in l. fin. per illum text. ff.
de legatis. quem refert & ſequi
tur do. Nellus in tract. ſuo ban-
nito. in j. parte ſecundi tempo.
q. xcv. incipien. quæritur an bā
nitus. vbi etiam ad hoc addu-
cit Bald. in l. ſed milites. in. §.
ſed ignominia. ff. de excu. tut.
vbi dicit, ꝙ ſi fit proclama, ꝙ
quilibet ciuis teneatur ire ad
exercitum ſub certa pœna, ꝙ
non comprehenditur bannitus,
quia non eſt ciuis, de quo latius
per domi. Nellum vbi ſupra.
Et ꝙ bannitus perdat ciuili-
tatem, & omne beneficium in-
99 ductum a iure ſtatutario † il-
lius ciuitatis, a qua eſt banni-
tus, voluit Iacob. de Are. Bart.
& Ange. in l. ex facto. in. §. ex
facto. ff. ad Treb. & Cyn. Bar-
to. & Bald. in l. j. C. de hære. in-
ſti. vbi referunt ita publice di
ſputādo tenuiſſe Fede. de Senis
in quæſtione ſua incip. quæſtio
talis eſt, Titius filiusfami. &c.
& late concludit hoc Barto. in
diſputa. incipien. Lucanæ ciui-
tatis ſtatuto &c. & in extraua-
gan. qui ſint rebelles, in verbo,
rebellando. & Barto. & Bald.
in d. l. amiſsione. in. §. qui defi
ciunt. pro quo eſt bonus tex. in
l. certa forma. C. de iure fiſ. lib.
x. quæ omnia & quædam alia
refert Alexand. in conſilio ſuo
lxxv. incip. viſis diligenter. in
prima col. in j. vol. quod etiam
voluit Bal. in l. cum mulier. in
v. colum. verſi. ſtatuto cauetur,
ꝙ banniti. ff. ſoluto matrimo.
& in Margarita ſua in verbo,
excommunicatus in xij. col. in
verſi. incipien. excommunica-
tus repellitur &c. & Bal. in au
then. vt omnino. in iiij. colum.
verſic. dixi de perſona iudicis
&c. C. ne vxor pro marito. de
quo ego dixi etiā ſatis late in
conſilio meo incip. Spiritusſan
ctus ſit mihi a dextris. alias
inci. perlecto & mature diſcuſ-
ſo &c. in ſexta charta. vbi vi-
deas. Et ſcias etiam, ꝙ ban-
100 nitus ipſe † non perdit bene-
ficia iuris communis, & facul-
tatem ſuccedendi de iure com-
muni: ſed perdit tantum bene-
ficia inducta a ſtatutis illius ci-
uitatis, a qua eſt bannitus, ſe-
cundum

cundum Iacob.de Are. Bartol. & Angel. in l.ex facto.in §.ex facto. ff.ad Trebellia.Cyn. & Barto. in l.j. C. de hæredi. inſti. Bart. late in ſua diſputa.incipien. Lucanæ ciuitatis. & in extrauag. qui ſint rebel. in verbo, rebellando. & Bart.& Bal.in d.l. amiſsione. in.§.qui deficiunt. ff. de capit. dimi. & Bar.& Bal.in l.eius qui.§.j.ff. de teſta.& Bal. in l.Gallus. in §.& quid ſi tãtum.ff. de liber. & poſthu.de quo per Alexã. in conſi.ſuo lxxv. incip. viſis & diligenter perſpectis. in j. col. in j.volu.& per Pet.de Anch. in conſi.ſuo cclxxvj.inci. filio ſuo &c.& in conſi.ſuo 289.incip.iſte B. de Gannitio. & per Bal.in addi.Spec.in titu.de iuriſ.om.iudi.in j.colũ. in verſi. ſi poteſtas.& per Ludo.Bolog. in conſi. ſuo lvij. in iij. colum. & per do.Nellum in tract.ban nitorum,in prima parte ſecundi tempo. q.iiij.& quæſt xj & ibi.q.v.& q.xxxvij. & xxx-
101 viij. Item† an bannitus perdat patriam poteſtatem, adeo ꝙ eius filij poſsint facere teſtamentum: dicas ꝙ non, ſecundũ do. Nellum in tract. banni. in prima parte ſecundi tempo. q.
102 xxj. Item an perdat† tutelam, & deſinat eſſe tutor vel executor, arbiter vel arbitrator, vide de his omnibus do. Nellum in d.tracta. bannitorũ. in j. parte ſecundi tempo. qõ. xl.xl. xlij.xliij.& xlv. Itẽ
103 an† bannitus perdat alimenta ab illis,qui tenebantur ſibi ad alimenta ante bannum,vide d. Nellũ vbi ſupra quæſt. xlviij. & ibi in qõ.lij.& liij. ponit an perdat factionem teſtamenti,
104 An autẽ †bannito poſsit fieri ſaluuſconductus per iudicem ſeu officialem. vide Salyce. in l.cum indulgentia. in ij. colũ. C.de ſenten.paſ. & per Alber. de Roſa.in quarta parte ſtatu. q.xxxiij.incip.quęro etiã aliã quæſtionem,bannitus de maleficio & Ang.in quæſtio.incip. Bononienſis &c. in ſexto dubio.& docto.in c. venientes.de iureiur. Alexan.poſt Bartol.et alios in l.is qui reus.ff.de pub. iudi.do.Fely.in c.accedens. il ij.in ij.colum.vt lit. non conteſta.do.Nellum in tract. bannito. in prima parte primi tẽpo. in iij. q.Paul. de Caſt.in conſi. xxxiiij.inci.licet iſta ſit quæſtio. Et circa prædictam materiam bannitorum ſcias etiã, ꝙ licet bannitus ex forma ſtatutorum debeat haberi pro cõfeſſo, nihilominus debet con-
105 demnari per iudicem,† alias non poſſet fieri executio bãni contra eum. ita dixit Iacob. Butr. in l.ij.in.§.ꝙ ſi actor. C. de iuramẽ. calum. quem refert & ſequitur Bal. in cap.fi.circa princi.extra de iura. cal. Pro quo faciunt dicta per Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo xxxiij. incip. ſuper primo quæſito. in ij. colum. in verſicu. ſecundus quando loquitur &c. vbi dicit, ꝙ ſi talis declaratio iudicis nõ ſit ſequuta, videlicet, ꝙ talis bãniendus, fuerit contumax, & ideo ponitur in banno: tunc licet terminus ſibi datus ad com parẽdum ſit lapſus, tales inquiſiti bannięndi non habentur pro confeſsis: quia ſtatutum diſponens, ꝙ tales pro confeſsis habeantur, debet intelligi ſane, videlicet, non ipſo iure, ſed

per ſententiā, vt expreſſe vult glo. ſecundum eum. in l. ij. in §. ſed ſi actor. C. de iuramen. calum. in prima glo. ibi no. Item adducit etiam ad hoc Barto. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. & faciunt etiam not. per Petr. & Cyn. in l. ij. C. de legi. vbi dicunt, ꝙ quotieſcunque lex aliqua dicit aliquem in famari ex aliquo facto, intelligitur ſcilicet mediante ſententia declaratoria iudicis, & non aliter. arg. l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & facit ſecundū eum cap. iudex. in fine. de offic. deleg. in vj. vbi non ſufficit iudicem eſſe ſuſpectum, vt deſinat eſſe iudex, niſi ſuper hoc ſit ſequuta declaratio iudicis. de quo etiam per Barto. in ſimili. in l. ſi ſtipulatio. in fin. princip. ff. de oper. no. nuntia. Et ſubdit Paul. de Caſt. in d. conſilio, ꝙ poſito, ꝙ ante dictam declarationem haberentur pro confeſſis, non tamen irreuocabiliter, ſed reuocabiliter vſque ac dictam declarationem. arg. l. ſancimus. C. de fideiuſſo. de quibus latius per eum. in dicto conſil. xxxiij. Sed vltra Pau. de Caſt. adde tu bonum text. in c. cum ſecundum. in. §. confiſcationis. de hære. in vj. vbi dicitur, ꝙ bona hæreticorū ipſo iure ſunt confiſcata, ſubdit tamē ibi Papa, ꝙ executio talis confiſcationis non debet fieri per principes, ſeu ſuperiores antequam per epiſcopū loci, vel per aliā perſonam eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. & hoc ibi firmant docto. maxime Gemi. & idem firmat Oldra. conſilio cclxxj. incipien. quæſtio talis eſt &c. circa fi. & idem in ſimili videtur firmare gloſ. in clemen. j. in verbo, commode. de pœnis. & text. in cle. præſenti. de cenſi. & gloſſ. in cap. Imperialem. in ver. reuertatur. de prohi. feu. aliena. per Federi. in vſib. feud. Et hanc partem tenet etiam dom. Anto. in c. cum dilecti. de dolo & contu. in vij. colum. in verſi. vltimo aduerte &c. vbi dicit colligi ex illo tex. ꝙ iudex debet eſſe cautus, quando procedit contra aliquē tanquam contra contumacem, qui ex forma legis, vel ſtatuti haberi debet pro confeſſo,
106 † vt ante omnia aliquid interloquatur, per quod oſtendat eum eſſe contumacem, & ſic oſtendat etiam ſibi liquere de contumacia. Nam non ſufficit eum eſſe contumacem, niſi ſibi liqueat. alleg. l. hæc autem. in ver. conſtare liquereq; prætori. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur. & allegat Bart. in l. iiij. in. §. prætor. ff. de damno infecto. & idem tenet domi. An. in ca. cum dilecti. de elect. de quo etiam dixi ſupra, in. §. poſtquā. nume. 37. Et idem etiam videtur firmare Bartol. in l. ij. in §. ꝙ ſi actor. C. de iura. calum. vbi quærit ſi ex forma legis, vel ſtatuti contumax in reſpōdendo poſitionibus debet haberi pro confeſſo, an hoc caſu ad hoc, vt habeatur pro confeſſo ſufficiat, ꝙ recuſet reſpondere, vel ſit contumax in reſpondendo: an vero ſit neceſſe, ꝙ hoc pronuntietur per interlocutoriam iudicis. & dicit ꝙ neceſſe eſt, ꝙ pronuntietur per interlocutoriam iudicis eum haberi

beri pro confeſſo. pro quo alle. tex. in d.l. eius qui delatorem. Et idem tenet etiam Angel. de Aret. in tracta. ſuo malefic. in verbo, qui iudex. in v. char. in ver. quæritur tamen. vbi alleg. hoc voluiſſe Bal. in l. tranſigere. in fin. C. de tranſact. & in l. iubemus. §. œconomos. C. de ſacroſan. eccl. & in cap. j. quibus modis feu. amitta. & in cap. j. de feu. ſine cul. non amit. & in cap. vaſallus. de alie. feud. & hoc etiam Bartol. tenet in tracta. ſuo qui ſint rebelles. in ver. rebellando. in tertia colum. in ver. primo caſu &c. & idem tenet Pet. de Anchar. in conſilio ſuo cxc. incipien. plura contra proceſſum. in ij. colum. vbi dicit, ꝙ ſententia canonis, vel le

107 gis † non habet iudicis officium executiuum, niſi ſequatur ſententia hominis cum cauſæ cognitione. alleg. d. ca. cum ſecundum. de hære. in vj. & clemen. præſenti. de cenſi. & not. per Ioan. Andr. in cap. ſi qui. de præſcrip. in vj. & l. ſicut. & quod ibi nota. C. de præſcript. xxx. vel xl. annorum. Item ad prædicta facit: nam notarius committens falſum, propter quod ex forma ſtatuti ſit priuatus officio tabellionatus,

108 † tamen poteſt conficere inſtrumenta, & valent antequam ſit priuatus officio tabellionatus per ſententiam iudicis, ſecundum Specul. in titu. de inſtru. edit. in. §. reſtat. in ver. quid ſi tabellio. & in verſicu. quid ſi confectum. & in eodem titu. in. §. inſtrumentum. in ver. quid ſi aliquod &c. quod etiam tenet Bar. in cõſi. ſuo clxxiiij. & Ioannes de Caſtro Duranti &c. Abb. poſt Innocen. & alios in cap. fraternitatis. de hęre. pro quo eſt tex. & ibi hoc expreſse affirmat Bald. in l. ſi quis decurio. C. ad leg. Corne. de Fal. in verſic. ſed non ſtatim deſinit eſſe decurio &c. & Bartol. in l. Barbarius. in repe. in vlti. charta. ff. de officio Præto. & Bal. in cap. ſi inter pares. de lege Corra. & in l. Caſsius. ff. de ſena. & in authenti. habita. in x. colum. C. ne fil. pro patre. Bald. & Angel. in l. ij. in. §. miles. ff. de his qui notan. infa. Bald. in lege j. C. de teſt. & in l. in exercendis. C. de fide inſtru. & in l. ij. C. de ſen. & Paulus de Caſtro in conſi. ccvij. incipien. ſuper primo. in ij. colũ. in princ. Item etiam pro prędictis adduci poteſt glo. in ca. j. extra de ſagitta. & glo. in cap. ſicut tuis bonis. de ſymo. & in cap. j. de eo qui furti. or. ſuſce. & glo. fin. in c. cum eſſes. extra de teſta. & gloſſ. in c. ſalonitanæ. lxiij. diſtinctio. in quibus glo. dicitur, ꝙ ſi ab aliqua lege, vel ſtatuto aliquid prohibitum eſt ſub certa pœna, ꝙ

109 contraueniens nõ poteſt † grauari ad ſoluendam illam pœnam, niſi ſuper ea ſequatur ſententia declaratoria iudicis: quod firmat & approbat domi. Bartholom. Cæpo. in conſilio ſuo decimotertio. incipien. ſtante quadam &c. in iij. colum. vbi allegat dictas glo. Et addi etiam poteſt prædictis quod voluit Petrus de Anchara. in conſilio ſuo ccxl. incipiente, per prædicta &c. circa finem. vbi dicit, quod omnis executio eſt ſuſpenſa contra excommunicatum, ante-

110 † antequam ſit declaratū ip-
ſum eſſe excommunicatū. Pro
quo etiam faciunt dicta per eū-
dem Petr. de Ancha. in conſil.
ſuo cxxxix. incipien. tribus de
cauſis &c. vbi dicit, ꝙ ad hoc,
vt quis ſit infamis, requiritur
111 † confeſsio ipſius in iudicio,
vel ſententia iudicis, nec ſuffi-
cit probatio criminis. alleg.
hoc voluiſſe Ioan. An. in cap. ſi
qui. de præſcrip. in vj. & dicit
ꝙ pro hoc faciūt not. in clem.
religioſi. de ſenten. excommu-
nica. Et facit glo. in c. ſi diligē
ti. de foro competen. in verbo,
perdant. quæ intelligit illum
text. volentem ꝙ clericus, qui
relicto foro eccleſiaſtico vadit
ad iudicem ſecularem, ꝙ amit
tit illud, quod euinceret. & gl.
ibi intelligit ꝙ amittit per ſen
tentiam. Ad idem etiam in ſi-
mili facit gl. in l. ſi quis in tan-
tam. in verbo, amittat. C, vnde
vi. vbi dicitur, ꝙ ſi quis intra-
uerit violenter poſſeſsionē ali-
cuius rei, apud aliquem exiſten
tem, eam rem reſtituat illi poſ-
ſeſſori: & ſi quod ius habebat
in illa re, illud ius amittat. &
gloſſ. ibi dicit ꝙ intelligitur, ꝙ
112 illud ius amittere debet † per
ſententiam, & non ipſo iure. &
facit in ſimili gloſſa in l. iube-
mus. in. §. ſane. C. de ſacroſan.
eccl. & glo. in reg. in pœnis. de
regulis iuris. in vj. Et hanc
ſupradictam partem per prædi-
cta iura tenet Ludo. Roma. in
conſil. ſuo ccxij. incipien. quo
ad primum. in vlti. colum. vbi
ſubdit idem eſſe ſi ſtatutum di-
cat, ꝙ ſi vaſallus in dominum
aliquam feloniam commiſerit,
feudum amittat: ꝙ intelligit
per ſententiam. Ad quod alle-
gat gloſſ. in cap. j. de feu. ſine
cul. non amit. & in c. j. in. §. ſan-
cimus. quo tempo. miles. & idē
tenet Ange. in l. eorum. in prin.
ff. de damno infec. & Alex. in
l. Imperator. ff. de iure fiſ. Ac-
cedat etiam ad prædicta nota-
bile verbum Bald. in cap. j. in
prin. in ij. colum. in titu. hic fi-
nitur lex Corra. & inci. con-
ſuet. reg. vbi dicit, ꝙ licet ſtatu
113 tum poſsit ipſo facto † aliquē
bannire, vel ad mortem condē
nare, ſecundum glo. in l. amiſ-
ſione. in. §. qui deficiunt. ff. de
capi. dimi. quod etiam caſu iſto
requiritur ſententia declarato
ria iudicis antequam fiat exe-
cutio. alleg. ad hoc d. c, cum ſe-
cundum. & tex. & gloſſ. in au-
then. de inceſt. nuptiis. in prin.
& ibi Iacob. de Belui. Itē pro
hac parte facit glo. in l. j. in ver
ſic. afficerentur. C. ne li. poten.
vbi dicit text. ꝙ illi, qui aduo-
cant patrocinium potētiorum,
iactura cauſę afficiuntur. & ibi
gloſſ. dicit, ꝙ requiritur ſenten-
tia declaratoria iudicis ſuper
hoc. Item adduci poteſt tex. in
cap, cum ancillis. C. de inceſt.
nup. vbi dicitur, ꝙ in pœnis
requiritur ſententia iudicis,
114 † adeo ꝙ incurrens pœnam
non punitur, niſi præcedat ſen-
tentia iudicis. quem text. pon-
derat ibi Bal. ad hoc. Item ad
prædicta facit etiam tex. & gl.
in cap. cupientes. in. §. ſi vero
in diſcordia. de elect. in vj. in
verbo, priuentur. vbi text. di-
cit, ꝙ ſi facta eſt aliqua electio
in diſcordia eligentium, ꝙ tūc
duæ perſonæ mittendæ ſunt in-
ſtructæ ad Papā, vt prouideat,
& hoc expenſis electi vel ele-
ctorum: quas expenſas ſi recu-

ſauerint

fauerint dare, niſi ſint paupe-
res, priuentur omni iure ſibi
ex tali electione quæſito.& gl.
ibi dicit, ꝙ ſunt priuandi ꝑ ſen-
tentiam iudicis, quia non ſunt
ipſo iure priuati. Item pro iſtis
facit etiam glo.in ca. ſi quis ex
clericis. de vita & honeſtate
cleri. vbi text. dicit, ꝙ ſi quis
clericus comam relaxauerit,
ſit excommunicatus, dicit ibi
glo. non ipſo iure ſed per ſentẽ
tiam.& ibi Abb.not.illam gl.
ad hoc.item facit glo.in c.qui-
cunque.de hæreti.in vj.in ver-
ſicu.innodetur. vbi tex.dicit,
ꝙ ſi quis laicus publice de fide
diſputauerit, pœnam excõmu-
nicationis innodetur: & gl.ibi
concludit.ꝙ non ipſo iure,ſed
per ſententiam erit excommu-
nicatus. Et facit glo.in c.ij. in
ver. ſequeſtratus. de foro com-
peten.quæ ſupplet ad tex.& di
cit, per ſententiam iudicis. Et
facit tex.l.vectigali fundo. ff.
de pign.vbi dicitur,ꝙ ſi a par-
tibus cõuentum eſt, ꝙ ſi canon
non ſoluatur pro re emphyteu-
tica ad certum tempus,ꝙ talis
fundus ad dominum reuertere-
tur.ꝙ ſi canon illo tempore nõ
fuerit ſolutus,ꝙ fundus ille re-
uertitur ad dominum,non ipſo
iure,ſed per ſententiam, quem
tex.allegant communiter ſcri-
bẽtes in l.ij. C.de iure emphy.
Item ad prædicta facit etiã
doctrina Speca.in tit. de loca.
in §.nunc aliqua.in ver.xlvij.
vbi relatis opinionibus multo
rum concludit, ꝙ emphyteuta
qui promiſit et conuenit ſolue-
re fictum ſingulo anno,alias ꝙ
caderet a iure ſuo: ſi ceſſauerit
115 ſoluere,ꝙ nõ intelligitur † ce-
cidiſſe a iure ſuo ipſo iure, ſed
ſuper hoc requiritur ſententia
iudicis.quam etiam opinionem
tenet Imola in c.potuit. de loc.
& doct. maxime antiqui.in le-
ge ſecunda.C. de iure emphy-
teu. & hoc per tex.ibi qui vti-
tur verbo, cadet, ꝙ eſt verbum
futuri temporis. quæ verba fu
116 turi temporis nunquam † in-
telliguntur ipſo iure, ſed demũ
per ſententiam: vt voluit glo.
communiter approbata in l.iu-
bemus.§.ſane.el. j. C.de ſacro-
ſan. eccleſ. & gloſſ. in l.in cri-
minali C.de iuriſd.om.iudi.Et
idem de canone non ſoluto te-
nuit Pet.de Anchar.in conſilio
ſuo lxij. incipien. motiua iudi-
cis.& Ludo.Roma.in conſilio
ſuo ccxij.incipien. quo ad pri-
mum.in ij. colum. & Hoſtien.
in ſumma de loca. in.§. quid ſit
de natura. & Pet.de Ancha.in
conſil.clxxvj.incipien.quo ad
declarationem dubij &c.& idẽ
tenet Albe.in l.ij.C.de iure em
phyte.& in authen.qui rem.C.
de ſacroſan.eccleſ. & Paul.de
Caſt. in conſi.cxxxv. incipiẽ.
in caſu præſenti. & idem tenet
Abb.in cap.ſi diligenti.in viij.
colum. de foro competenti. &
do. Anto.in conſi. ſuo xxij.in-
cipien.viſis punctis &c.in j. co
lum. de quo vide etiam quæ di
cam infra in nume.122. Et fa-
ciunt etiam dicta per Lapum
alleg.cxxvij.incipien. Anaſta
ſius canonicus. in fine. vbi di-
xit, ꝙ ſi quis eſt priuatus ipſo
iure ſuo beneficio,requiritur ta
men ſententia declaratoria iu-
dicis. Item facit etiam ad pre-
dicta. Nam vbi lex, vel ſtatu-
tum annullat actum propter ali
quod factum, vel non factum,
tũc,ad hoc vt ille actus ſit nul-
lus,

lus, requiritur ſententia decla-
ratoria iudicis: vtputa dicit ſta
tutum, ꝙ ſententia ſit nulla,
niſi intra decem dies fuerit re-
giſtrata ad cameram actorum:
hoc caſu, ſi talis ſententia non
117 fuerit regiſtrata † intra illos
decem dies, ad hoc vt ſit nulla
requiritur, ꝙ ſequatur ſenten-
tia declaratoria iudicis ſuper
hoc. dixit Barto. in l. j. ff. de te-
ſtam. quem referunt & ſequun
tur Moder. in l. ſi quis maior.
C. de tranſac. de quo ego latius
dixi in conſilio meo xcvij. in-
cip. ſummi Dei inuocato præſi
dio. in conſilijs ciuilibus. Et fa
ciunt pro prædictis, quę voluit
Barto. in l. j. in fine. C. de colle-
gi. lib. xj. & per do. Felyn. in c.
inſinuatum. poſt prin. de ſymo.
& per d. Ant. & Ioan. de Imo.
in c. iij. de poſtu. & per do. Fel.
in c. nonnulli. in §. ſunt & alij.
in xij. & xiij. colum. de reſcri-
ptis. & in c. ex parte. el j. in ij.
& iij. col. eodem titu. & in cap.
cæterum. in vij. colum. & in c.
ſciſcitatus. in j. & ij. col. eod. ti
tu. Et facit etiam pro prędictis
quod voluit Barto. in conſi. ſuo
incipien. quæritur vtrum p viã
retentionis &c. & Paulus de
Caſtr. referens eum in conſilio
ſuo ccxix. incipien. in cauſa
quæ vertitur &c. in fine. vbi di
118 xerunt, † ꝙ licet mulier in
inſtrumento dotali habeat ex-
preſſe obligata, & hypotheca-
ta bona mariti, & præferatur
habentibus anteriorem hypo-
thecam, iuxta ea quæ haben-
tur in l. aſsiduis. C. qui potio.
in pigno. ha. & in l. j. ff. ſoluto
matri. attamen ipſa mulier nõ
poterit ĩpedire creditores ma-
riti, niſi primo agat contra vi-
rum, & petat ſibi dotem aſsi-
gnari aliqua iuſta de cauſa, pu-
ta, quia maritus vergat ad ino
piam, & ſuper hoc ſequuta fue-
rit ſententia declaratoria iudi-
cis. quod etiam nota. Et illud
conſilium Bartol. etiam refert
& ſequitur ipſe Paul. de Caſt.
in l. ij. in prin. in j. col. ff. ſoluto
matri. de quo dicto feci mentio
nem in l. j. in xij. colum. C. de
exec. rei iud. & in authen. agri
cultores. C. quæ res pig. oblig.
non poſ. & in l. ſi quis ne quæ-
ſtio. in iij. col. ff. de quæſtio. pro
quo dicto faciunt optime dicta
per Cy. & Bal. poſt gloſ. ibi in
l. vbi adhuc. in xj. quæſtio. C.
de iure dot. vbi dicunt quod li
cet mulier in dote habeat plu-
119 ra priuilegia, † tamen non
poteſt agere hypothecaria con
tra tertios poſſeſſores, niſi pri-
mo fecerit excuſsionem in bo-
nis mariti: quam doctrinam vi
detur approbare Bal. Nouellus
in tractatu de dotibus. in viij.
parte. in pe. priuilegio, licet
ipſe in eodem tracta. in vij. par
te. in xxxiiij. priuilegio cone-
tur impugnare d. conſiliũ Bar.
& male iudicio meo. vide ta-
men omnino quæ dixi in ſing.
meo cclxxiiij. incipien. licet
regulariter. et quę dixi in alio
ſingu. meo ccccv. incip. ius ſibi
dicere &c. & Soci. in conſi. ſuo
cxj. incip. viſa &c. in ij. colũ,
in iij. volu. Modo ex ſupra-
dictis omnibus videtur conclu
dendum in principali quæſtio-
ne noſtra de bannito, videli-
cet, ꝙ ad hoc vt bannitus poſ-
ſit puniri pro bannito, & ad
hoc vt iura loquentia de banni
tis habeant locum in bannito,
nõ ſufficit, ꝙ fuerit contumax;

& habitus

& habitus pro confeſſo ex for-ma legis vel ſtatuti, ſed requi-ritur qđ ſuper hoc ſequuta fue-rit ſententia declaratoria iudi-cis. Sed contra prædicta ꝙ non requiratur ſentētia iudicis, ſed ſatis ſit de ſententia legis, vel ſtatuti, adduci poteſt text. & glo. in cap. pro humani, de ho-mi. in vj. vbi habetur, ꝙ poſt
120 ſententiam† ipſo iure prola-tam ſit executio libere, etiam aliter non citato ipſo condem-nato: item facit optime glo. in l. pe. §. cum autem. C. ad Treb. quæ dixit, ꝙ ſufficit quem eſſe contumacem conſtare ex actis
121 abſque eo. †ꝙ iudex pronun-tiet, ſeu declaret illum eſſe con-tumacem. & illam gloſ. dixit ad hoc ſing. & vnicam in iure. Bald. ibi in vlti. col. ex qua di-cit, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ con-tumax ponatur in banno, quod iſto caſu non eſt neceſſe, quod iudex interloquatur, vel pronū-tiet illum fore contumacem. Et illam glo. etiam alleg. Bald. pro ſing. in authen. ſed cum te-ſtator. in pen. colum. ver. quæro nūquid. C. ad leg. Fal. & in l. j. ī iij. col. ver. ſcias aūt. C. ne ex delic. defun. vbi alleg. d. glo. de qua gloſſ. etiam loquutus ſum ſupra in §. poſtquam. nume. 42. Item etiam pro hac parte facit optime tex. iuncta glo. in c. ex-tirpandæ. de præben. vbi dicit tex. ꝙ rector parochialis eccle-ſiæ, in ea nō reſidens, vel nō te-nēs ibi vicarium, priuatur ipſa eccleſia. & glo. ibi dicit ipſo iu-re, & ſic nō per ſentētiā. Itē pro hac parte facit gl. not. in l. j. C. de his quibus vt indignis. quæ dixit, ꝙ pœna appoſita nō vin-dicanti mortē defuncti, ipſo fa-cto eſt inflicta heredi, qñ habuit facultatē vindicādi, & nō vin-dicauit. de qua glo. facit feſtum Bartol in l. in cognitione. ff. ad Sylla. & Abb. in d. c. extirpan-dæ §. j. in vlt. col. de preben. Et facit glo. iuncta tex. in c. iij. de raptoribus. vbi dicit, ꝙ excom-municantur ſpoliantes naufra-gium patientes, niſi ablata re-ſtituant. & ibi gloſſ. dicit ip-ſo iure, & ſic non per ſenten-tiam iudicis. Item facit etiam pro hac parte tex. in cap. vni-co. de iniur. in vj. vbi dicitur, quod contra perſonas eccleſia-ſticas non poſſunt concedi re-preſaliæ, & illi, qui contra fe-cerint, ſententiam excommu-nicationis incurrant. & glo. ibi dicit, quod incurrūt illam ex-communicationem ipſo iure, non per ſententiam. Item fa-cit gloſ. in cap. ſi quis ſuaden-te. xvij. quæſt. iiij. vbi tex. di-cit, quod ſi quis manus violen-tas poſuerit in clericum, quod 12
incurrit excommunicationem. & ibi gloſſ. dicit, quod eam incurrit ipſo iure, non per ſen-tentiam. Item facit text. in cle-men. j. de ſepul. vbi dicitur, quod ille qui ſepelit manife-ſtum vſurarium ſine licentia ſuperioris, ſed ex temeritate ſua, quod incurrit excommu-nicationem ipſo iure, non per ſententiam. Et facit gloſſ. in clemen. j. de ſenten. excommu. in verſ. excommunicationis quæ enumerat quinquaginta ca-ſus, in quibus incurritur ex-communicatio ipſo iure, non expectata ſententia iudicis. Et faciunt dicta per Abb. in c. quia in omnibus. extra de vſu. Itē pro hac parte facit tex. iūcta

cta glo.in l.prouidēdum.C. de poſtu.vbi text. dicit, ꝙ ſi quis ſine iuſta cauſa recuſauerit patrocinium ſuum alicui, quod tunc talis foro careat. & ibi glo.dixit ipſo iure, & non per ſententiam, quam gloſſam dixit ibi ſing. Angel. & facit ēt glo. in l.ſi cum dies. in.§.compromiſſo. in verbo, committi. de arbi.& ibi docto. vbi text. dicit,pœnam committi,& glo. ibi dicit,ipſo iure.& facit tex. in l.ij.in verbo,nulla.ff.de iudi.itē pro hac parte facit text. & ibi doctrina Angel.in auth. de litig. in §. fina. vbi dicitur ꝙ ille,qui litem derelinquit,cadit a iure ſuo.& Angel. ibi dicit,ꝙ ille tex. intelligitur ipſo iure, non autem per ſententiam.Item facit pro hac parte quod voluit Bal. in addi.Specu.in titu.de loca. in vij. colū. in fin. vbi tenet, ꝙ ſi emphyteuta non ſoluit canonem debi-
122 to tempore, cadat † ipſo iure a iure ſuo,& nō requiritur ſententia iudicis,quod etiam tenet do.Alex.in conſi.ſuo cclxvij. quod incip. viſa &c. Bald. in authē.qui rem.C. de ſacroſan. eccleſ. & Angel. in.§.ſi vero. in authen. de non alie. & do. Anto. in c. potuit. de loca. & ibi Ioan.de Imo. & idem Ioā. de Imol. in repe. cap. fina. de præſcrip.poſt med. & in c. ex parte.de feud.in ix. colum. & Saly.in l.ij.C. de iure emphy. in iij.qō.& idem tenet Ang.in conſi.ſuo cccx.incip.in themate prædicto. & Abb. in conſi. lxxiiij.incip.duo principalia. & Bald. in conſil. cclxxvij. incipien. ad euidentiam. in j. volu.& in conſi.ccccvj.incip. ſuper facto. in iiij. volumi. & Alexan. in conſi. ccxxix. incip. circa proceſſum,in pen.colum.vbi omnes prædicti doct. tenent hanc partem.ad quod tamen vide quæ dixi ſupra, in hoc §. nume. 116. Et ſic ex iſtis redditur dubia ſupradicta quæſtio de bannito. Quid ergo dicendum? Docto.in hoc dubitabili paſſu veniunt ad hanc diſtinctionem & concordiam, videlicet, ꝙ aut lex, vel ſtatutum loquitur per verba futuri temporis, & tunc requiritur ſententia iudicis: quia verba futuri temporis non ſunt canones latæ ſententiæ,ſed ferendæ, vt voluit gloſſ. in d.l. iubemus.§. ſane.C.de ſacroſan. eccleſ. & in l.in criminali.C.de iuriſdi.
123 om. iudic. Aut † lex loquitur per verba præteriti temporis, & tunc non requiritur ſententia: Aut loquitur per verba futuri temporis,quibus adiuncta ſunt aliqua verba præciſa & importantia canonem latę ſententiæ, & tunc non requiritur ſententia. Exemplum ponunt: ſi lex viatur verbo, ipſo iure, eoipſo facto,vel ſimilia: vt eſt verbum Mox,allegant quę habentur in authen.de ince.nup. in prin.vj. & in cap. eum qui. de præben. in vj. & idem dicūt de verbo,Penitus vel Prorſus,vel Omnino.alleg.text. in auth.vt defun.ſeu fune. & glo. in l.ſi qui.C.de poſtu. Et idem ſi lex viatur verbis,modis omnibus,vt probatur in d. authē. vt defun.ſeu fu.ita finaliter dicunt docto.in d.l.eius qui delatorem. & in d.l. Imperator.ff. de iur.fiſci.& in d.l.ij.C.de iure emphy.& Mathę.in no. ſuo cxij.

cxij. incip. not. quod vbicun-
que &c. & Ludoui. Roma. in
ſing.ſuo j.& ij.& iſta diſtinctio
& concordia communiter fit
& tenetur a doct. in locis ſu-
perius allega, Ego autem in
iudicando & conſulendo tene-
rem primam opi.ſ.ꝙ requira-
tur ſententia iudicis declarato
ria,non attenta hac diſtinctio-
ne:& hoc per tex. cui non po-
teſt reſponderi in d. c. cum ſe-
cundum.§.fin.de hæreti. in vj.
vbi tex.vtitur verbo præciſo,
Omnimodo, quod importat ca
nonem latæ ſententiæ, ſcilicet
ipſo iure: tamen dicit ibi Pa-
pa, ꝙ requiritur ſententia iudi
cis.Item etiam per tex.& glo.
in authen. ad hæc. C. de vſu.
vbi tex.vtitur verbo præciſo,
ſcilicet, Omnimodo, quod im-
portat canonem latæ ſentẽtię:
vt volunt docto.in dictis locis.
attamen dicit ibi gloſſ. ꝙ illa
verba intelliguntur ipſo iure,
vel per exceptionem, quod eſt
verius.ideo non audeo recede-
re a prima opi.cogita &c. Et
ſcias ꝙ ſi in lege vel ſtatuto
non exprimeretur, ꝙ quis in-
curreret pœnam ipſo iure,nec
124 per ſententiam:†tũc ſemper
debet intelligi per ſententiam,
ita dixit Bal.in l.j.C. de legi.
in finalibus verbis,quod eſt di
ligenter not. Remaneo igitur
circa quęſtionem proxime for
matam,ꝙ licet ex forma legis
vel ſtatuti cõtumax debeat ha
beri pro confeſſo, ꝙ tamen ad
hoc, vt executio banni poſſit
fieri contra eum, erit neceſſa-
ria ſententia iudicis declarato
ria ſuper hoc, per iura præal-
leg.Non omitto tñ vnum,vide
licet,ꝙ vbicunque eſſemus in

125 notorijs, † non requireretur
ſentẽtia iudicis, quomodocũq;
loqueretur lex,ſecundũ d. Ant.
in c.peruenit.el j.de appel. &
Geminia.in d.c. cum ſecundũ.
in.§.fi. quod etiam tenet Abb.
in repe.c.ad noſtram.in iij.co-
lum.de iureiur.& in c.eccleſia
ſanctæ Mariæ.de cõſti. & hoc
per text. & ibi voluit Bartol.
in l.ictus fuſtium. ff. de his qui
not. infa. vbi probatur ſecũdũ
vnam lecturam, ꝙ in notorijs
non requiritur cauſæ cogni-
tio,nec ſolennitas ſententiæ.et
facit quod voluit Pet. de An-
cha.in conſi.ſuo cxcvij. incip.
ſubtiliter & ad plenum. in fi.j.
126 col.†vbi dixit,ꝙ in notorijs
ſolennitas iuris relaxatur. al-
leg.c.j.de elect.& c.ad noſtrã.
de iureiuran.de quo etiam per
do.Fely.in cap.eccleſia ſanctæ
Mariæ.in ix.colum.de conſti.
Et facit etiam quod not. Bart.
in l.ij.in §.ſi de frumentaria.
ff.de admi.rerum ad ciui.pert.
vbi dixit,ꝙ valet ſententia la
ta parte abſente & non citata,
127 †quando conſtat eidem parti
nullam defenſionem compete-
re.quod dictum ſequitur Abb.
in cap. ex inſinuatione. de ap-
pella.& in c.j.in ij. col.de cau
ſa poſſeſ.& proprie.& in cap.
cum olim.in vj.col. poſt Hoſt.
ibi de re iudica. Et idem vo-
luit Bald.in l.vt vim.ff.de iu-
ſti.& iure. per l. qui de crimi-
ne.ff. de adulte.& idem dixit
Bal.in l. iubemus.C.de defen.
ciui.& in authẽ.ſed nouo iure.
C.de ſeruis fugi.pro quibus fa
cit optime tex.in c. bonæ me-
moriæ.de elect.& faciũt dicta
per Soci.in conſi.ſuo iiij.inci.
ſuper quæſt.in vij. colum. poſt

med.in iiſ.volu.& faciunt quæ dixi ſupra in.§.poſtquam.nu. 44.& 45.& in repet. mea. l.de vnoquoque.ff. de re iudic. in xvj.col.verſi.ego adduco &c. & ibi in xvij. colum. in fin. in ver.xxvj.caſus &c. de quo ēt per do.Philip. Deci. in conſil. cclxxiiij.incipien. viſo decreto.in fin. Et ad prædicta facit quod voluit Inno. in cap. cum
128 in cunctis.de elect. † vbi dixit,ꝙ vbi quis eſt notorie doctus, ſi vult doctorari non debet examinari ī collegio:quod etiam dixit Abb.in c.conſtitutus.el ij.de appel.& dixit Bar. in l.libellorum.ff.de accuſa.& in l.demonſtratio.ff. de condictio.& demon. ꝙ vbi locus eſt euidenter notorius,nō eſt opus, quod apponantur confinia. Et facit etiam quod voluit Bar.in l.ſi ego.in fin.princi.ff. ſi cert. peta. & gloſſ.in l.decem. ff.de verbo.obliga.& Moder. in l. exitus controuerſiæ. ff. de acqui.poſſeſ.vbi dixerūt,ꝙ quādo notorium eſt,ꝙ principalis
129 non eſt ſoluendo,†tunc poteſt conueniri fideiuſſor aliter non facta excuſsione principalis. Et facit optime qd voluit Pet. de Anch.in cōſi.ſuo clxxxvij. incip. viſis conſilijs.in vlt.col.
130 vbi ſing. dixit,†ꝙ literis Papę non eſt parendum contra notorium facti.& dixit Angel.de Aret.in tract.maleſ.in verbo, cicatrix.in j.col. ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ non poſsit ferri ſententia condemnatoria de cicatrice niſi adhibitis medicis, ꝙ tamē ſi ipſa cicatrix eſt notoria, poterit iudex ferre condemnatoriam ſine medicis. quod etiā dixit Bald. in l.j. in j. colum. C. vt quæ deſunt aduocā. partiud. ſup. Et dixit ſing.Abb.in c. ſuper his.de pœnis. quod in delicto notorio iudex poteſt mandare pœnam imponi ſine alia cōdemnatione.& idem ipſe dixit in c.ad noſtram. de iureiur.& Barba.in c.euidentia. in fin.de accuſa.Et dixit Bald. in l.ſi cum quæſtio.C. de euict. quod emptor non poteſt cedere liti,quia præiudicaret ſibi : nā poſtea non haberet regreſſum de euictione contra venditorē, per notata in l.ſi dictum.in §.ſi compromiſero.ff.de euict.iſtud fallit,niſi ius partis petentis rē emptam eſſet euidēter notoriū: quia tunc poteſt cedere liti ſine eius præiudicio,ſecundū Bald. ibi.Et poſſent alia pene numero infinita adduci ad hoc propoſitum notorij, quæ cauſa breuitatis omitto. de quibus late per Moder. in l. ſi vero. in.§. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſda.cog.& per me latius in repetitione mea rub.C.de proba. in xl.colum.cum iiij. colū. ibi ſeq.& in l.j.in.§.ſi ſerui quaſi. in ij.& iij.col.ff. de quæſt. vbi loquutus ſum de materia. Aduerte tamen quia licet prædictæ doctrinæ ſint notabiles, attamen ego non audeo hoc affirmare,videlicet,ꝙ etiam in notorijs non requiratur ſententia iudicis declaratoria,imo potius ſentio contrarium ex not. verbis Bald.per illum tex.in cap. vnico. qualiter dominus proprieta.priuetur.vbi dixit,ꝙ no-
131 torium †pro ſententia non habetur, & idem expreſſe dixit Bald. in l.fina. per illum text. C.de maleſ.& mat. Et ideo dicebat ipſe Bald. in l.ſi maritus. C. de

C.de dona. inter virū,& vxo.
& l.nam ita diuus.ff. de adopt.
& in l. cum fratrem. C. de his
qui.vt indig.ꝙ licet epiſcopus
ſit notorius homicida , non ta-
132 men debet deponi†ſine ſentē-
tia iuris & ordine non ſeruato.
Et dixit Bal. in c. ad noſtram.
133 el iij. de iureiur.†ꝙ etiam in
notorijs pars eſt citanda,& ſen
tentia eſt ferenda : & ꝙ in eis
etiam requiritur qualis qualis
cognitio cauſæ: quia ſententia
non debet ferri de facto. alleg.
c.cum ſit romana. de appel. &
l.ea quidem.C.de accuſa.et idē
dixit Abb. in conſi.ſuo lxviij.
incip.quamquam ſuper narra-
tione &c.ante fi.& idem dixit
ipſe Abb.in conſi. ſuo iij. inci.
nitar in præſenti cauſa &c. in
vij.col.de quo etiam latius di-
xi in repeti.mea l. de vnoquo-
que.in iij.colum,ff. de re iudic.
Et pro hac opinione mea vltra
ſupradicta adduco glo.commu-
niter approbatam in c.euiden-
tia. de accuſ. quæ expreſſe di-
cit; quod ſuper notorio ſenten-
tia eſt ferenda & idem dixit
Bald.in l.cum fratrem. præal-
legata.& firmant Moder.in d.
l.ſi vero.in d.§. qui ,p rei qua-
litate &c.ff. qui ſatiſd. cog. &
Angel. in l.libertas.§.fin.ff.de
ſtatu ho.vbi dixit, ꝙ ſi ſtatutū
dicit , ꝙ condemnatus de ma-
leficio poſsit impune occidi:
tūc quærit,quid ſi non eſt con-
demnatus,ſed crimen, ſeu ma-
leficium eſt notorium, an pote-
rit impune occidi? & primo di
cit videri ꝙ ſic: quia notorium
æquiparatur ſententiæ: vt in l.
emptorem.in princ.ff.de actio.
emptio. vnde in notorijs proce
134 ditur executiue,& in eis†po-
teſt incipi ab executione : vt
in l.ictus fuſtium. ff. de his qui
not. infam.& not.Inno.in cap.
ſtatuimus.de offi.deleg. & in c.
ex parte in Chriſto. de verbo.
ſigni.Tamen dicit Angel. vbi
ſupra, quod veritas eſt in con-
trarium:quia hoc notorium nō
æquiparatur ſententiæ.& dicit
ꝙ pro hoc eſt caſus in l. quicū-
que.quæ eſt l.fin.C. de maleſi.
& mathe. quod dicit eſſe not.
Pro quo facit quod voluit Bal.
in l.presbyteri.la j.in iij.colū.
verſi.ſecūdo quæro.C. de epiſ.
& cleri. vbi dicit, ꝙ licet iu-
dici ſit aliquid notorium,tamē
non procedit ad condemnatio-
nem,niſi citet. quod dictum re-
fert domi. Fely. in c. cū olim.
in viij.col. poſt med. de re iu.
ideo per prædicta remaneo in
hac opinione , quod etiam in
notorijs requiratur ſententia iu
dicis declaratoria , alias non
poſsit deueniri ad executionē
contra aliquem, de quibus la-
tius valde ſum locutus in dicta
repetitione mea rubri. C. de
probationi. in xliiij . xlv . &
xlvj. colum. vbi omnino vi-
deas. & in l.prima.C. de exe-
cutio.rei iudic. vbi etiam ali-
qua alia adduxi in hac mate-
ria. Vltimo pro nunc in hac
materia bannitorum ex con-
tumacia ſcias, quod quando
liquet iudici contumacem non
eſſe culpabilem , licet ſit con-
tumax, iudex non poteſt , nec
135 debet eum condemnare. † &
ita colligitur ex dictis Bald.
in rubri. C. de manu. vindi.
& voluit Bartol. in conſilio
ſuo c. incipien.a domino Cyn.
in vlti. colum. de quo late di-
xi ſupra in.§.opportune nu.8.

& in. §. ſecunda quæſtio. nu. 29. & in. §. vltima quæſtio. nu. 14. Et iſta ſunt quæ mihi occurrūt præſentialiter circa hanc materiam bannitorum, licet alia plura poſſent dici circa ipſam materiam, quæ reſeruo dicenda in tractatu meo bānitorum: ſed iſta mihi viſa ſunt vtiliora, & magis quotidiana alijs, quæ non ſunt negligenda.

Hippolytus de Marſilijs.

SVMMARIVM.

1 *Armorum vſus regulariter eſt interdictus.*

2 *Arma clericorum ſunt lachrymæ.*

3 *Bannitus impune per ſtatutū occidendus, an poſſit per clericum occidi.*

4 *Clericis arma portare an & quando liceat.*

5 *Armorū vſus quibus nō prohibitus. nu. 6.*

7 *Arma portanda conceſſa per ſuperiorem, an poſſint coram iudice portari. Et quid in palatio. nume. 8.*

9 *Armorum delatio conceſſa, punibilis in abuſibus.*

10 *Priuilegium meretur amittere qui conceſſa abutitur poteſtate.*

11 *Arma vetita portans debet ea amittere. nu. 12.*

13 *Armorum appellatione quid veniat. nu. 18. & 19.*

14 *Lapides, vel fuſtes ante percuſſionem arma non dicuntur.*

15 *Statutum de puniendis percutientibus, & vulnerantibus an includat vulnus cum vnguibus factum. Et quid in vulnere cum amphora vini plena, aut pera panis, facto. nu. 16. Et quid de mordente. nu. 17.*

20 *Arma facere, vel illa vendere an liceat. Et illa extra ditionem extrahere. nu. 21.*

22 *Arma in bello amittens non poteſt illa recuperare.*

23 *Statutum de armis non deferendis, an comprehendat extraneos, & aduenas. numero 24 & 25.*

26 *Rem prohibitam extra territorium portantem, an ſufficiat inuenire, vt poſſit puniri.*

27 *Scriptura faciens fidem de prohibito per ſtatutum, an ſit ſufficiens ad pœnam irrogandam.*

28 *Arma non portans, ſed illa habēs in terra prope ſe, an præbeat delationis præſumptionē.*

29 *Inuentus de nocte cum armis an relaxandus datis fideiuſſoribus, & qui ſint fideiuſſores idonei. nu. 30. Et quid de muliere arma geſtante. numero 31. & 32.*

33 *Occidens aliquem manu vacua, an ita puniendus, ac ſi cum armis occidiſſet.*

34 *Arma ferens pluries vno die,*

an ſe-

an ſemel tantum pœnam incur riſſe dicatur.

35 *Arma geſtans, & percutiens aliquem ſine armis, an dicatur aggreſſionem cũ armis feciſſe. Et quid de ſocio arma ferente. nu. 36. 38. & 40.*

37 *Socios habens armatos, cũ ipſe ſit inermis, an puniendus de ar morum delatione.*

39 *Percutiens aliquem cum tri dente tria vulnera faciente, an puniẽdus ꝑ vnico vulnere.*

41 *Arma deferens malum indi cat habere animum, niſi ea por tet ligata nu. 42.*

43 *Arma an veniãt appellatione ſupellectilis.*

44 *Armorum portatio eſt leue de lictum, & non requirit pro ceſſum.*

45 *Iudex rẽ litigioſam ſequeſtra re quando poſſit, ne partes ve niant ad arma. 46.*

§. PRO COMPLE
mẽto præſentis
operis, & huius
practicæ reſtat
nunc aliqua di
cere circa ma-
teriã armorũ,
attẽto ꝙ maior pars delictorũ
committitur cum armis, vt ex-
perientia rerum magiſtra oſtẽ
dit, & clare demõſtrat. Et ideo
deueniens ad ipſam materiam
1 ſcias primo, † ꝙ armorũ vſus
regulariter eſt interdictus, &
prohibitus vt in rubro, & in ni
gro. C. vt armorũ vſus. lib. xj.
& in rub. de fabricenſibus. eo.
lib. & in authen. de armis. §. ſi
autem. & habetur per Bart. &
Ange. in l. j. per illum tex. ff. ad
19 † comedendo res ſibi nocituras, vel ſi noluit obedire medico, ſecundum do. Felyn. in d. c. presbyterum. vbi ſubdit, vt dixi, idem eſſe ſi ipſe vulneratus inordinate vixit poſt vulnus, vt puta, quia concubuit cũ vxore, vel cum alia fœmina. ad quod alleg. Bal. in d. l. qui occidit. & ibi do. Flo. Et adducit etiam Bal. in l. ſi non ſimpliciter. in iiij. col. C. de ædil. acti.
20 vbi dixit, † ꝙ vitium medici, vel malitia medicinæ excuſat vulnerantem. Et adducit etiam Ang. in l. ꝙ ſi nolit. in. §. ſi mancipium. ff. de ædil. ædict. vbi dicit, ꝙ ſi vulnus poteſt ſe habere ad vitam, & ad mortem: tunc ſi vocatur medicus imperitus, & moriatur percuſſus, non imputatur vulneranti, & ideo Bart. in d. l. ſi ab hoſtibus. exclamat contra vocantẽ medicum imperitum, qui neſcit vnam literam, vt multi modernis temporibus reperiuntur, qui etiam neſcirent curare vnam beſtiam infirmam. Et facit etiam quod voluit Bald. in addit. Specu. ſuper rubric. de homicid. vbi dicit, quod ſi conſtat de inordinata vita infirmi, mors ſuperueniens ſibi imputabitur & non vulneranti. Pro quibus faciunt dicta ꝑ do. Flo. late in l. ait lex. §. j. ff. ad legem Aquil. vbi loquitur de non obediente medico. Adducit etiam Ioan. de Plat. in l. nec ſemel. C. de re militari. lib. x. vbi dixit, ꝙ ſi poſt relationem medicorum referentiũ, ꝙ vulnus non ſit mortale, vulneratus moriatur, ꝙ præſumitur mortuus ex mala cuſtodia: & ideo dici poteſt quod in prædictis caſibus ille, qui dedit cauſam morti, tamen nõ videtur dediſſe mortem, adeo quod puniatur de ipſa morte: & ſic contra dictam regulam, videlicet, quod qui cauſam dãni dat, damnum dediſſe videtur. quæ regula non eſt ita generaliter & indiſtincte intelligenda, ſed debet intelligi, quãdo cauſa de per ſe fuit apta naturaliter ad inferendum damnum, ſecus ſi non de per ſe fuit apta ad damnum inferendum, ſed ipſe damnum paſſus produxit cauſam ad effectum, ſeu ad ipſum damnum, ut in dictis excẽplis, & doctrinis. Et vltra do. Fely. in d. c. presbyterum. quando vulneratus mortuus eſt ex inobedientia, vel ex imperitia
21 medici, & quando febris † ſuperuenit

peruenit non mortifere vulnerato, an vulnerans teneatur de occiſo? vide de iſtis & ſimilibus caſibus do. Fely. in c. interfeciſti. l. ij. in j. col. de homicid. & d. Bartholo. Cepol. in conſil. ſuo lxij. incip. magnifice, ac generoſe &c. per totum conſilium. & Albe. de Roſa. in ij. parte ſta. in qõ. xxxvj. incip. item quid ſi aliquis. & Soci. in conſilio clxxviij. incipiẽ. primo aſpectu. & Bald. in conſilio cxcv. incip. an vulnus. in j. volu. & Raph. Cuma. in conſilio ſuo cxxxiiij. incip. viſis denuntiat. &c. & Alex. in conſilio ſuo nondum impreſſo. incip. & vt oportet &c. Item teneas etiam menti vnũ aliud, videlicet, ꝙ ſi vulneratus facit ſe medicare per incantationes, quod dicit in culpa, adeo
22 quod vulnerans † non tenetur de morte, ſecundum Socin. in conſilio ſuo cxxviij. incip. primo aſpectu &c. in vlti. colum. Pro quo facit tex. in l. j. §. ſed ſi obſtetrices. ff. de varijs & extraordinarijs cognitio. & voluit etiam Ioan. de Ana. in ru-
23 bric. extra de magiſt. † vbi dicit, quod incantator non dicitur medicus. Scias etiam ꝙ ſi vulneratus moriens dicat ſe
24 mori culpa medici, † tamen per hoc non iuuat percuſſorẽ, ſi aliter hoc non appareat. ita not. dixit Pet. de Ancha. in c. fin. extra de ſucceſſ. ab inteſta. ꝙ dictum refert, & ſequitur d. Felyn. in c. literas. in penulti. col. de præſumptio. de quo dicto feci mentionem in ſingul. meo xxij. incip. confeſsio offenſi. Vlterius ſcias, ꝙ quandoq; ex ſola percuſsione quis
25 punitur pœna mortis: † puta ſi quis percutiat imaginẽ, aut tabulam, in qua ſit imago Dei, vel beatiſsimæ virginis Mariæ, vel Sanctorum. ita not. dixit Ange. in l. ex ſenatus. ff. de ſica. & eſt bonus tex. in c. ij. §. fi. de offic. ordi. lib. vj. Item vltra prædicta dubitatur, an contra vulnerantem mortife-
26 re, † poſsit ante mortẽ agi de occiſo: & ſic an iura loquentia in occidente, habeant locum in mortaliter vulnerante? in qua quæſtione videntur iura pro vtraq; parte. Et primo ꝙ non habeat locũ in vulnerãte mortaliter videtur tex. in l. itẽ Mela. §. Celſuſ. ff. ad legem Aquil. & in l. huic ſcripturæ. eod. titu. in quibus iuribus dicitur, ꝙ ſi quis mortifere aliquem vulnerauit, & poſtea alius ſuperueniat, & illum taliter mortaliter vulneratum in totum occidit, et exanimet, ꝙ non primus mortaliter vulnerans, ſed ſecundus exanimans illum teneatur de occiſo. & hoc etiam firmat Bal. per illa iura in l. ita vulneratus. eod. titu. ad legem Aquil. vbi ſubdit, ꝙ quidam aduocatus vulnerantis dedit cõſilium primo vulneranti, ꝙ faceret per alium totum exanimare vulneratum mortifere, eo quia poſtea ipſe non tenebitur, niſi de vulnere. Et dicit Bal. ꝙ dignum præmium dicti aduocati fuiſſet vnus laqueus, & hoc dictum Bald. refert, & ſequitur do. Fely. in c. decætero. de homici. Et hanc partem per illum tex. firmat Lud. Roma. in ſingul. ſuo cclvj. incip. quidam fuit vulneratus &cæt. vbi refert quod ex hoc dicto

ſucratus fuit alias vnam cappã
de ſerico. Et hanc partem etiã
per illum tex. firmat d.Franc.
de Cre. in not.ſuo lv.incipien.
quidam malus aduocatus &c.
de quo etiã dixi in l.j. in prin.
in verſicu.xv. limita &c. ff.de
ſica. de quo etiam per Ioan. de
Ana.in cap.ſignificaſti. il.ij.in
iiij. colum. de homicid. Et pro
hac parte etiam facit, quia nõ
eſt mortuus,qui adhuc viuit,vt
habetur in l.qui duos. ff.de ma
nu. teſta. Item ꝙ habeatur pro
mortuo mortaliter vulneratus,
eſt quædam fictio, quæ non ha-
27 bet locum † in ſtatutis, vt ha-
betur per Bald.in l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſco. &
cleri. & ibi per alios.& in au-
then.ſed nouo iure.C.de ſeruis
fugiti. & in l.damni.in.§.ſabi-
ni.ff. de damno infecto. & in l.
ſi is qui Stichum. ff. de confeſ.
& ita etiam dixit Bald. in c. j.
in prin.quibus cauſis.feu.amit.
Item pro hac parte faciũt etiã
dicta per Bald. in ca.j.in.§. in-
iuria.in penulti.col.de pa.iur.
fir.vbi dixit,ꝙ vulnerans mor
28 taliter † non poteſt ſtatim pu-
niri de homicidio,licet certum
ſit vulneratum euadere nõ poſ
ſe: poſito ꝙ ſtatutum dicat, ꝙ
occidens occidatur.& alleg.ra
tionem Bald. dicens, ꝙ donec
anima eſt in corpore, non eſt
quis mortuus, licet ſit mortife-
re vulneratus,vt in l.in hac.ff.
de tritica. & dicit ꝙ ita tenuit
Bal.in l.damni.in.§.ſabini. ff.
de damno infecto. Itẽ pro hac
parte facit etiam quod voluit
Bald. in l.j.ff.de origine iuris.
& in l. ſed & milites.§. plane.
ff.de excuſat.tutorum. quem re
fert, & ſequitur do. Alexan.in
d.§.ſabini. vbi dixit, ꝙ ſi ex
forma ſtatuti, vel alicuins con-
ſtitutionis, Poteſtas tenetur co
gnoſcere de delictis ſuo tempo-
re commiſsis,ꝙ ſi aliquis tem-
pore vnius Poteſtatis fuit mor
taliter vulneratus, & tempore
ſucceſſoris ſui fuerit mortuus:
ꝙ cognitio talis delicti ſpecta-
bit ad ſucceſſorem Poteſtatis,
cuius tempore ille vulneratus
mortuus eſt. Pro quibus faciũt
dicta per Bar.in l.eam qui.§.in
popularibus. ff.de iureiura.Ex
quibus omnibus videtur cõclu-
dendum in quęſtione prædicta,
ꝙ iura loquentia de occidente,
non habeant locum in mortali
ter vulnerante. Sed cõtrariam
partem firmat Bald. in l. j. C.
de nundinis. vbi dicit,ꝙ ſtatu-
tum loquens de occidẽte, habet
locum in mortifere vulnerãte.
& idem voluit Bald. in ca.j.in
princ.quibus cauſis feud. amit.
vbi dixit, ꝙ mortuus, & ad
mortem vulneratus æquiparã-
29 tur, † licet non in omnibus.&
ibi ponit exemplum. Pro quo
facit glo.inſti.de lege Fuſia Ca
ni.in verbo,morientibus. Et fa
cit etiam regula illa, videlicet,
qui de proximo eſt cingendus,
habetur pro cincto.de qua regu
la habetur in l.penulti.ff.de te-
ſta.mili.& in l item legato. ff.
de lega. iij. & in l.ſi quis cum
ſciret.ff.de vſucap.pro emp. &
in §. fina.in authen.vt exa.in-
ſtan.do.de qua regula plura di
xi in ſing.meo cvj.incip.qui de
proximo &c. Et faciunt etiam
dicta per do. Flo.in l. ait lex.in
j.& ij.col.ff.ad leg. Aqui. vbi
dicit: ſtatuto cauetur. quod pro
vulnere puniatur quis pœna cẽ
tum,pro morte autẽ pœna mil-

lę:ſi

le: ſi pro inculpato de vulnere mortifero aliquis fideiubet, & promittit pro eo de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo; & poſtea ex illo vulnere mors ſequatur, fideiuſſor tenebitur ſoluere pœnã mille, quæ pro morte imponitur. Et faciunt etiam alia ibi dicta per eum. & etiam in d.l. ſi vulnerato. Et idem tenet Spec. in titu. de fideiuſſo. §. primo. verſi. ſed pone, R. vul-
30 neratus a P. vbi dixit † ꝙ fideiubens in caſu vulneris, tenetur de morte ſecuta ex vulnere, quãdo pœna eſt pecuniaria, & mouetur dicens, ꝙ occiſus videtur, qui eſt mortaliter vulneratus, eo quia quæ incontinẽti fiunt videntur ineſſe. alleg. in arg. c. officij. de elec. & l. penul. de teſtam. mili. & l. ſi quis pro. §. j. ff. de fideiuſſ. & l. fi. C. quorum lega. & c. ij. de cle. percuſ. quod dicit ipſe Spec. ſolum procedere, vbi vulnus eſt mortale: ſed ſecus eſt quãdo vulnus non eſſet mortale ſecundũ eum. ad quod alleg. l. qui occidit. in §. fin. ad leg. Aquil. de qua materia vide Flo. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. Item pro prædictis etiam facit: nam pax fa-
31 cta de vulnere † extenditur ad mortem ſubſecutam, quãdo vulnus erat mortale: quia mortifere vulneratus habetur pro mortuo. Ita dixit Spec. in titu. de accuſato. in j. parte in §. viſo. in verſi. ſed pone A. accuſauit B. de quo etiam per do. Flo. & alios in l. ſi vulnerato. ff. ad leg. Aquil. & per Bald. in l. trãſigere. C. de tranſac. & in addi. Spe. in titu. de accuſa. in prima colum. verſi. pax facta &c. cum tribus verſi. ibi ſequen. de quo etiam dixi ſupra in dicto. §. ſequitur. nume. 22. Et facit etiam: nam mortifere vulneratus ſemper dicitur eſſe in articulo mortis, cum qualibet hora, & quolibet momento expectet mortem, vt docet experientia rerum magiſtra. Sed conſtitutus in articulo mortis habetur pro mortuo, ſecundum Bart. in authen. dos dota. C. de dona. ante nupt. quod etiã ſentit idem Bald. in l. cum non ſolum. in fi. prin. C. de bo. quæ liber. vbi dixit, ꝙ exiſtens in articulo mortis, neque omnino
32 † viuit, neque omnino mortuus eſt. ergo idem eſt dicendum de mortifere vulnerato, ꝙ de iam mortuo. Ex quibus videtur cõcludendum in quæſtione prædicta, ꝙ iura loquentia in occidẽte, habeant locum in mortaliter vulnerante. Quid ergo dicendum? Mihi certe magis placet prima opin. ſcilicet, ꝙ iura loquentia in occidente, non habeant locum in mortaliter vulnerante: nam quod mortifere vulneratus habeatur pro mortuo, iſtud procedit per quandã
33 fictionẽ: nõ autẽ proprie, † quę fictio non cadit in ſtatutis, maxime pœnalibus, vt volunt doct. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. & in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbo. obligatio. & voluit Bar. in l. hęres. ff. de acquiren. hæredita. & in l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. ge. & Bal. in l. meminimus. C. de leg. hære. & in addi. Specu. in tit. de accuſatore. in prima parte. in ij. colum. in ver. ſed ſtatuta terrarum &c. vbi etiam dicit, ꝙ fictio non habet locũ in conſuetudinibus terrarum. de

quo etiam per Abb.in conſilio
ſuo lxxij. incip. in hac cauſa.
&c.& hoc maxime procedit
in ſtatutis pœnalibus, ſecundū
Bald.in l.j.in prin.C.qui teſta.
face.poſ. Pro quo facit: nam
ſtatutum loquens in cōtractu,
non habet locum in quaſi con-
34 tractu, † ſecundum Bar..in l.
apud Iulianum.ff. ex qui. cau.
in poſſeſ.eatur. & in l. minor.
ff.de acquir. hære.ita econtra.
ſtatutum loquens de quaſi con-
tractu, non habet locum in cō-
tractu vero, vt volunt docto.in
c.decet.de immu.eccle.in vj.&
Abb. in d.conſi.lxxij.incip.in
hac cauſa.in ij.colum. vbi etiā
ad prædicta allegat Bart. in l.
non dubium. C.de legi.& Ioā.
Andr.in regula,pro poſſeſſore.
de regu.iur.in vj. in mercu. &
in ca. ſtatutum.de clect.lib. vj.
Cum autem verba legis,& ſta-
tuti intelligātur proprie, & nō
improprie,vt dixi:ergo verba
legis, vel ſtatuti loquentia de
occidente, nō habebunt locum
in mortaliter vulnerante:nam
ille, qui eſt mortifere vulnera-
tus, non dicitur proprie mor-
tuus: ſed ille proprie dicit' mor
tuus, a cuius corpore anima ſe-
35 paratur, † ſecundum glo.in l.
verum.in.§. fin. ff. pro ſoc. Et
de prædicta quæſtione an iura
loquentia de occidente habeāt
locum in mortaliter vulneran
te,ſi vis latius videre vide Bar
tol. Ang. & Mod. in d.l. dan-
ni.in.§.ſabini.ff.de dam.infec.
Bald. in l.non quemadmodum.
ff.de iudiciis. vbi dicit, ꝙ non
poterit puniri de occiſo ante
mortem, licet certum ſit illum
ex tali vulnere moriturum. &
Bartol. in dicta l. ſi vulnerato.
ff.ad leg. Aquil. & Bald. in l.
item Mela. in.§.Celſus.eodem
titu. & Bald. in l. huic ſcriptu-
ræ.§. ſi ſeruus eodem titul. &
Bald. in l. bello amiſsi. ff. de
excu.tut. & in cap.j. in j.colū.
quibus mo.feu. amit. & in c.j.
.§.iniuria. in viij. colū. de pa.
iur.fir. Et adde ꝙ proceſſus fa-
ctus contra vulnerantem, non
36 † proderit, vbi agitur de occi-
ſo, vt per Bart.in d.§.ſabini &
per Bal.in d.l. ſi vulnerato. &
in d. l. non quemadmodum. ff.
de iudi. de quo etiam dixi ſu-
pra in.§. quoniam.nume.60.&
in §.ſequitur.nume.23. & dixi
etiam in rub. extra de homici.
Et circa hanc materiam adde
etiam no. verbum, videlicet, ꝙ
ſi vulnerans confitetur ſe occi-
diſſe, poterit pro tali confeſsio
ne,ſecuta morte confitens deca-
pitari abſque alia probatione.
gloſſa eſt not. & ibi Ange.in l.
qui Stichum, ff. de confeſ. &
firmat Bald. in d.§. iniuria.

Quæro etiam de alia quæ-
ſtione,videlicet,quid ſi vulne-
ratus ab aliquo, ab eodem mor
37 tuus fuerit, an teneatur † de
vulnere,& etiam de occiſo? in
quo dicas, quod ſi talis vulne-
rans ex interuallo occidat, ꝙ
hoc caſu de vulnere, & de occi
ſo tenetur: ſecus autem ſi eodē
impetu plura vulnera intule-
rit, ex quibus mortuus fuerit:
quia ſolum de homicidio tene-
bitur. ita dixit Bal. per illum
tex. in l. illud quæſitum.§.j. ff.
ad leg. Aquil. & ſentit Bart.in
l.nunquam plura.circa iiij. co-
lum.ff.de priuat.delic. & Bar.
in l.quod ait lex.ff.de adul.pro
quibus facit glo.no.in l.qui de
crimine. C. de accuſa. quæ di-

xit quod percutiens aliquem cum armis, non debet puniri de percuſsione, & de portatione armorum, ſed ſolum de per-
38 cuſsione. † & idem dicit Bar. in l.quemadmodum. in.§.illud ff.ad leg. Aquil. & Bart. in l. inficiando. in.§.infans. in fine. ff.de fur. & Pet. Ancha.in conſil.ſuo cclxxij.incip. de titulis &c. in pen. col. & Bald. in l. diuortio.in fin.ij.colum. ff.ſol. ma & Ange.de Are. in tracta. malefic. in verbo,fecit inſultũ. in j. char. in ver. aduertas tu iudex, & ibi in addi, & in d. tracta. in verbo, admonuit. in princi, de quo etiam per Ioan. Andr.in addi.Specu.in titu. de homi.in rubr. verſicu. vulgata eſt quæſtio &c.& per Barto.in l.iiij. C.ad leg. Iul. de vi pub. & per Alberi. de Roſa.in ſecũda parte ſtatu. qõ.xxvj.& quæſtio.xxxiiij.& per Abb.in c.j. de pœnis. & per Gandy.in tracta. ſuo maleficio. in titul. de pœnis reorum. in xix. colum. verſicul. pone inſuper. & ibi etiam in xiiij. colum.in fin. & per Bald.in lege quicunque.in prima colum. C.de ſer.fugi. & per dom. Ludo. Bolo.in conſil. ſuo viij.in vj.colum. & per do. Nellum in tracta. ſuo bannitorum.in iij. parte ſecundi tẽpo, qõ.lviij.inci.ſciendum eſt &c. de quo etiam dixi ſupra in §. pro complemento. nume. 38.

Et ſcias circa prædictã quæſtionem præcedentem, ꝙ ſi contra me vulnerantem deponit teſtis, & dicit quod ego inſultaui, & mox vulneraui: an hoc caſu debeam puniri de inſultu, & de vulnere? dic ꝙ de vno delicto tantum debeo puniri, pro-
39 pter dictionem Mox, † quę exponitur, ſcilicet, Incontinenti. ita voluit Bal.Ioan.de Imo.& Lud.Ro. in l.diuortio.in prin. ff.ſolu.matri.& Imol.in l.quoties.§.ſi quis ita.ff.de hære. inſtit. & Bald. in l. aduerſus. C. de fur.& in authen.ſed nouo iure.in iij. colum.C.de ſeruis fugiti.& Raph.in l.fructus.ff.ſol. matri. Iſtud tamen limita non procedere, ſi teſtis dixiſſet:primo inſultauit, mox vulnerauit: quia tunc veniret puniendus de duobus delictis. ita dixit Bal. in d.l.quoties.in.§.ſi quis ita.ff. de hæred.inſti. Secundo limita,niſi eſſet diuerſa pœna inſultus,a pœna vulneris: quia tunc vnum per aliud non confunditur. ita dixit Bar. in l. nunquã plura. in iiij.colum.verſi.ſecũdo pone.ff. de priua. delict. & Bal. in d.l.cum ancillis.in iij. col.C.de inceſt.nup. Et de iſta dictione Mox,vide pleniſsime per d. Alber. cataneum Bono. alias præceptorem meũ in ſuo no.trac.violantes.in verbo,ex interuallo. vbi plura no. ponit circa iſtam dictionẽ Mox,&c.

Vlterius etiam dubitari po-
40 teſt,nunquid de qualitate † vulneris poſsit eſſe rogatus notarius, & de hoc conficere inſtrumentum: in quo dicas ꝙ non, niſi eſſet notarius,vel officialis ad hoc deputatus. ita dixit Bal. in rubri.C.de fide inſtrumẽ. in vij.colum.licet videatur aliter loqui Bart. in authen.ſi quis in aliquo in ij.col. ver.hic aduerte. C.de eden. Sed iſta quæſtio dependet ab illo dubio, videlicet, vtrum delictum poſsit pro-
41 bari per inſtrumentũ: † de quo per Bar.in l.ſenatus.ff.ad Tũpillia.

pillia. & per Bald. in l. fi. in iij. colum. C. de probat. & in l. contra negantem. C. ad leg. Aquil. & in l. obſeruare. C. quorū ap. non recipiun. & Bald. in c. cum in eccleſiis. de maio. & obe. & Ange. in l. diuus. in prin. ff. de cuſtod. reo. & Ab. in cap. tertio loco. in v. colum. de proba. per glo. in ca. fina. de iureiuran. in vj. per Bart. in l. non intelligitur. in. §. tacita. ff. de iure fiſci. glo. in c. ij. de verbo. ſignifica. in vj. Ioan. Andr. in regula, ſemel malus. de regulis iuris. in mercu. Tancre. de Corneto in compendioſa ſua. in j. qō. & facit tex. & gloſſ. ſecundū Ioan. de Imol. ibi in c. j. vt eccleſ. beneſi. in j. colum. & vide Ludo. Rom. in conſil. cccxlix. incip. dum quæritur &c. vbi dicit, ꝙ crimen excōmunicationis poteſt probari per inſtrumentum. & vide quæ latius dixi circa hoc in repet. mea. l. fi. in lviij. chart. C. de proba. Et per iſta pro nunc ſit expedita materia vulnerum, & vulneratorum. aliqua alia dixi in tract. meo. bannitorū in pletiſq; locis &c.

Hippolytus.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Incarceratus regular iter eſt fideiuſſoribus relaxandus, & in quibus caſibus fallat. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Conſuetudo, quòd valeat fideiuſſio, vbi agitur de pœna vitæ, vel membrorum mutilatione, an abroganda.*

10 *Iudex fideiuſſores minus idoneos pro capto acceptans, an poſſit reum iterum capere.*

11 *Reus fideiuſſoribus relaxandus, an datis pignoribus ſolis veniat relaxandus. Et quid ſi iudex noluerit acceptare. nume. 12. 17.*

13 *Incarceratus indebite ſtatim relaxandus, nō expectata alia interlocutoria. Et an requiratur iudicis autoritas. nu. 18.*

14 *Incarceratus de proximo relaxandus, non detinendus ſub arcta cuſtodia. Et quid de ſenibus & infirmis. nu. 15.*

16 *Incarceratus quando ſine fideiuſſoribus relaxandus.*

19 *Incarceratus omni die dicitur grauari, ideo tanquam a nouo grauamine poteſt omni die appellare.*

20 *Incarceratus an poſſit citari. Et an poſſit contrahere. nume. 22 23.*

21 *Accuſatus de crimine capitali, quando poſſit per procuratorem comparere.*

24 *Incarceratus an dicatur, qui habet cuſtodes ne aufugiat. num. 26.*

25 *Libertatem reſtituere qui tenetur, ab obligatione qualiter liberetur.*

27 *Actus a carcerato factus an dicatur coactus.*

28 *Carcer eſt ſpecies torturę.*

Confeſsio

29 *Cõfeſſio ut dicatur metu tormentorum facta, an ſufficiat probaſſe detentionem, licet aliter non probetur tortura.*

30 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti.*

31 *Carceratus poteſt iuſtum metum allegare.*

32 *Incarceratus pro una cauſa, an poſſit pro alia recommendari. Et quid de delicto nu.* 33.

34 *Incarceratus indebite an poſſit pro iuſta cauſa recommendari.*

35 *Recommẽdatio carcerati an poſſit fieri die feriata.*

36 *Fugiens de carcere aut fractor illius qua pœna puniatur. nu.* 37. 38.

39 *Iudici non obſtante appellatione exequenti ſententiam capitalem, an poſſit de facto reſiſti.*

40 *Captus iniuſte ſi aliter non poſſit euadere, an debeat cuſtodes occidere.*

41 *Clerici an poſſint iniuſte condemnatum a morte de facto eripere.*

42 *Captus iniuſte ſi non frangit carceres, cum poſſit, capite punitur.*

43 *Carceratus iniuſte quando quis dicatur.*

44 *Carceratus aufugiẽs de carcere habetur pro confeſſo. Et in quo fallat. nu.* 45. 52.

46 *Carceratus an aufugiat periculo Poteſtatis. Et quid. ſi nulla ſit captura nu.* 47.

48 *Pœna promittentis repræſentare carceratũ quid requirat.*

49 *Captum iniuſte a manibus familiæ eximens, an puniatur.*

50 *Accuſans volentem frangere carceres, an conſequi debeat liberationem.*

51 *Mortuus in carcere culpa cuius præſumatur mortuus.*

53 *Creditor qui debitorem capere fecit an poſſit petere tenutã bonorum.*

54 *Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa.*

55 *Captura rei principalis an liberet fideiuſſorem.*

56 *Debitor priuſquam capiatur quid neceſſarium nu.* 57.

58 *Sequeſtratio bonorum in bonis alicuius, an poſſit fieri, quando offertur ſatiſdatio de iudicio ſiſti &c.*

59 *Captura, quæ poteſt fieri contra debitorem principalem, an poſſit fieri contra eius hæredem.*

60 *Hæres adiens hæreditatẽ cũ beneficio inuentarii, an euitet executionem in perſonam ſuã.*

61 *Carcerari propter quas cauſas quis poſſit.*

62 *Perſonæ capi quæ poſſint.*

63 *Mulier pro debito ciuili capi, an et quãdo poſſit. nu.* 64. 65.

Meretrix

66 *Meretrix carcerari poteſt.*

67 *Meretrix maritata an poſſit incarcerari.*

69 *Filiusfamilias an poßit pro debito incarcerari.*

70 *Clericus an poſſit pro debito incarcerari.*

71 *Clericus an poßit ex aliqua cauſa capi a laico, vt præſentetur iudici eccleſiaſtico.*

72 *Iudex obligatus eſt viſitare carceratos.*

73 *Cuſtodes an teneantur de cuſtodia, ſi vnus illorum cum carcerato aufugerit.*

74 *Creditor quando teneatur debitorem in carceribus alere*

75 *Carceratorum cauſa eſt ſummaria, ſicut cauſa miſerabiliũ perſonarum.*

76 *Carcerari dicuntur miſerabiles.*

Relicta carceratorum, dicuntur relicta ad pias cauſas.

77 *Iudices capiendi poteſtatem qui habeant.*

78 *Iudex delegatus an poßit facere capi aliquem.*

§. ATTINGAM non immerito ultimo loco quotidianã, & practicabilem materiã capturæ, & carceratorum: quoniam in agitatione cauſarum criminalium ſæpe contingit homines carcerari, vt experientia docet: ideo pro communi vtilitate verſantiũ in palatijs aliqua adducam circa dictam materiã capturæ, & carceratorum. Et ideo ſcias primo quod regulariter carceratus † eſt fideiuſſoribus relaxandus, ſecundũ doct. in l. j. ff. de cuſto. reo. & in l. nemo dubitat. ff. de regul. iur. de quo etiam per Ang. no. loquentem in l. ij. C. de exhi. reis. & in l. nemo carcerẽ. C. de exact. tribu. lib. x. & per Ludo. Ro. in l. j. qui ſatiſ. cog. et per Ang. de Are. in tracta. maleficiorũ. in verbo, fama publica in materia capturæ. Iſtud tamẽ fallit in pluribus caſibus, in quibus carceratus non relaxatur fideiuſſoribus. Et primo fallit in cauſis criminalibus, in quibus venit imponẽda aliqua pœna corporalis, vel corporis afflictiua: nam tunc reus non relaxatur fideiuſſoribus, vt habetur per Bart. & alios in d. l. j. ff. de cuſto. reo. & in l. ij. ff. de pub. iud. & late per Angel. de Aret. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in verſi. decimo quæro &c. cum verſicu. ibi ſequen. & in eo. tracta. in verſic. pro quibus Antonius fideiuſsit. in prin. & in talibus caſibus ẽt ſi reus daret mille fideiuſſores, non tamen debet relaxari, ſecũdum Bal. in l. eos. in §. ſuper his. C. de ap. imo ſi in criminalibus, vbi venit imponenda pœna corporalis, interueniret
2 † fideiuſſor, nõ valeret talis fideiuſsio, ſecundum glo. ſingu. in c. cum homo. xxiij. q. v. quã refert & ſequitur Angel. de Are. in dicto verbo, pro quibus Antonius fideiuſsit. in primo verſi. & ibi d. Aug. de Ari. in ſuis

ſuis addit. Item fallit etiam
dicta regula in aliquibus caſi-
bus, etiam vbi tractatur de pœ-
na pecuniaria, in quibus reus
non eſt relaxandus fideiuſſori-
bus. Primus caſus eſt, quando
reus a principio non voluit da-
3 re †fideiuſſores, ſed potius vo-
luit carcerari: ſed poſtea in fi-
ne, quando ſententia debet fer-
ri, dicit ſe velle dare fideiſſo-
res: nam tunc nõ debet audiri,
nec debet fideiuſſoribus rela-
xari, nõ obſtante ꝙ pœna, quę
venit imponenda, ſit pecunia-
ria. ita ſing. dixit Ang. in l. ij.
C. de exhi. reis. pro quo alleg.
text. not. in l. ij. ff. de cuſto. reo.
quod dictum pro not. refert &
ſequitur do. Aug. de Ari. in ad-
ditio. ſuis ad Ang. Are. in tract.
ſuo maleſi. in verſi. pro quibus
Antonius fideiuſsit. in prima
additione. Pro quibus faciunt
optime quæ ego dixi in ſingu.
meo. cclxij. incipi. ꝙ potui no-
lui &c. & in alio ſingu. meo
cclxxxiiij. incipien. tolle mo-
ras &c. & iſta addere poteris
his quę dixi in d. ſingu. meo.
cclxxij. Quibus adde tex. in c.
j. in ver. quia ſi proclamare vo-
luit cur tandiu tacuit &c. de
frig. & maleſi. & vide quæ di-
xi in l. patre vel marito, in
xvj. colum. ff. de quæſtio. &
Iaſ. in §. fuerat. in v. colũ. inſti.
de actio. & in l. j. in vj. colum.
ver. item pro extenſione. C. qui
admit. et in ſing. meo. cclxxxj.
incipiẽ. ſocius &c. & dicta per
Alexã. in conſi. cxv. incip. vi-
ſa &c. in j. col. ad fi. in vij. vol.
& per do. Philip. Deci. conſi.
cxxix. in iij. col. ver. nã qñ epi
ſcopus &c. & Bald. in conſil.
cccxcj. inci. proponitur ꝙ pro-
pter in ij. vol. & Soci. in conſi.
liiij. incip. abunde &c. in ij. col.
verſi. tertius & vltimus &c. &
faciunt quæ dixi ſupra in. §. di-
ligenter. nu. 203. Alius eſt cã-
ſus, in quo ẽt vbi venit imponẽ-
da pœna pecuniaria, reus non
eſt relaxandus fideiuſſoribus:
qui caſus eſt, quando ipſe reus
4 ſponte confeſſus† eſt delictum,
pro quo venit imponẽda pœna
pecuniaria: nã tunc non eſt fi-
deiuſſoribus relaxandus, ita di-
xit Bal. in l. nullus. C. de exhi.
reis. quod dictum pro not. re-
fert & ſequitur d. Aug. de Ari.
in addit. ad tract. Ang. de Are.
ſuper maleficijs. in verbo, pro
quibus Anto. fideiuſsit. in j. ad-
di. & idem dixit ipſe Ang. de
Are. in d. ſuo tract. in verbo, fa
ma publica. in ix. char. ver. de-
cimo quæro &c. de quo etiam
dixi in l. vnius. in §. cognitorũ.
in xiij. col. circa me. ff. de quę-
ſtio. pro quo etiam faciunt opti
me dicta per Angel. de Are. in
tracta. ſuo maleficio. in verbo,
præſente Gayo, & appellante.
in iiij. char. ver. an autẽ iudex
&c. & vide ſupra in §. poſtquã
nu. 30. Alius eſt etiam caſus,
in quo reus nõ eſt relaxãdus fi-
deiuſſoribus: licet pœna ſit pe-
cuniaria, videlicet, qñ eſt repe-
5 tus† in flagrãti crimine, & ca-
ptus eſt: nã tũc non eſt relaxan-
dus fideiuſſoribus. ita dixit do.
Augu. de Ari. in tracta. Angel.
de Are. ſuper maleficijs. in ver
bo, fama publica. in xj. char. in
addi. magna. inci. Tu autem in
hac materia adde primo &c.
poſt princip. vbi dicit, quod
quando aliquis eſt inuentus cũ
6 armis, † non eſt fideiuſſoribus
relaxandus, ad quod allegat

Bald. in l. ſed ſi is.ff. de in ius
vocan. ſed Bal.in lib.meo hoc
non dicit, ſed imo expreſſe di-
cit contrariũ. forte illud dixit
Bal.in lectura antiqua, quã nõ
vidi. Attamen pro do. Auguſt.
faciunt optime dicta per Inno.
in c. vt famę,de ſentẽ. excom.
& per Flor. in l.iiij. ff. ad leg.
Aquiliam.& per Ang.de Are.
in tract.ſuo maleſi.in verſi.fa-
ma publica. in x.char. in ver.
nono not. &c. & per d. Ant.&
alios in c.cum non ab homine.
de iudi.& do.Fely.in c.ſi vero.
il j. de ſenten. excommuni. &
per do. Alex.in l.ſi quis. ff. de
fur.& faciunt optime dicta per
Bal.in l.nullus.in fin.C.de ex-
hib.reis. in verſi. aut quis eſt
plene conuictus &c. & faciunt
dicta per me in l. vnius.in.§.co
gniturum.in xv.colum.et ff.de
quæſtio. in quibus locis docto.
loquuntur de reperto in flagrã-
ti crimine:de quo reperto in fla
granti crimine ego latius locu-
tus ſum in repetitio.mea legis,
vnicæ.C.de raptu virg. nu.88.
& nume.93.94. & 95. vbi vi-
deas. Alius eſt etiam caſus,
in quo, vbi tractatur de pœna
pecuniaria: reus tamen non eſt
fideiuſſoribus relaxandus, qui
caſus eſt quando talis,qui petit
relaxari fideiuſſoribus alias
7 aufugit†de carceribus, in qui-
bus erat pro tali,vel ſimili cau
ſa.nam hoc caſu non debet re-
laxari fideiuſſoribus:ſed debet
detineri in carceribus. ita not.
dixit gloſ. in l.lege Cornelia.
ff. ad ſylla. quam ibi multum
not.Ludo.Roman. & eam etiã
ad hoc pro valde not. refert &
ſequitur Alexan. in l. j. ff. de
cuſto. reo. in prima apoſtil. &
do.Auguſti. de Arimi. in addi.
ad tracta. Angel. de Aret. in
maleficijs. in verbo, pro qui-
bus Antonius fideiuſsit in j.
addit. vbi etiam dicit pro hoc
bene facere quod not. Bartol.
& Bald. in l.iij.C. de epiſco-
pa.audien.& illam gloſ. etiam
refert & ſequitur Angel. de
Aret.in dicto tracta.in verbo,
fama publica. in xiij. char. in
verſicu. quarto notandum. vbi
not. loquitur.de quo etiam per
domi.Auguſt.in addi. Pro qui-
bus faciunt optime quæ ego di
xi in ſing.meo lxxiiij. incip.
tu habes regulam &c. vbi po-
ſui plura circa materiam regu
læ,ſemel malus. de regulis iu-
ris.in vj.& in l. maritus in vj.
colum.in verſi.modo quæri po-
teſt &c.ff.de quæſtio. vbi ſimi-
liter plura poſui circa materiã
dictæ regulæ,ſemel malus. Ad-
do etiam ꝙ forte poſſet dari
alius caſus, in quo reus non eſ-
ſet fideiuſſoribus relaxandus,
etiã vbi tractatur de pœna pe-
cuniaria,videlicet,in caſu,quo
reus eſſet captus pro crimine
falſi, & pœna eſſet pecuniaria
ex forma legis, vel ſtatuti: nã
tale crimen falſi eſt enorme,&
propter eius enormitatem ha-
bet aliqua ſpecialia vltra alia
8 crimina:vt†ego dixi in ſingu.
meo cxliij. incipi. crimen fal-
ſi &c. & habetur per do. Nel.
in tract.bannitorum.in iij. par
te ſecundi temporis.in quæſtio.
xij. & quæ ego dixi in l. j.§.ſi
ſeruus. in iij. colum. in fin. ff.
de quæſtio. Et ſcias ꝙ illud,
quod dixi ſupra, quod non va-
let fideiuſsio facta pro aliquo,
vbi agitͬ de pœna vitæ,vel mu-
tilationis membrorum, eſt ve-

9 rum:tamen hoc fallit,† niſi cō
ſueludo eſſet in cōtrarium:quia
tunc valet talis fideiuſsio. ita
dixit glo.ſingu.in d.c. cum ho-
mo.xxiiij.q.v.quam refert &
ſequitur Ludo.Roma.in ſingu.
ſuo cxxviij.incip. tu ſcis ꝙ in
cauſa criminali &c.& do. Au-
guſti. de Ari.in tract. Angel.de
Are. ſuper maleficijs. in ver-
bo,pro quibus Anto.fideiuſsit.
in j. addi. Item ſcias etiam,
quod ſi iudex maleficiorū pro
capto acceptauit fideiuſſoresnō
idoneos & captum relaxauit,
10 †ꝙ nihilominus poterit iterum
reum capere, & facere, quod
iterum pręſtet fideiuſſores:qui-
bus præſtitis primi fideiuſſores
etiam ſunt obligati. ita dixit
Bald.in l.j.in j.colum.ff.ſi quis
in ius voc. non ierit. quod di-
ctum refert & ſequitur domi.
Aug. de Ari.in addi. ad tract.
Ang.de Aret.ſuper maleficijs.
in verbo, fama publica. in xj.
char. in addi. incip. tu autem
in hac materia adde primo,
quod licet &c. circa fin. illius
Addi. Scias etiam ꝙ in caſu,
in quo reus poteſt relaxari fi-
deiuſſoribus: poterit etiam re-
laxari ſine fideiuſſoribus,dum
11 modo ipſe reus † det pignora,
quæ loco fideiuſſoris ſubrogan
tur,ita notanter dixit Bal. in l.
j.ff.qui ſatiſd.cog. & voluit gl.
& ibi Paul. de Caſt.in l.more
Romano.ff.de ferijs. Quinimo
dixit Bar.in l.ſi vero. in.§.qui
pro rei qualitate. in iij. not.ff.
qui ſatiſd. cog. ꝙ ſi reus, qui
debet relaxari datis fideiuſſo-
ribus, vult dare pignora loco
fideiuſſorum,& iudex non vult
12 eū†relaxare, ꝙ poterit agere
cōtra ipſum actione iniuriarū.
quod eſt no. Adde ēt, ꝙ car-
ceratus pro delicto,vel ꝓ debi
to ciuili,debet ſtatim relaxari,
13 cū†cōſtat eum non deliquiſſe,
vel debitorē nō eſſe,non expe-
ctata alia interlocutoria.ita ꝓ-
bat tex.ī l.ij.C.de exhib.reis.
in fi.quem tex.ita intelligit,&
ad hoc alleg.Ludo.Roma.in l.
ij.in iiij. colū. ff. ſi quis in ius
voc.non ierit & Iac.But.Bar.
& Bald.in l.ſed etſi is.ff.de in
ius voc.& Alexā. in conſi. ſuo
clxxix. incip. in cauſa ange-
lorum.in penult.colū.in princ.
in ij. volu.l.j.ff.de cuſto.reo.in
ij.appoſtil. pro quo etiam alle-
gat dicta per Bar. in l.qui vir.
ff.de pœn.Et ſcias etiam circa
hanc materiam, ꝙ carceratus,
qui de proximo eſt relaxādus,
14 non eſt detinēdus, † nec cuſto-
diendus ſub tam magna & ſtri-
cta cuſtodia,prout antea. ita di
xit glo.in l.ſi pecuniam.in.§.ſi
acceperit.in verbo, carcere.ff.
de condi.ob cauſam. & ibi do-
cto.& Lud.Roma.in l.in lege.
ff.ad ſylla.de quo etiam per Ia
ſo.in d.l. ſi pecuniā. in d.§.ſed
ſi acceperit. Et idem dicas in
15 ſene,†& in infirmo carceratis
qui non ſunt ita ſtricte cuſtodiē
di,ſicut iuuenes, & ſani ſecūdū
glo.& doct. in l. ſi vt certo. in
§.j.ff. commoda. Et ſcias ēt,
& ſemper menti habeas, ꝙ li-
cet vbi tractatur de pœna cor-
porali imponēda, nō ſit reus fi-
deiuſſoribus relaxandus, vt iā
ſatis ſupra dixi: attamen talis
reus quandoque eſt relaxandus
ante ſententiam, etiam ſine fi-
16 deiuſſoribus:et hoc euenit†qū
ante ſententiam apparet ipſum
omnino eſſe abſoluendū: vt qū
eſt publicatus proceſſus.ita no.

dixit Bal. in l.ſed etſi is.ff. de
in ius voc. vbi dicit de hoc eſſe
tex.in l. nullus.C.de exhiben.
reis.i ver.donec repererit &c.
& ibi Bal.& idem dixit Bald.
in l.ſi quis poſt accuſationem.
ff.de teſtamẽ.pro quo eſt bonus
tex.in l.qui pœnæ.§.j.ff. de ma
numiſ.& hoc etiam firmat Lu-
do.Roma.in ſing. ſuo ccccxc.
incip.accuſatus de crimine ca-
pitali &c.quod eſt ſing. notan.
in practica. Nam quãdo es ad-
uocatus alicuius accuſati, vel
inquiſiti de crimine capitali:
& patet ex proceſſu, ꝙ ipſe ve
nit abſoluendus & liberandus:
vt quia plene probata eſt inno
centia ſua:certe hoc caſu tu po
tes petere a iudice,vt dictũ reũ
relaxet de carceribus, etiam
antequam ſit liberatus diffiniti
ue per ſententiam: & iudex te-
netur eum relaxare ſecundum
Bal.in dictis locis.Et ego alias
hoc pluries practicaui, & obti-
nui in contingentia facti. Et
hanc partem tenuit d.Bene.de
plumbino. in d. l. qui pœnæ.§.
j.ff.de manumiſ.quem refert et
ſequitur Iaſ. in l.naturaliter.in
prin.in xxij.colum.in verſi.tu
confirma concluſionem Bart.
&c.ff. de acquiren. poſſeſ. vbi
alia plura adducit pro hac do-
ctrina. pro qua etiam faciunt
quæ dixi in ſingu. meo cvj. in-
cip.qui de proximo eſt cingen
dus &c. Et ſcias etiam, quod
quando reus eſt fideiuſſoribus
relaxandus, ſi iudex non vult
17 eum relaxare, † poteſt contra
eum agi actione iniuriarum in
ſyndicatu,ſecũdũ Ang.de Are.
in tracta.maleſi. in verbo, pro
quibus Anto.fideiuſsit.verſi.&
not.ꝙ ſi aliquis &c.alleg.Bar.
in l.ſi vero pro cõdemnato.§.j.
ff.de qui ſatiſd.cog.de quo etiã
dixi ſupra,in.§.pro cõplemen-
to.nume.32. ad quod etiã vide,
quę dixi in repe.mea rub.ff.de
fideiuſſor.in xxxj. quæſt. Itẽ
ſcias etiam,ꝙ ſi aliquis fuit in-
debite carceratus non ſeruata
forma ſtatutorum, adeo ꝙ de-
beat relaxari incõtinenti: de-
bet tamen hoc fieri autoritate
iudicis,& non propria autori-
18 tate † cuſtodis carcerum, vel
alterius,ſecundum Pet. de An-
cha. in conſi.ſuo cccxlj. incip.
viſo themate &c.in fi.& Ang.
de Aret.in tract.maleſi.in ver-
bo, fama pub. in xiiij. char.
verſi. & aduertas tu iudex. &
Ioan. de Ana. quem vide in
conſi. ſuo liij. incip. viſis &c.
ante.fi.de quo etiam dixi ſupra
in.§. opportune.nu. 19. Vlte-
rius ſcias, & menti habeas, ꝙ
carceratus omni die dicit̃ gra-
19 uari, † & ideo tanquam a no-
uo grauamine poteſt omni die
appellare, ſecundum Specu. in
titu.de appel.in.§.reſtat. verſi.
& no.& ver.& quid dices &c.
& voluit gloſſ. in ſimili & ibi
doct.in l.ij.C.de ſerui.& aquæ.
& Bald.in l.ij. in ij. colum. in
fi.ver.ſecundo quęro.C.de epi.
audi.& in l.j.C.ſen.reſcin.non
poſ.& d.Philip. de Peruſio. in
c.ſuper eo.in ij.colum. de app.
& in cap.ex parte.eo.titu. in j.
char.de quo etiam per Bart. in
l.ij.ff.ſi quis in ius voc. non ie-
rit.& per eundem Bart.in tra-
cta.ſuo de carceribus.in ij. col.
in prin.& Bald.in addi.Specu.
in tit.de app. in verſi. a graua-
mine &c. & in verſicu. ſi iu-
dex &c.& per Bal.in c. de te-
ſtib. extra de teſti, & per do.

Anto.

Anto. & Ioan. Imol.in c. cauſam.de elec. & per Ioan.And. in c. dilectus. el ij.de rapio.& per Ange.in authen. hodie.C. de app.& per d. Ant.in c.ſi.in iiij.col.de ferijs. & per Alex. ſatis late.in l. inficiando.in .§. infans. ff.de fur.& in l.j.§.j. ff. de ferijs. & in l. eum qui.§.in popularibus.& ibi Pau.de Caſ. poſt glo.ff. de iureiuran.& per Ang.de Aret.in tract. ſuo maleficio.in verbo, qui iudex dictum Gayum detineri,& carcerari iuſsit.in penulti.colum.in verſi. quæro aliquis captus eſt &c.& per Card.Alexan. in c. ex parte tua.in j. & ij. colum. de appel.& per Iaſo. in l. exigendi.in iij.colum.de procu.& per d. Fely.in c. exceptionem. in vij.col.verſi.fallit tertio. de excep.& per eundem.in c. accedens.el ij. in vij. col. vt lite non conteſt. vbi latiſsime loquitur in materia iſta.& adducit plura ſimilia. Dicit enim idem dicendum eſſe in exceptione loci ſuſpecti: quia habet grauamen ſucceſsiuum.& ideo talis exceptio poteſt quandocunque opponi,ita tenet ſecundum eum Specu.in titu. de citatione.in.§.j.in ver.quid ſi reus. & do.Anto.& Ioan.de Imo.in c.exceptione.de excep. & Ludo.Roma.in l.recuſare. in.§.ſi quis alio.ff.ad Treb. & Ioan. Imo. in cle. j.in ij. colum. poſt Paul.ibi de fo.compe.Item adducit etiam Ang.poſt Bal.in l. j.in prin.ff.de ferijs. vbi dicit, ꝙ citatus tempore feriarū, qui in prima comparitione nō oppoſuit:pōt tamen in ſecūda opponere de ferijs . alleg. ēt ipſe d.Fely.Bal.ī l. elegāter. in §.ſi quis poſt.in ij.col. ver. quæritur ꝗd ſi poſt litē.ff.de cōdi.indeb. in appoſtil.vbi dicit ꝙ licet delatoria ſuperueniēs poſt litē cōteſtatā debeat incōtinēti opponi.c.inſinuāte.de offi. deleg. tñ fallit in exceptione habēte cauſam continuā,& ſucceſsiuā, vt qđ non audiatur bānitus.& dicit ibi Bal.ꝙ ſunt aurea verba Iac.Butri.ibi:adducit ēt do.Fely.in d.c.accedens.Lapum. alleg.lxxxviij.inci. cōe Florentiæ &c.iiij.col. vbi dicit ꝙ ſemel tractus vltra vnam dietā, qui in illo actu non oppoſuit, pōt in alio opponere. Itē adducit.d.Ant.in c ex parte. in xij. colū. de reſti. ſpo. vbi dicit, ꝙ qñ læſio quotidie originatur, vt in cauſa matrimoniali, in qua quotidie fit offenſio animę,ſemper pōt peti reſtitutio in integ. ēt poſt quadriennium.Item adducit Bald.in l. vis eius. circa me.C. de proba. vbi dicit, ꝙ licet defenſio non fiat ex interuallo: tamen durante offenſione continua poteſt fieri defenſio,& dicitur incontinenti propter offenſionem hodie imminentem.adducit etiam Bald. in c.in literis. in j. colum. de reſtitutio.ſpoliat. vbi dicit,quod hoſtes publici, qui latrocinando inuadunt caſtra aliena,poſſunt expelli etiam ex interuallo,cū ſint in perſeuerātia delicti.& ad hoc not. glo. ſing. ibi ad hoc, ꝙ dicit ēt videndū eſſe tex.& ibi Bart. in l.iij. in.§.cū igitur.ff.de vi et vi arma.cū cōcordā.de quibus ibi p Alex. in apoſtil.Item adducit ēt d.Ant. in conſi. ſuo xxij. incip. viſis punctis. in iij.colum. vbi propter dicta docto. in c. dilectus,

de reſcrip.el ij.attentauit dicere, ꝙ prælatus, qui recepit penſionem rei male alienatæ ab emphyteuta, poteſt hodie deſiſtere, & priuare eum, quaſi etiã hodie res ſit conducta: & dicit videri quaſi caſum in c.potuit, de locato.vbi imponitur pœna emphyteute, niſi celeri ſatisfactione prouideat: ergo pœna non ſolum ſurgit ex momento alienationis, ſed etiam ex contumacia non corrigentis errorem.de quo dicit in ſpecie videndum eſſe Bald. & Imol. in l. Meuius.§.duobus. ff.de leg. ij. & Imo. in d.c.potuit.in iij. colum. Iſta ſupradicta omnia refert do.Feli.in d.c.accedens. el.ij.in vj.col.vt lite non conteſt. Ego autem vltra eum adduco.in ſimi.not.verbum Angel. in authenti.de inſtru. cau. & fide.in §.in his vero. in fin. vbi dixit no.ſingulariter ex ſi ne huius glo.ꝙ ſi tu produxiſti contra me inſtrumentũ, in quo continebatur aliquid annuum me tibi debere dare: ꝙ licet vigore dicti inſtrumenti fuerim tibi condemnatus ad primam, vel ſecundam annuam præſtationem, ex eo quod non oppoſui aliud contra dictum inſtrumentum: quod ſi vigore dicti inſtrumenti tu agis contra me ad alias præſtationes annuas, quæ in dicto inſtrumento continentur, ꝙ ego poſſum opponere contra dictum inſtrumẽtum, & ipſum negare publicum, & publica manu ſcriptum: quod eſt not. & iſta ſunt quæ pręſentialiter mihi occurrunt circa iſtud grauamen ſucceſsiuum.

Modo vlterius circa hanc materiam carceratorum quęritur, poteſt, an carceratus poſsit citari? † in quo Bar. & Saly.in l. ij.ff.de in ius voc.dicunt ꝙ talis carceratus non poteſt citari:& ſi citatur, talis citatio nõ valet. & idem tenet Paul. de Caſt. in conſilio ſuo xlj.incip. viſis actis & actitatis in captura Thomaſij &c. in fi. & Bar. in conſilio ſuo ccxxviij.incip. Catharina accuſauit Ritã &c. Sed contrarium tenet Bart. & melius ſecundum Iaſ.in d.l.ij. in l.is qui reus.in vlt.col.ff.de pub.iud.per gl. ſi.ibi in ſi. vbi dicit, ꝙ imo carceratus poteſt citari, & debet comparere per procuratorem. Item Paul.de Caſt.in d.l.ij. ff. de ius voc. & in l.quæſitum. ff.ſi quis cautio. dicit ſe vidiſſe de hoc dubitari Florentiæ, vbi multoties proceditur cõtra eos, qui ſunt in carcerem:& tenet ꝙ ſi ſit iuſte carceratus, & habeat facultatem comparendi per procuratorẽ: quia ibi ſit copia procuratorũ, quod tunc ſit vera opinio Bart. in d. l. is qui reus. ſed altero iſtorũ deſiciente, procedit opi. Barto. & aliorum in d.l.iij.ff. de in ius voc. Et dicit Iaſo. in d. l. ij. in vlti. colum. ꝙ idem punctaliter tenet. do. Franciſ. de Are. licet non faciat mentionem de Pau. de Caſt. in conſilio ſuo cxxxij.incip.conſultiſsime domine &c. & dicit Iaſ. vbi ſupra, ꝙ pro hac parte facit text. in l. idemque, in prin.ff.pro ſocio.per quem no. ibi Barto.ꝙ vbicunque lex dicit, ꝙ aliquis debeat mittere procuratorem, debet intelligi, ſi erat ei facile inuenire idoneum procuratorem. & dicit Iaſ. tenendum eſſe contra Bar. in d.

in d. l. ij. & dicendum eſſe, ꝙ
ille, qui eſt in carcere, poſsit
citari: & debet comparere per
procuratorem: vt eſt glo. in l.
ij. C. ex quibus cauſis maio. &
dicit quod ita etiam tenet Bal.
& Ludo. Roma. in d. l. ij. &
Bal. in c. dilecti. in ij. colum. de
app. & in l. nemo carcerem.
C. de exac. tri. lib. x. & in l.
ab eo: in ij. colum. C. quomodo
& quando iud. & Ange. in con
ſilio lxvj. incip. ſtatutum ſeu
ordinamentum &c. ita reſidet
d. Iaſ. in d. l. ij. ff. de in ius vo-
can. Et ſic in hac quæſtione
communis concluſio eſt, quod
carceratus poteſt citari, & de-
bet comparere, per procurato-
rem, quando iuſte eſt carcera-
tus. Ex qua concluſione ego no
uiter affirmo illud, quod dixi
ſupra, in §. ſequitur. nu. 31. cum
pluribus numeris ibi ſequenti-
bus: vbi dixi quod accuſatus
21 †nec inquiſitus de crimine ca
pitali, contra quem procedi-
tur, ſi eſt ab aliquo alio iudice
carceratus ex aliqua cauſa, po
teſt tunc in cauſa criminali ac
cuſationis, vel inquiſitionis cõ
parere per procuratorem ſecũ-
dum Ange. per illum text. in
l. eos. in §. ſuper his. circa finẽ.
C. de appel. de quo latiſsime
dixi ſupra, in d. §. ſequitur. nu-
mero 31. cum ſequentibus ibi.
Vlterius quæro an carcera
22 tus poſsit contrahere, † vel ſe
obligare, dum eſt in carceri-
bus? in quo dicas remiſsiue lo
quendo: vt per doctor. in l. qui
in carcerem. ff. quod met. cauſ.
& per Bartol. in l. qui neque.
in §. ſolutũ. ff. de verb. ſigni. &
per Angel. in l. nemo carce-
rem, C. de axac. tribut. libro x.
& in diſputa. ſua, incipien. re-
nouata guerra. Bal. in l. vnica.
in iij. charta. C. de cõfeſ. Ang.
de Are. in tract. maleficiorum.
in verbo, q iudex dictum Gaiũ
detineri, & carcerari fecit. in
vltima colum. verſic. an autem
carceratus, & ibi Auguſt. de
Arimi. in additio. & doctor. cõ
muniter in dictis locis tenent,
ꝙ non valeat contractus factus
a carcerato regulariter.
Quod tamen fallit in aliqui-
bus caſibus: & primo niſi con
trahat cum alio, ꝙ̃ cum illo,
qui fecit eum carcerari: vel ſi
cum illo, non ſit indebite car-
ceratus: nam ſi eſt debite carce
ratus, valet contractus etiam
cum illo, qui fecit eum carcera
ri, ſecundum Bar. in d. l. qui ne
que in §. ſolutum. ff. de verb. ſi-
gni. & in d. l: qui in carcerem.
ff. ꝙ met. cauſa. Item fallit,
niſi in vtilitatem ipſius carce-
rati fieret contractus: vt puta
23 pro eo excarcerando, † quia
tunc valeret talis contractus,
ſecundum Bal. ſin. in rubric. C.
de reſcin. vend. ante finem. ver
ſicu. item requiritur quod il-
le &c. Item fallit, niſi con-
tractus qui fit, ab ipſo carcera-
to, ſit iuſtus: quia tunc valet ſe-
cundum Bald. in tractat. ſchiſ-
mati. in xij. colum. & in l. j. in
j. colum. ad finem. verſic. reuo.
co igitur in dubium &c. C. ſi
quis aliquem teſtar. prohibue-
rit, vel coegerit. Et in mate-
ria vide etiam Bar. Bald. An-
gel. & Ioan. de Imol. & alios
in l. qui a latronibus. ff. de te-
ſta. Bald. in l. necnon. §. j. ff. ex
quib. cau. maio. Bald. in l. ſi
quis in hoc genus. C. de epiſco.
& cleric. & vide Bald. in l. ab

co. in pen. col. in verſi.ex his
apparet. C. quomodo & quan-
do iudex.vbi not.loquitur.Sed
iuxta prædicta poteſt dubita-
24 ri, † an ille dicatur carcera-
tus,qui per modicum ſpacium,
& per modicam diſtantiam re
laxatur de carceribus: ſed ta-
men habet pœnes ſe ſemper cu
ſtodes , vt aufugere non poſsit
vt quotidie fieri videmus. In
quo dicas ſecundum d. Abbat.
in c.accedens.extra de procu.
quod non valet contractus fa-
ctus a tali carcerato, qui exi-
mitur de carcere,& ſtatim fa-
cto contractu reponitur in ip-
ſis carceribus:quia non dicitur
relaxatus,ſed imo magis car-
ceratus dicitur & dicit ibi ip-
ſe Abb. iſta formalia verba
videlicet. Tertio nota & tene
menti, quod is qui tenetur ali-
quem reſtituere libertati , non
25 liberatur † ab obligatione ſim
pliciter illum relaxãdo in ſuo
territorio:ſed debet illum face
re ſecure conduci extra terri-
torium ſuum ad locum,ubi poſ
ſit ſecure morari. nam cum eſt
in territorio aduerſarij,non di
citur eſſe in ſua libertate, cum
poſsit de facili retineri. argu-
mentum eſt optimum in c.fina.
de reſtitut.ſpoliat.& in l.libe-
rationis. cum l. ſequent. ff. de
verbo.ſigni.vbi text.nota.di-
26 cit † ꝙ non dicitur libera-
tus, qui relaxatur a vinculis ,
ſed cuſtoditur in publico. & fa
cit hoc contra practicam,quã
ſolent plerique adhibere: nam
ſi detentus in carcere vult ali-
quem contractum facere , fa-
ciunt ipſum extrahi a carceri
bus,& ibi cuſtoditur per fami
liam:nam certe non poteſt dici
liberatus vt hic:& in d.l.libe-
rationis.cum l.ſequent.& not.
Barto.in d.l. qui in carcerem.
ita formaliter dicit Abb.in d.
c.accedens.iij.no. de procura.
quam doctrinam refert & ſe-
quitur d.Fely.in c.innouamus.
de treu.& pace.circa prin.pro
qua facit optime text. in l.ſuc-
curritur. ff. ex quibus cauſis
maio. vbi dicitur, quod qui ali
quo modo diſtringitur vt eua-
dere non poſsit , dicitur carce-
ratus.& facit quod voluit Bal.
in l.fina. C.de poſtlim.reuerſ.
in verſi.collige.vbi dicit quod
ille dicitur detineri. inuitus ,
qui non permittitur abire , &
ad propria redire . & faciunt
etiam dicta per Alex.in l.ſi vt
certo. in.§.cuſtodiam. ff.com-
mo. & per Ang. in d. l. qui in
carcerem.ff.quod metus cauſa.
Contra prædicta tamen vide-
tur facere glo. in l.fi.C.de De-
curio.lib.xij.quæ dicit,ꝙ poſi-
tus ſub cuſtodia, ſi non tenetur
ſtrictus, nõ dicitur carceratus.
Tamen Cardi. Alexan.in c.ſu
per eo.in ij. col.de appel.in fi.
dicit. ꝙ contra dictã gl.faciunt
dicta per Angel. in d.l. qui in
carcerem.& dicta per Ioan. de
Imol. in l. qui a latronibus. ff.
de teſtamen. & per Ioan. And.
in c. ij.de ſenten. excom.& ſic
Cardi. Alexã.in d.c.ſuper eod.
non tenet dictam gl. ſed potius
eam improbat. de qua materia
vide etiam Ang.de Aret.in tra
cta.ſuo maleficiorum . in ver-
bo, qui iudex dictũ Gaium de-
tineri , & carcerari iuſsit . in
vlti.colum.in verſic.& aduer-
tas &c. & ibi etiam in vlti.
verſi.& ibi in addi. & vide ẽt
Ange.de Areti.in dicto tracta.
in ver-

in verbo, fama publica. in xiiij.char.in verſi.quinto etiã aduertant &c.circa fin.& Iaſ. in §.rurſus.in ix.col.inſtitu.de actio. & d. Philip. Decium in conſilio ccxix. incipien. viſo puncto. in iij.colum. verſicu. quarto benefacit &c. & Coſ. ſet.in not. in verbo,cuſtodia.

Scias vlterius quod actus fa
27 ctus a carcerato † non dicitur
28 actus ſpontaneus, † ſed potius meticuloſus, ſeu coactus: quoniam carcer eſt ſpecies torturæ ſecundum Bald. in l.ſi clericus. in ij. colum. verſic.primo quæritur.C.de epiſco.audi. & Bald.in l.j.C.qui ad li.perue.non poſ. vbi dicit, ꝙ mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu. Et ideo dicimus ꝙ ſufficit probare quẽ fuiſſe detentum, licet aliter non
29 probetur tortura, ad † hoc vt dicatur cõfeſsio facta metu tormentorum, ſecundum Barba. in c.ſi conſtiterit.in v. colum. extra de accuſ. Pro quibus faciunt optime quæ ego dixi. in l.j.in §. diuus Seuerus.in j.colum.ff. de quæſtio. & dicta per Alexan.in conſil.ſuo cclxxv. incip. viſo themate. in vlti. colum. vbi omnino vide. & faciunt etiam quæ dixi in conſilio meo xviij. incipi. requiſitus vt dicam &c. in j. char. in ver.& licet ipſe Petrus.& quę dixit do. Philip. de Peruſio in c. ſuper eo. in j. colum. de appel. Et vide Do.de ſancto Geminia.ſingu. loquentem in cõſilio ſuo xv.incip. Reuerend. pater.in iiij.colum.verſi.ſuper ſecundo dubio &c. vbi inter alia facientia ad hanc materiam dicit, quod detentio,quæ fit in aliquo loco inuito detento, dicitur continere cruciatũ corporis. & vide quæ dixi ſupra in.§.expedita.nu.11.& ibi nume.13.& nu. 15.[quæ omnia teneas menti propter confeſsiones reorum detentorũ, ſeu carceratorum:quia licet non fiant realiter cum tortura,tamen nõ dicuntur ſpontaneæ,ſed potius coactæ, & meticuloſæ. Nam nemo eſt ita ſimplex,et fatuus, qui confiteatur ſponte & ſine aliquo metu illud,quod conducit eum ad mortem: vt dicit Alex.in d.conſil.ſuo cclxxv. incip.viſo themate &c.ante fi. Et vide omnino quæ ego dixi in l.j.in prin.in xij.col.verſic. quinimo dico.ff.de quæſt.& vi de Bald. in l. imperium. ff. de iur. om.iud. vbi dicit,ꝙ pœna perpetui carceris æquiparatur
30 † morti.ad quod alleg.Inn.in c.qualiter & quando de accuſ. quos refert & ſequitur d. Aug. de Ari.in tract. Ange.de Aret. ſuper maleficijs. in verbo, fama publica.in xiiij.char.in ſecunda addi.& vide etiã Spe.in ti.de his quæ vi met.cau.fiunt. in §.j.in ver.actor &c. vbi di-
31 cit,ꝙ carceratus † põt allegare iuſtum metum. quod eſt no.

Quęri ẽt poteſt, an carceratus pro aliqua cauſa ciuili, vel
32 criminali † poſsit pro alia cã in carceribus recõmendari?In quo dicas,ꝙ carceratus pro debito fiſci,põt pro debito priuatĩ recõmẽdari,ſcdm Bar.in trac. ſuo de carceribus. in vlti. col. ad qd alleg.text.in l. quoties. C.de exac.tribu.& no.in l.ſaccularij.ff.de uar.et ext. cog.Et ibi ſubdit, qd carceratus ꝓ debito,põt ꝓ delicto recõmẽdari.

ad quod alleg.no.in l.iij. ff.de
cuſt.reo.& idem dicit econtra,
videlicet, ꝙ ſi eſſet carceratus
pro delicto,ꝙ poſſet pro debito
recommendari. Quærit poſtea
33 ipſe Barto. an carceratus† pro
vno delicto,poſsit pro alio de-
licto recommendari? in quo fa-
cit quandam diſtinctionem, de
qua ibi per eum. Sed dubita
ri poteſt, an carceratus iniuſte
34 † poſsit pro iuſta cauſa ibi re
commendari? de quo late per
Bartolum qui arguit multū ſub
tiliter ad partes in quæſtione
ſua incip. Lapus carceratus.
& vide Bartol. & Angel. in l.
cum vnus.in princip.per illum
tex.ff.de bo.auto. iudi. poſ. &
Sali.in l.fin.C.eod.titu.in fine.
& Bald.in authen.ei qui iurat.
in iiij.colum.eod.titu.& Bald.
in l. legata inutiliter. ff. de le-
ga.j. & in l.quicunque.in prin.
ff. de in ius vocand. & Alexā.
in conſil. clviij. incipiē. circa
primum dubium, in viii.col.&
Barto.in conſi.ſuo incip. an po
ſitus in carceribus.& in l.fina.
ff.de bo.poſſeſ.contra tab.& in
l.ij.in.§.exhibendi.ff.de cuſto.
reo.& in l. ſed eximenti. in.§.
item ſi quis. ff. ne quis eum qui
in ius voc. Bartol. & Bald. in
l.penult.§.fin.ff.quod met.cau.
& per dom. Alber.de Cataneis
excellentiſsimum doct. Bono-
nienſem.in l.j.in ij.col.in ver.
itē infertur.C. de Carbo. edic.
& per Ang.in l.ſi vacantia. C.
de bo.vac.& in l.nemo carce-
rem.C.de exact. tributo.in pe-
nul.colum. Item de hac mate-
ria vide Barto.in l.ſi cui.in.§.
fina. ff. de accu. & Raph. poſt
alios in l.j.ff.nil no. ap.pen.&
Bald. in l. quia plerique.ff. de
in ius voc. Ang.in l.ij.in §.fin.
ff.de cuſt.reo. Bald.in l.penul.
& fina. ff.quod met.cau. Ange.
de Aret. in tractat. malefic. in
verbo,fama publica.in x.char
ta,in verſic.vij. nota &c. An
35 autem talis † recommendatio
poſsit fieri die feriata? Bal.in
auth.ei qui.C.de bo.auto.iudi.
poſsi.in iiij.colum.verſic.quæ-
ro,dictat ſtatutum &c. tenet ꝙ
non quē refert & ſequitur Ale
xan.in conſi. ſuo clviij. incip.
circa primum &c. in iij.colū.
in ij. volu. vbi plura alleg. de
quibus ibi per eum. Quæri
etiam poteſt vltra præmiſſa,
qua pœna puniatur fugiens de
36 † carcere? in quo dicas, ꝙ pu
nitur pœna mortis. Ita dicit
text.in l.j.circa princ. ff.de ef-
fract. & expila.& habetur. in
l.ī eas.ff.de cuſt.reo.& eſt tex.
in l.milites agrum.in.§.cum ta
mē.ff.de re mili.& voluit Bar.
in trac.de carceribus.in iij.co-
lum.de quo etiam per Ange.de
Are.in tract.maleficiorum, in
ver. fama publica.in ix. char.
& ibi in j.addi.vbi ad hoc etiā
alle.Saly.in l.j.in vij.no.C.de
fal. mo. & alia, de quibus ibi
per eum. Sed prædicta intelli-
gas in frangente carceres, &
poſtea fugiente, nam talis puni
tur pœna capitis. Sed ſecus pu-
to eſſe in carcerato,qui reperit
oſtium apertum, & tunc aufu-
37 git, † quia talis mitius puni-
tur. per text. in d.l.j.§.j. ff. de
effrac. & expil.& voluit Bar.
in d. tract.de carceribus.in iij.
colum.de quo etiam per Raph.
in conſi. ſuo cv.inci.caſus &c.
Item intellige etiam prædicta
eſſe vera, & locum habere in
38 carcerato iuſte & debite.† ſe-
cus

cus autem puto eſſe in incarcerato indebite & iniuſte, quia ſi talis iniuſte & indebite carceratus frangit carceres, & aufugit, non cadit in pœnam prædictam. Et ad hoc dicendum moueor ex dictis & allegatis per do. Aug. de Ari. in addi. ad tracta. Ange. de Are. ſuper maleficiis. in ver. fama publica, in xiij. char. in vlti. addi. quē vide. Item moueor etiam ex ſing. doctrina Inno. in c. ſi quādo. de offi. delega. quam pro ſing. refert & ſequitur Bald. in l. adictos. in ij. colū. C. de epiſ. audi.
39 vbi dixit, ꝙ ſi reus † condemnatus appellat: vel eius amici, & affines pro eo, & non obſtāte appellatione iudex vult exequi ſententiam ſuam capitalē, ꝙ hoc caſu poterit ſibi reſiſti de facto, cum iniuſte procedat. de quo etiam dixi ſupra, in. §. diligenter. nu. 53. Et dixit not. do. Paris de Puteo in tract. ſuo ſyndi. in xxv. char. in iij. colū. & ibi in lxxxj. char. in iiij. co.
40 lum. † ꝙ ſi iniuſte captus non poteſt aliter euadere, licitum eſt ſibi occidere cuſtodes carceris: nec tenetur de homicidio. allegat ad hoc tex. in l. nihil. ff. de captiu. & l. capitaliū. in. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis. & gloſſ. in cap. ius gentium. j. diſtinct. & l. prima. ff. de his qui ante ſen. ſibi mor. conſc. vbi dicitur, quod licet quomodolibet redimere ſanguinem ſuum. quod etiam dixit Bal. in l. ſi ſlegibus. C. ſi contra ius vel vti. pub. & Oldr. in conſil. ſuo liij. incip. conſueuit dubitari. in vlti. colum. & allegat etiam do. Par. vbi ſupra. glo. in cle. ij. in verbo, violentam. de re iudi. quæ dicit, ꝙ licitum eſt iniuſte carcerato rumpere iuramentū, quod fecit de redeundo ad carceres. Pro quibus etiam faciūt dicta per Alex. in conſilio ſuo cxliiij. incip. poſt redditum primum conſilium &c. & per Alberi. de Roſa. in l. adictos. C. de epiſcop. audien. vbi dicit, ꝙ
41 etiam clerici, † ſi vident aliquem iniuſte condemnatum ad mortem, poſſunt eum de facto eripere de manibus familię. allegat. c. hi qui. xiiij. qō. vj. & Archi. in c. cum homo. xxiiij. q. v. quod etiam dicit glo. in c. non inferenda. xxiij. qō. iij. Et ſubdit d. Paris in dicto ſuo tracta. ſyndic. in dict. lxxxj. char. in iiij. colum. ꝙ capite punitur
42 † captus iniuſte, ſi non frangit carceres cum poteſt. ad quod allegant text. not. in l. non oēs. in. §. qui captus. ff. de re militar. vbi text. & glo. nota. Pro quibus vide etiam quæ ego dixi in l. j. in vj. colum. cum ſequentib. C. de executio. rei iudica. & in l. j. in princ. vij. col. in verſi. tamē iſta poſſunt &c. ff. de quæſtio. & ſupra in §. diligenter. nu. 36. & 37. Quando autem quis dicatur iniuſte
43 † carceratus: vel quando iudex dicatur iniuſte facere. dicas quod tunc, quando non fuit ſeruatus ordo iuris, ſecundum Ioan. Andr. & Gemi. in c. dilecto. de ſenten. excom. in vj. & Ang. in l. prima. ff. ne quis eum qui. & Angel. de Aret. inſtit. de actio. in §. quadrupl. in iij. charta. de quo etiam dixi in d. l. j. in princ. vij. colum. ff. de quæſt.

Scias vlterius ꝙ iuſte carceratus ſi aufugit de carcere vl-
44 tra ſupradictā pœnam, † etiā habetur

habetur pro confeſſo. ita dicit text.in l. in eos. ff. de cuſtodi. reor. & in l. milites agrum. in §.penul.ff.de re mili.& voluit Specul. in titu.de præſump. in §.ij. verſicu. violenta. & ibi Ioan. Andr.in addit.& Ange. de Aret.in tract.malefi.in verſ. fama publica. in xiij. charta. in verſicu. tertio quid ſi quis. & ibi dom. Augu.in addit.qui hoc intelligit in iuſte carcerato tantum. Item prædicta, ſecundum eum, intelliguntur in frangente carceres: ſed ſecus dicit eſſe in illo, qui reperit oſtium apertum, & ideo aufugit.ad quod alleg. Guil.de Cuneo. & Baldum. in l. ſuccurritur.ff.ex quibus cauſis maiori. & Bald. in l.admonendi. ff. de iureiuran.& Angel.in l.j.ff.de effra. & expilat. nam talis ſic
45 fugiens aperto carcere, † non habetur pro confeſſo, ſecũdum doctores, in dictis locis. quod etiam voluit Ange.in l. verum la.ij.ff. de furtis. & Alexand. in l.penul. vbi late loquitur in materia. ff. de cuſtod. reo. & habetur etiam late per Baldũ. in conſilio ſuo ccxxx. incipiẽ. primus q̃ſtionis articulus &c. in primo volu. vbi dicit quod regulariter fugiens de carcere habetur pro ſuſpecto, non autẽ pro conuicto.allegat.§. ſi vero. in authentic. de exhiben. reis. & nota.per Cynum.in l.prima C. de rap. virgi. & dicit quod gloſſ.in l.eos.ff.de cuſtod. reo. quæ dicit, ꝙ fugiens effracto carcere, habetur pro confeſſo, debet intelligi hoc modo: videlicet, quia aut quis detinetur pro generali inquiſitione: & tunc non habetur pro confeſſo: quia ficta confeſsio ſicut vera debet cadere ſuper certo. & ideo debet crimen certum probari: vt in l.j.C. vt omnes cauſæ tam ciuiles quam crim. & §. neceſsitas. in authen. vt iudic. ſine quo. ſuffra. Aut detinetur pro inquiſitione ſpecialis criminis. & tunc dicit quod aut fugit cum effractione, vel conſpiratione, & habet locum d.l. eos. aut aliter, & tunc non habetur pro confeſſo: punitur tamen pro motu iudicis. vt not. Guil. de Cuneo. in l.ſuccurritur.ff. ex quibus cau. maio.ita finaliter tenet Bald.in dicto ſuo conſilio. de quo etiam per Bartolum in tracta.de carceribus. in vltim. colum. An autem
46 carceratus † aufugiat periculo Poteſtatis: vide Bald. in l. obſeruare.in.§.proficiſci.ff. de offi.procon.& Flo.in l.ſi bonæ fidei.ff.de rei ven.Bal.multum not.in prædicto conſil. ccxxx. incip. primus quæſtionis articulus &c. in j.volu. Sed quæri poteſt quando captura eſt nul-
47 la, an tunc † cuſtos, vel Poteſtas teneatur: in quo Ange.in l. quoties §.j.ff.de condi.inſti.tenet quod non.& voluit Alexã. in l.ſed eximendi, in.§.item ſi quis.in fi.ff.ne quis eũ qui &c. de quo etiam vide omnino Io. de Ana.in conſi.liij. ſuo incip. viſis poſt me. Et teneas menti dicta per do.Bar.Cæpo.in conſil.ſuo xiiij.incip. pro declaratione. in iiij.col. verſi.quia ad hoc vt illa &c. vbi dixit,quod ad hoc, vt pœna poſsit imponi ei, qui promiſit repræſentare captum & carceratum pro debito, non eſt neceſſe quod pro-
48 betur, † de debito: ſed ſufficit

quod

quod fuerit captus rite ad petitionem aſſerentis ſe creditorē, licet non ſit, nec auditur eximens etiam ſi velit probare, ꝙ ille non erat creditor. allegat d.l.ſed eximēdi §.j. cum l. ſeq. ff. ne quis eum qui in ius voc. vbi Ang. dicit quod hoc eſt mē ti tenendum perpetuo. Quid autem in eximente a manibus
49 familiæ † iniuſte captum, an puniatur? vide do.Nel.in tractа. bannitorum.in ij.parte ſecundi temporis.qõ.xxxj.inci. quæritur viſum &c. & omnino Pet. de Anch. in conſil. ſuo cccxlj.incip.viſo themate &c. vltra me.& do. Alexan.in conſil. ſuo xxxv. incip. viſo themate &c.in ij.colum.in ij. vol. vbi etiam ponit qua pœna puniatur eximens captum de manibus familiæ, vel de carceribus.de quo ibi per eũ. ad quod vide quæ dixi ſupra, in.§.opportune, num. 20. Item ſcias etiam ꝙ licet frangens carceres puniatur, vt ſupra dixi. ita econtrario ille, qui accuſat vo-
50 lentē † frangere carceres conſequitur liberationem. ita dicit tex. & gl. in l.in eos.ff.de cuſt. reo. de quo etiam per Barto. in tractat. de carceribus. & poſt med.& habetur etiam per ſcribentes in d.l.milites agrum.in .§.penul.ff.de re milita. Scias etiam quod mortuus in carcere, præſumitur mortuus ab officialibus eum cuſtodientibus,
51 † niſi ipſi contrarium probēt, videlicet, ꝙ nec culpa, nec dolo ſuo mortuus eſt. ita dixit gl. ſing.in l. cum ita legatur. in.§. ſpecies. ff.de leg. ij.quam glo. pro ſin.allegauit Ang. de Are. in trac, malefic.in verbo, fama publica.in xiiij.char.in verſ.ij. quæro &c.pro qua videt tex. in l.fi.ff.de cuſto.reo. & illam glo. etiam pro no. refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo clvij. incip. in cauſa & lite veriente. in ij.colum. in ij.vol. vbi dicit ꝙ Bald. in d.§. ſpecies. dicit ꝙ licet obligato ad ſpeciem ſufficiat probare interitum, licet non probet caſum fortuitũ, per d.glo. tamen hoc fallit in eo, qui tenetur ad cuſtodiam ratione officij publici, vel priuati: quia non ſufficit ei probare interitum niſi probet caſum. per d.glo.quod dicit ibi Bald. eſſe in cuſtode carceris, & in argentario, & in caprario portante pelles, ſeu coria animaliũ mortuorum domino. nam quantũcunque conſtet de interitu, niſi probet caſum mortalitatis, vel ſimilem caſum, non releuatur. ita dicit do. Alexã.in d. conſil. clvij.in ij.col. Item prædictam gl.in d.l.cum ita. in.§. ſpecies. ff.de lega. ij. refert & ſequitur Ioan.de Ana. in cap. ad falſariorum. in j.colum. de cri. fal. & Ange. de Are. in tract. maleficiorum. in verſi. qui iudex dictum Gaium detineri, & carcerari iuſſit. in verſi. quæro an quis carceratus. vbi ēt allegat aliqua alia, de quibus ibi p eũ. Et iſta dicta in materia carceratorum magis ſpectant ad cauſas criminales, quã ad ciuiles, vt de ſe patet. Sed quantũ ad cauſas ciuiles poſſent ēt aliqua adduci, quę ſuccincte & ſummarie tangã. Et primo poſſent aliqua adduci circa materiã capti & carcerati, p ſuſpecto de fuga:
52 circa quã materiã vide † quæ ego dixi in l.ſi quis ne qõ.in 21. colum.

colum. verſic.& primo quo ad perſonam iudicis &c. ff. de qõ. & vide etiam Ioan.de Ana.in conſi.liij. inci.viſis &c.& ibi omnino in addi. ad conſilium lv.in j.colum. & dom.Fely. in ca.ij.in j. colum.de homicidio. Barb. in c.quanto.in vij.colũ. de conſue.& d.Fely.in c.ſi vero. el j in ij.col. de ſenten. excommuni. & Ludo. Roma. in conſil.cccxx.incip. hæc iſtorũ quinque &c. in princ.Bald. in conſi.ccxxxviij. incip.in cauſa carcerati.in 4.volu.& in cõſilio ccxvij.incip.iſta captura. in eod.vol.& Ludo.Roma. in conſi.ccxlij.incip. vnũ eſt &c. & dom.Ioan. bap.de Caccialupis in trac. ſuo de debitoribus ſuſpectis & fugi. in ver.iiij. in prin.& vide Iaſ.inſti.de actio. in prin. in quibus omnibus locis plura tradũtur a docto.prædictis circa hanc materiam capti pro ſuſpecto de fuga. Quæri etiam poteſt de no. quæſtione: videlicet, ſi creditor fecit capi, & carcerari debitorem, virum ipſo exiſtente carcera-
53 to, † poſsit ipſe creditor petere mitti in tenutam Bonorum ſuorum? in quo Bart. in l.conſentaneum. C.quomodo & quãdo iudex. in vlt.col.in verſicu. quæro ſecundo ſi aliquis &c.& Bald.in l.ignorare. C.de teſti.mili.& Pet.de Ancha.in cap.j. de eo qui mit. in poſ.rei ſeruã. cauſa. dixerunt ꝙ ſic: ſcilicet quod debet admitti ad dictã tenutam: quia iſta duo tendunt ad eundem effectum, & vnum non eſt contrarium alteri. & illam doctrinam Barto. in d.l. conſentaneum: & aliorum proxime allegatorum refert & ſequitur dom. Alexan. in conſil. ſuo cccclxxvij. incip. in cauſa ſtrazarolorum. in penul. colũ. vbi refert prædictos.Sed tu vltra eũ dicas, ꝙ idem dixit Archi.i rub. de eo qui mit.in poſ. rei ſer. cauſa.in vj.col.& Bal. in l.j.§.fi.in fi.penul. colum.ff. ſi quis ius di. non obtem. vbi pro hoc etiam dicit fore bonũ tex.in cap.quoniam frequẽter. §.fin.vt lite non conteſt.& idẽ tenet Paul. de Caſt.in l.iiij. in §.ait prætor. circa fi.& ibi in §.ſequen. ff.de re iudi.vbi allegat Bart.in d.l. conſentaneũ. Et idem etiam firmat Paul. de Caſtr.in l. qui legati per illum tex. C.vt in poſ.lega.& ibi allegat quãplura iura ad hoc, & reprobat tenentes contrarium. & idem etiam expreſse tenet idem Pau. de Caſtr.in l. ſi Stichum. in.§. idem Celſus. ff. de nouatio.& Ange.in l.qui reſtituere. in vlti.colum.verſic. in glo.in fi.ff.de rei ven. & Abb. in c.pro vt in vlt.colum.de dolo & contu. & Ang.in l.aduerſus.C.de actio.& oblig. et Car. Alexan.in c.dilectus.in ij.col. ver.no.ex text.ibi.propter qđ &c.de appel.& do. Alexan.in d.l.iiij. in.§.ſi ex conuentione. ff.de re iudi. pro qua opi. facit optime gloſſ.in authen.de fideiuſſo.in prin. quæ incip. quid ſi pignus,quam dixit ſing.Bal.in l. qui legati. C. vt in poſ.lega. & faciunt etiam dicta per Bar. in l. ſancimus. in tertia colum. C.de iud.& in l.j.in vlt.col.C. de prohi. ſeq. pecu.& per Bal. in authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. impe. offe. & in d. l. qui legati. & faciunt dicta per Angel.in l.nemo carcerem.C. de

de exact.tribu.lib.xj.circa iij.
col. Et facit quod voluit Bald.
in cap.dilectus. in ij.colum. de
appella.vbi dixit quod carcer
54 † non ſoluit debitum, ſed burſa, & idem dicit ibi Car. Ale-
xan.in ij.colum. & faciunt plu
ra alia, quæ adduxi in l. vnius
facinoris.in.§. cuſtodiæ. in vj.
& vij.colum.ff.de quæſtio.vbi
circa hanc materiam late locu
tus ſum. Sed vltra omnia quæ
ibi dixi addo no.verba Bal.in
cap. contingit. in vj.colum. de
dolo & contu. vbi dicit, ꝙ ca-
55 ptura rei principalis † non li-
berat fideiuſſorem, ſed dicit ꝙ
imo vterque poteſt capi. ad qđ
allegat l.hæres a debitore.§.ꝙ
ſi ſeruus.& ibi Bart. ff.de fide-
iuſſ.& allegat rationem dicēs,
quod licet ſit deuentum ad ca-
pturam, non tamen eſt ſatisfa-
ctum. Et idem dicit econtra:
videlicet, ſi primo ſit captus fi-
deiuſſor, quod poteſt etiam ca-
pi reus principalis, nec iuuatur
reus, ſi fideiuſſor appellat a ca
ptura: vt in l. creditor.ff.man-
dati. in prin.vbi gloſſ. ſing. de
quo latius ibi per eum. quem
vide. Et vide etiam Ange.in l.
nemo carcerem.in ij.colum.C.
de exac. tribu. vbi dicit circa
hanc materiam, quod vno con
textu non poteſt pati tenuta,&
carceratio:ſed vnum poſt aliud
peti poteſt. & dixit Bald. in l.
creditor. la ij. ff. ſi certum pe-
ta.ꝙ quando creditor habet pi
gnus, non poteſt iurare debi-
torem ſuſpectum de fuga: quod
credo verum vt excludatur ti-
mor fugę: & quia acceptando
pignus, videtur eo modo appro
baſſe perſonā debitoris: & ſic
dictum Bald. non videtur con-
tra ſupra dicta. ad quæ etiam
vide quę dixi in repe.mea rub.
ff.de fideiuſſ.in lix.quæſtio.Et
circa hanc materiam capturæ
tene menti duo.Primo quod ad
56 hoc, vt peruenirí poſsit † ad ca
pturam perſonæ debitoris, non
ſolum eſt neceſſaria excuſsio
bonorum illius, qui dicitur de-
bitor, ſed etiā fideiuſſoris eius:
cum & fideiuſſoris facultates
quo ad effectum ſolutionis eius
debito, pro quo fideiuſsit facul
tatibus ipſius debitoris aggre-
gatæ cenſeantur. tex. eſt nota.
in l.ſi plures. in.§.præterea. el
ij. de fideiuſſo. ita dicit Ludo.
Roma.in conſi. ſuo cccxx. in-
cipien.hæc iſtorum quinque.in
princi. quod eſt not. in practi-
ca. de quo etiam dixi in ſing.
meo iij.incip.ad hoc. Et ſi ipſe
debitor habet bona in alieno
57 territorio, † an illa ſint etiam
excutienda. & releuent ipſum
a captura? vide Bald. in conſi.
ſuo ccxlviij.incip.in cauſa Ba
ptiſtæ &c.in iiij. volu.& Pau.
de Caſt.in l.ſi fide.commiſſum.
.§.j ff.de iud.Secundo tene etiā
menti, quod ſequeſtratio bono-
58 rum † nunquam poteſt fieri in
bonis alicuius, quando offertur
realiter ſatiſdatio de iudicio ſi
ſti,& de iudicato ſoluendo, &
de bonis non dilapidandis. ita
dixit Ludo.Roma. in conſilio
ſuo cccxij. incip. circa præpo-
ſitam &c. in verſi. quo ad ter-
tium. vbi plura ad hoc alleg.
de quibus ibi per eum &c. Mo
do iuxta prædicta quæri pōt,
an captura perſonæ, quæ poteſt
fieri contra debitorem princi-
59 palem, † poſsit etiam fieri con
tra eius hæredem. de quo vide
Bart.in l.deceſſerit, & ibi etiā
per

per Alexan. & alios.ff.qui ſa- tiſda. cog. & per Bartol. in l. alia.in.§.eleganter.ff.ſolut.ma trimo.& per Barto.in l.poſtu- lante.in prin. ff.ad Trebellia. & per Bal.in l. diuerſos.in x. quæſtione. C. mandati.& per Salyce. in l.fina.§.in computa tione. C. de iure delib.vbi no- ta. loquitur. de quo etiam per Ang.in l.iij.ad fin. C.de pign: & per Socin. no. loquentem in conſilio ſuo cxx.incip.cum in præſenti &c.in x.col.verſicu. quarto principaliter.vbi facit differentiam, an verba ſtatuti loquantur in rem, an in perſo nam. de quo latius ibi per eũ. vbi etiam ſubdit, ꝙ quando hę res adiuit hęreditatem cum be neficio inuentarij,ꝙ nullo mo-
60 do poteſt fieri executio † in ꝑ ſonam ipſius hæredis.ita dicit voluiſſe Bal.in d.l.fi.§.in com- putatione. C.de iure deliberã. & Bal.in cõſilio ſuo ccclxxx. incip.uiſis omnibus &c.de quo ibi latius per eum. de quo etiã vide per Bal.in reperto.ſuo.in verbo hæres.in vltima col. in verſic. hæres de iure canonico &c. Quæri etiam poteſt cir- ca hãc materiam carceris, ſeu carceratorũ de cauſis, propter quas quis carcerari poſsit, & de perſonis, quæ poſsint carce- rari,& in quibus caſibus ſit li- cita, ſeu permiſſa carceratio, & quæ perſonæ pro cauſa ciui: li carcerari poſsint? Circa pri
61 mum propter quas cauſas † qs carcerari poſsit, vide Bar.in l. j.de cuſto. reo.& Bald.in l.ij. C.de epiſco.au.et Bar.in d.ſuo tracta.carcera. & Ange. Aret. in tracta.maleſi.in verbo,fama publica, in materia capturæ vbi late loquitur.Circa ſecun- dũ quæ perſonæ capi poſsint?
62 dicas † ꝙ aliquæ ſunt perſo- ne, quæ pro debito ciuili capi non poſſunt, vt eſt mulier, quæ
63 pro debito † ciuili capi nõ po teſt: vt in l.j. C.de officio di- uerſorum iudi.& in authen.ſed nouo iure. C.de cuſto.reorum, & voluit Barto.in authen.ma- tri & auiæ in iiij.col.C.quan- do mulier officio tu. fung. põt. Bar.in l. ſi quis ſub cõditione. in ix.col. ff.de teſta.tut.Bal.in l.j.ff.qui ſatiſda.cogan. Bal.in l.j.in iiij.col. C. qui bonis ce. poſ. Bald.in l. etiam.in v.col. C.de execu.rei iudi. Bal.in l. conſentaneum in penul.col.C. quomodo & quando iud.Bal.et Ioan.de Imol.in l.ſi quis poſt. ff. de teſta. Ludo. Roma. in l. aliam. in §. eleganter. in iiij. col. ff. ſolut.matri. Mathæ.in not. ſuo cix. Et ſimiliter ipſa mulier non poteſt detineri ſeu carcerari ſi non poteſt fideiu-
64 bere, † ſecundum Bald. in l. iij. C. de epiſcopali audi. & in addition. Specu.in titu.de ſen. in penul.charta. in verſic. Ti- tius fideiuſsit &c. & Ludoui. Rom.in conſilio cxviij.incip. quo ad primum.Quod tamen li mitatur, niſi cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis:quia pro tali cauſa bene poterit mulier
65 carcerari, † ſecundum Barto. in d.l.ſi quis ſub conditione.ff. de teſta.tut. & in d.authen.ma- tri & auiæ.& Ludo. Roma.in dicto conſil. cxviij. & in d.§. eleganter.& Aug.in l.quoniã. C.de cuſto.reo.& Bar.in trac. de carceribus.& Mathæ.in di- cto not. cix. Aduertas tamen tu,nam licet Bar.& alij in di-

ctis locis teneant hanc partem, ꝙ mulier tutrix pro cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis poſſit capi, & carcerari: tamen ego puto eos non recte loqui, eo qꝛ mater non poteſt conueniri in plus, quã facere poteſt. vt in l. ſunt qui. in fine. ff. de re iudi. ergo nõ poterit carcerari: quia habebit exceptionem ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt, ſicut videmus ꝙ per ceſsionem bonorum quis etiã non priuilegiatus euitat carceres: vt in l. j. & fina. C. qui bo. ced. poſ. ergo multomagis perſonæ priuilegiatæ, ne cõueniãtur in plus ꝗ̃ facere poſsint, nõ debebunt carcerari. ita formaliter dixit Car. Alexã. in c. ex parte M. in vlt. colũ. de appel. vbi dicit ita voluiſſe Alb. de Roſa. in l. vbi adhuc. in xxj. colum. C. de iure doti. quæ opi. mihi placet propter dictas rationes, ad quas miror Bart. & ſequa. in dictis locis non animaduertiſſe. Limita etiam prędictam concluſionem non procedere, nec locum habere in

66 muliere meretrice: † quia talis carcerari poterit pro debito, ſecundum Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Ang. in d. l. quoniam. C. de cuſtod. reo. & Ludo. Roma. in d. §. eleganter. Quod tamen limita niſi talis meretrix

67 ſit maritata: quia † tunc incarcerari non poterit, ſecundum Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de iniurijs & dam. dato. de qua materia latius loquutus ſum in ſing. meo ccxlviij. inci. cõditio mulierum. vbi videas. Et ſimiliter dicas in doctore,

68 † qui pro debito carcerari non poteſt, ſecundum gl. & docto. in l. medicos. C. de ꝓfeſſo. & me. lib. x. & Bart. in d. tractatu de carceribus. & domi. Alex. in l. ſi quis. ff. de fur. vbi dicit idem eſſe in filijs, & vxoribus doctorum. & vide Milũ in reperto. ſuo, in verbo, carcerari. in ſecundo verſi. & omnino Mathæ. in not. ſuo lix. inci. nota quod legum doctores &c.

69 Quid autẽ in filiofamilias † an poſsit pro debito carcerari? in quo Bartol. in tract. de carceribus, tenet ꝙ ſic. in prima colũ. & ibi alleg. rationes de quo ẽt per Bart. & alios. in l. ſi filio. ff. ſo. ma. la ij. & doct. in l. filius. ff. de procu. & Bal. poſt Cyn. in l. alio. C. quod cum eo. Gloſ. tamen videtur tenere cõtrarium. in l. iij. in. §. ſed vtrum. ff. de minoribus. ſed illa glo. reprobatur ſecundum Bart. in d. tracta. de carceribus. in j. colũ. de quo etiam per Alexan. in l. ſi dubitetur. in §. filiusfam. ff. de fideiuſſo. & per Bald. in l. ij. C. de obſequijs. Sed quid in clerico

70 † an poſsit pro debito carcerari? in quo dicas ꝙ ſic, ſecũdũ Bald. do. Anto. & Abb. in cap. dilectus. vbi etiam vide Card. Alex. in ij. not. de app. vbi ipſe Cardina. arguit pro contraria parte, & non ſoluit. Contrarium tamen, quod imo non poſſint clerici capi pro debito ciuili tenuit Ioan. Andre. in cap. ſi clericos. de ſenten. excõ. lib. vj. ad quod alleg. illum text. in c. lator. de pign. & eum refert & ſequitur Mathæ. in not. ſuo lx. incip. not. quod clerici. & idem etiam firmat domi.

Nico.milus in repertorio ſuo.
in verbo,clericus.in vj. verſi.
vbi plura alleg. & idem tenet
gloſſ.in c.dilectus.in j.gloſſ.de
appel.vbi etiam per docto. &
per Inno.in c.vt famæ. in glo.
verſi.prælatorum.de ſentē.ex-
com.& per do.Philip.de Pera-
ſio.in d.c.dilectus. & per Ioā.
And.in cap.nullus.de pigno.&
per Cardi.in clemen.j. de offi.
ordi. Hanc tamen concluſionē
intellige eſſe veram in debito
ciuili tantum : ſecus aūt in de-
bito deſcendente ex delicto vel
quaſi:quia pro tali debito cle-
ricus poteſt carcerari ſecundū
docto. in dictis locis. An au-
tem clericus poſsit ex aliqua
71 cauſa† capi a laico vt præſen-
tetur iudici eccleſiaſtico, vide
late per Alexan.in l. Titij. ff.
de fur.in appoſtil. quæ incip.ſi
quis. & vide etiam Angel. de
Aret.in tract.maleficiorum.in
verbo, fama publica. in verſi.
nono not. &c. & do. Anto. &
alios in c.cum non ab homine.
de iudi.Hoſt.in c.nuper. de ſen
ten.excommu. Ioan.de Ligna.
& alios in clemen. j. de offic.
ordi.Innocen.in cap.ſi vero.de
ſenten.excommuni.& Ang. in
l.ictus fuſtium.ff.de his qui no-
tan.infami.& ibi Bar. & Bal.
in c.j.§.ſiquis.de pace.iura.fir.
& Gemini.poſt Archidia.can.
de his clericis.el ij. & in can.
ante oīa xxv. diſtin. & Gemi.
in cap. de his 50.diſt.& Bal.in
l.nec timorem.ff.quod met.cau
ſa. Vlterius ſcias ꝙ iudex
72 obligatus eſt † viſitare carce-
ratos,& curare ꝙ habeant ne-
ceſſaria:vt habetur in l.iij. C.
de epiſ.au.& ſi iudex videt ali
quem carceratum ſine cauſa,
vel ſine delicto, vel ad nullius
petitionem, tunc poteſt ex me-
ro officio ſuo eum relaxare.
ita dixit Angel.de Are. in ſuo
tracta. maleſi. in verbo, fama
publica.in xiiij.char.in verſi.
& aduertas &c. vbi alleg. ad
hoc Bar.in l. ſi quis vxori. in
§.fugitiuum.ff.de furtis. & ibi
ſubdit,ꝙ ſi ſunt duo, vel plures
cuſtodes carcerum, & vnus ex
73 eis aufugiat cū carcerato, † ꝙ
alij cuſtodes aliquo modo non
tenentur.alleg.tex.in l. fina.§.
j.ff.de cuſto.reorum. & Bal. in
l. filio exhæredato.§.eius qui.
ff. de iniuſto teſt. qđ dicit per-
petuo eſſe notan. quia ipſe hoc
habuit in facto in ciuitate Ca-
ſtelli,& illum tex.in d.l.fin.§.
j.ff.de cuſto.reor.dixit ad hoc
ſingu.Ludo. Rom. in ſing. ſuo
xxx. inci.ſi dictat ſtatutū.&c.
Scias etiam ꝙ ſi aliquis cre
ditor facit ſuum debitorē carce
rari,qui debitor non ſit ſoluen-
do,& adeo ſit pauper,ꝙ nō poſ-
74 ſit ſe† ſuſtentare, ꝙ tunc cre-
ditor tenetur ipſum debitorem
alere in carceribus. ita dixit
Ray.de for. in l. iudices.C. de
epiſ.aud.quem refert & ſequi-
tur Bart.in d.ſuo tracta. de car
ceribus, in vltimis verbis : de
quo etiam per Ang.de Aret. in
§.fina.in ſi.inſti.de act. & vi-
de glo.in l.fin.C.de eroga.mi-
lit.anno.lib.xij. & vide Bart.
in l.ſanctum.in prin.ff. de rerū
diuiſio.& Ang.in l.minime.C.
de appel.& do.Auguſt.de Ari.
in ſuis addi.ad Ang.de Are. in
tracta.maleſi. in verſicu. fama
pub.in xiiij.char.in pen. addi.
Scias enim vlterius quod cauſa
carce-

75 ratorum eſt † ſummaria, ſicut cauſa miſerabilium perſonarũ. ita dicit Cyn. in l. fin. C. ſi quis alteri vel ſibi. quem refert & ſequitur Bartol. in tracta. ſuo carcera. in fin. vbi etiam allegat Cyn. in l. j. C. quando impera. inter pupil. & viduas, & dicit quod de hoc videtur eſſe tex. in l. fina. C. de cuſto. reo. Et ſubdit ꝙ carcerati di-
76 cuntur miſerabiles† perſonæ, & ꝙ relicta carceratorum dicuntur relicta ad pias cauſas, de quo etiam per Bald. in l. ſi id quod. C. de ſacroſan. eccle. & in l. fina. C. de cuſto. reo. & Specu. in titu. de ferijs. in. §. ij. circa prin. verſi. poteſt autem. & per docto. in l. diuus. ff. de ferijs. de quo etiam dixi ſupra, in. §. nunc videndum. nume. 11. 12. & 13. vbi etiam alia adduxi in materia iſta. Vltimo etiam circa hanc materiã carcerum, & carceratorum ſcias, & teneas perpetuo menti vnũ: videlicet, ꝙ ad hoc, vt iudex poſsit facere aliquem perſonaliter capi, debet eſſe iudex or-
77 dinarius, † & debet habere imperium: alias ſimplices magiſtratus habentes iuriſdictionem, & non imperium, nõ poſſunt hoc facere, vt ſunt Conſules mercatorum, & Rectores vniuerſitatum. ita nota. dixit Paul. de Caſt. in l. cum proponas. C. de bonis auto. iudi. poſ. Et idem dicit eſſe in iudice de-
78 legato, †qui eodem modo non poteſt facere capi aliquem, & ad prædicta alleg. bonum text. iuncta glo. in auth. ei qui iurat. eo. titu. & hoc ibi in d. authen. voluit etiam Bald. in v. colũ. in ver. itẽ not. ꝙ ſiue quis &c. & in verſi. ibi ſequenti. & idẽ voluit Bald. in authẽ. & omnino. in iij. col. verſi. circa perſonam iudicis &c. C. ne vxor pro ma. quod eſt multum no. in practica. Et iſta ſunt in effectu, quę mihi occurrunt in materia carcerum, & carceratorum, licet poſſent alia plura adduci, ſed pro nunc iſtis tantum contentus ero, cũ iudicio meo ſint vtiliora, & frequentiora alijs. Veniam modo ad. §. vltimum præſentis operis.

SVMMARIVM.

1 Iudex *cauſarum criminalium cũcta mature conſideret.*

2 *Iudicis præcipitata voluntas eſt nouerca iuſtitiæ.*

3 *Defenſiones rei an audiendæ poſt concluſionem in cauſa.*

4 *Munerum abſtinentia commendantur.*

5 I*udex in mitiorem ſemper partem inclinare debet.*

6 *Pars benignior in teſtibus pari numero diſcordantibus præualere debet.*

7 *Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo, quam in condemnando.*

8 *Chriſti omnis actio eſt noſtra inſtructio.*

9 *Miſericordiam qui negant facere, negans* Chriſtum.

10 *Peccare in miſericordia melius eſt, quam in ſeueritate.*

11 *Scientia quę miſericordiam vetat cauenda eſt.*

12 *Iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus.*

13 *Iuſtus nimis nullus eſſe debet.*

14 *Miſericordiam preſtans eleemoſynam facit.*

§. OCCVRRVNT
mihi lector op-
time, aliqua vl-
timo loco tibi
rememorare ma
gis exhortatio
nis, ꝙ doctrinæ gratia, quę tibi
inſeruient ad honorem & ſalu
tem animæ, & ad euitandum
retia ſyndicatus, ſi ea diligēter
attendes: ideo aduertas dū eris
iudex cauſarum criminaliū, ꝙ
ſi coram te agitabitur aliqua
cauſa ī qua tractetur de re irre
tractabili, vel de ꝑiudicio irre
parabili, vt de dando torturam
vel de pœna vitæ, vel mutila-
tionis membrorum, vel de alia
re, vel pœna, in qua nihil ope-
ratur pœnitentia: vt in talibus
non feſtines, nec fulmines ſen-
tentiam diffinitiuam, vel in-
terlocutoriam, quando contra-
rium facientibus ſæpius vana
& fruſtratoria pœnitentia eſt
ſibi comes: ſed in talibus dili-
genter cogita, & animaduertas
1 cuncta mature rimando, † iux-
ta tex. in c. indicante. xxx. q.
v. & tex. in c. graue. xxxv. q.
ix. vbi dicit tex. ꝙ fructus di-
uinus eſt iuſtitiam ſæpius recē-
ſeri. Et memoria habeat dictū
Cardi. per illum tex. in clem.
paſtoralis. in §. verum. in prin.
de re iudi. vbi dixit, ꝙ præci-
2 pitata voluntas iudicis eſt † no-
uerca iuſtitiæ, pro quo facit il-
lud vulgare, videlicet, repenti-
næ reſponſionis comes eſt pœ-
nitentia. Et ſi iſta habent locū
in cauſis ciuilibus vt in dictis
iuribus, quantomagis debent
habere locum in criminalibus:
nam vbi maius eſt periculum,
ibi cautius eſt agendum. c. vbi
periculum. de elec. lib. vj. & l.
j. §. ſed & ſi quis. ff. de carbo.
edict. c. quieſcamus. xlij. diſt.
& vij. quæſtio. ij. cano. fin. &
cano. miramur. lxj. diſtin. Et
facit pro prædictis etiam il-
lud, videlicet, manus nemini ci
to impoſueris &c. vt dixit tex.
in d. c. miramur. circa mediū:
Et faciunt etiam plura, quæ di
cuntur de breuitate temporis,
quæ adduxi ſupra. in. §. nunc vi
dendum. nume. 33. Et ideo his
attentis iudex in ſimilibus a ſe
abijciat feſtinantiam, ſed po-
tius inhæreat tarditati, vt eui-
tet omne periculum animæ &
corporis. Et iſta non profero
ſine cauſa. nam pluries vidi ali
quos iudices maleficiorum iu-
uenes minime præuidentes fu-
tura, qui ſtatim procedunt ad
torturam reorum, & eos quan-
doque reperiunt innocentes:
quo patefacto eos pœnitet tales
reos torſiſſe, ſed talis ſera pœ-
nitētia, nec ipſis iudicibus im-
prudentibus, nec etiā ipſis reis
prodeſt. Secundo etiam men-
ti habeas, dum eris iudex ma-
leficiorum, vt facilis ſis in præ
ſtando audientiam reo accuſa-
to, vel inquiſito, vel agentibus

pro

pro eo: nam benigna audientia iudicis videtur quodammodo præſtare tolerãtiam pœnę impoſitæ ipſi reo, & econtra: impatientia iudicis & arrogantia in audiendo reum, & agentes pro eo ſæpius reducunt ipſum reum, & affines ſuos in deſperationẽ, & ad effundendas querelas ſuas vbique, tam ad ſuperiores, q̃ ad quoſcunque alios, ex quo magis inclinantur & incitantur ad ſyndicatum contra ipſum iudicem, quod ſecus eſt quando iudex fuit facilis in audiendo iura ipſius rei. nam dicunt rei inter ſe, non defuit mihi audientia iudicis, ſed ius me condemnauit, & hoc quodammodo cogit eos ad patientiam de condemnatione ſequuta. Et talis audiẽtia debet pręſtari per iudicem ipſi reo, vel agentibus pro eo nedũ in principio, & in medio cauſæ, ſed ẽt quocunque tempore reo poſtulante. l. vnius. §. cognitiurum. in ver. reo poſtulante. & ibi dixi. ff. de quæſtio. Quinimo etiam
3 poſt concluſum in cauſa † defenſiones rei ſunt audiendæ. vt dixi ſupra, in §. ſequens quęſtio. nume. 6. & 8. & in. §. vltima quæſtio. nume. 26. Quinimo ẽt poſt ſententiam debent audiri defenſiones rei, vt dixi ſupra. in. §. opportune. nume. 8. & in §. ſecunda quęſtio. nume. 29. & in §. vltima quæſtio. nu. 14. & in §. opportune. nu. 17. Et non ſolum iudex debet audire reũ, & agẽtes pro eo patienter, ſed imo ipſe iudex debet ex officio ſuo, nemine petente, quærere defenſiones rei, vt dixi ſupra, in. §. nunc viden. nume. 7. & in. §. ſequitur. nume. 43. Et tene menti quando eris iudex, vt ſeueriter in cauſis criminalibus non procedas, quoniam iudex ſeueriter procedens in cauſis criminalibus, debet priuari iuriſditione, vt dixi, ſupra. in. §. expedita. nume. 86. Ad quod facit illud quod Theodoſius Honorio filio præcipiens inquit, Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni munere, ſola Deos æquat clementia nobis. Aſperitas enim, ſeu ſeueritas apud quemlibet prudentem damnatur: & quod tibi fieri non velles, alteri non facias. Sis enim memor quod homo eſt factura ſeu creatura Dei, non autem hominis: & menti quoque habeas, quod omnis homo mendax, & quod ſepties in die cadit iuſtus. & ſatis melius eſt peccare in pietate, quam in ſeueritate: vt dicit text. in cap. allegant. xxxvj. quæſtio. vij. Tertio ſi vis aſſumere officium iudicis maleficiorum, diligenter aduertas vt habeas doctrinam, & ſcientiam ad tale officium exercendum, cum ſæpius iudex ignoranter procedens pluribus modis faciat litem ſuam: vt patet in toto titulo. C. de pœna iudi. qui male iudica. & dixi, ſupra in pluribus locis. Iudex enim, qui non habet ſcientiam, nec intelligentiam eorum, quæ factus eſt, ſæpius vituperatur, et ſumme damnificatur, & quandoque efficitur fabula vulgi: & de hoc expertus loquor. Nam licet ego minimus ſim, attamen multis & quampluri-

bus vicibus ad me venerunt cauſarum ciuilium, & crimina lium iudices petentes quid fa cturi eſſent in aliquibus cauſis, & proceſsibus coram eis pendẽtibus: de quo ego magis quã ipſi erubui, tñ dixi illud, quod mihi in iure occurrebat circa tales cauſas & proceſſus. Sed vere periculoſum, & turpiſſimum eſt ſe alere manu alterius, & non propria: ideo ſi non ſentis in te ſcientiam et ſufficientiam, noli acceptare officia, maxime criminalia, in quibus conſiſtit pondus diei & æſtus: vt dixit Bald. in addi. Specu. in tutu. de confeſ. in ver ſi. iſta confeſsio non debet &c. de quo dixi in rubri. ff. de ſica. aliter autem faciendo, & acceptando officia ſine ſcientia, & ſufficientia, conſumis tempus in vanum, & amittis honorem, & lucrum cum dedecore tuo: & iſta bene nota, & erige aures tu, qui cupis habere officia, maxime criminalia, & ea non poſtponas, & ſæpius repetas illud tritum & vulgatum, videlicet, ꝙ omnis ignorans malus, & plus ſibijpſi quam alijs, malus. Et qui habet aures audiendi audiat. Quarto ſi eris iudex cauſarum ciuilium vel criminalium, abſtinens te a muneribus ſi vis eſſe iuſtus, & recte

4 ꝓcedere. Nã ſæpiſsime † munera euertunt iuſtitiam & excecant oculos ſapiẽtum, & mutant verba iuſtorum. ita ſcribitur Deutero. c. xv. Pro quo facit text. in c. qui recte. xj. q. iij. vbi dicitur, quod acceptio munerum præuaricatio veritatis eſt. & iſta dicta refert Ange. & poſt eum Iaſ. in l. non dubium. in prin. C. de teſt. Pro quibus faciunt not. verba text. in d. c. qui recte. in fi. vbi dicit, qui excutit manus ſuas ab omni munere, habitabit in cœlis. Et facit optime text. in c. pauper. xj. q. iij. in ver. cito violatur auro iuſticia &c. Sæpe etiam iudex quicunq;, & legat & ante oculos habeat text. in c. cum eterni. in prin. de re iudi. lib. vj. vbi alloquens iudicem dicit, caueant iudices & prudenter attendat, vt in cauſarum proceſsibus nil vendicet odiũ vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, & æquo libramine procedant, vt in omnibus, quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis, et ferendis ſententijs, præ oculis habeant ſolum Deum &c. ad quod etiam optime facit c. quatuor. cum. c. ibi ſequent. xj. quæſtio. iij. & c. quoties extra de teſt. Et ſimiliter apud iudicem lachrymis nullus ſit locus: quia ſolent ſecum ferre inſidias, maxime ſi a mulieribus proueniunt. & ideo lachrymæ non proſint cadenti: ꝗa iuſtitia lachrymis nõ regitur, nec officia lachrymis gubernantur. Quinto & vltimo iudex ſemper inclinet in benigniorem, & humaniorem partem, & minorem pœnam amplectatur ſequens iuris re-

5 gulam † quæ dixit, quod ſemper in dubijs & obſcuris. de regulis iuris. in vj. & in l. ſemper in obſcuris. ff. eo. & l. factum cuiquam. §. fi. eo. titu. & in l.

in l. merito. ff. pro ſoc. & in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & in cap. eos vero. l. diſt. & dixit Bald. in c. duobus. in j. colum. verſic. quid ſi iudices. de re iu.
6 di. † ꝙ in teſtibus pari numero diſcordantibus præualet benignior pars. pro quibus faciũt dicta per d. Felyn. in cap. aduerſario tuo. in iij. colum. de exce. de qua materia late vltra omnes loquutus ſum in repeti. mea. l. fina. C. de probat. in l. iiij. & habetur etiam per Iaſo. in l. fructus. in iij. colum. verſi. iij. adde &c. cum ver. ſequen. ff. ſolut. matrimo. Item peccet ſemper iudex magis in pietate & clementia, quam in crudelitate & atrocitate: in dubijs potius abſoluat, quam condem-
7 net: nam † maiorem honorem conſequitur iudex in abſoluendo, quam in condemnando: vt dicit Paul. de Caſt. in conſilio ſuo cxcvij. incip. viſa inquiſitione &c. in vltimis verbis. Pro quo faciunt dicta per Pet. de Anchara. in conſi. xxiij. incip. viſa inquiſitione &c. vbi inuehit contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viã inquiſitionis procedunt: & iſta ponit do. Philip. Decius. in conſilio ſuo clxxxix. incip. letatus ſum &c. in vlt. colum. poſt princ. & dixit Bald. in conſilio ſuo cccciij. incip. quidam fuit &c. in fi. verb. in iij. volu. ꝙ iſtius peccatur in abſoluendo, quam in condemnando. allega. l. item Mela. in. §. ſi plures. ff. ad leg. Aquil. & idem dixit d. Philip. Decius in conſil. clxxv. incip. in cauſa falſitatis &c. in vlti. col. Item in condemnando minor pœna eſt eligenda. l. penul. & fin. ff. de pœnis, & voluit Cardi. Alexand. in c. ruſſus. in v. col. extra qui cle. vel vouen. & Cepo. in l. ſi fugitiui. in vj. & vij. col. C. de ſeruis fugitiuis pro quibus faciunt not. verba do. Ioã. de Neuizano in ſua ſylua nuptiali. in vlti. char. in prima col. poſt princ. Et ideo quando tu eris iudex maleficiorum, nõ cures ſeueriter procedere, nec ſemper imponas reo pœnam mortis, etiam lege permittente, vt pro delicto per eum commiſſo debeat mortem pati. Sis enim memor illius carminis. Si quoties peccãt homines ſua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore nullus erit. Seque re legem humanam, & diuinã, quæ magis vtuntur pietate & miſericordia, quam aſperitate & crudelitate. & conſidera ꝙ omnis Chriſti actio, noſtra eſt
8 inſtructio † cap. ſignificaſti. de elec. pro quo facit. c. cum paſtoris. ij. q. vij. & probat tex. in c. exemplum. xij. q. j. & voluit Specu. in titu. de teſte. §. primo. in xxvj. colum. verſic. Chriſti enim actio &c. & probat text. ij. q. j. & in c. j. de ſepult. & dixit Cardi. in cle. j. in prin. de magiſt. & tex. in l. imperialis. C. de nup. Sed Chriſtus dixit nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. quæ verba refert tex. in c. quia diuinitatis. de pœniten. diſtin. j. & tex. in c. admonere. xxxij. q. ij. & facit text. in authen. vt non luxur. contra natu. poſt princ. vbi dicit tex. miſericor-

dia Dei: non perditionem, ſed
conuerſionem & ſalutem vult.
Et facit quod per eccleſiã poſt
celebrationem miſſę dicitur in
quadam oratione, videlicet.
Deus viuorum ſaluator om-
nium, qui non vis mortem pec
catorum, nec lætaris in perdi-
tione morientium &c. Pro qua
opin. facit tex. in c. omnis qui
vij. q. j. vbi dicit, qui negant
miſericordiam facere, ipſum
9 † Chriſtum negant, qui eſt mi-
ſericordia & veritas. Et facit
illud, videlicet. Deus cui pro-
prium eſt miſereri ſemper &
parcere &c. Et facit illud qđ
dicitur. Melius eſt peccare in
10 miſericordia † quam in ſeue-
ritate. c. allegant xxxvj. q. vij.
& ibi ſubdit text. ſi Deus eſt
benignus in miſericordia eius,
miniſter non debet eſſe tenax.
ꝓ quo facit. c. nõ ſatis. lxxvj.
diſtinctio. & facit text. in c. li-
cet. xlv. diſtinctio. vbi dicit
tex. plus erga corrigẽdos agat
beniuolentia, quam ſeueritas:
plus cohortatio quam commi-
natio: plus charitas quam pote
ſtas. cum nemo noſtrum ſine
reprehenſione, aut ſine pecca-
to viuat. Et dicit glo. in d. c.
11 licet. † ꝙ ſcientia quæ miſe-
ricordiam vetat, fugienda eſt.
Et facit tex. in c. vera iuſtitia.
xlv. diſtinctio. vbi dicit text.
ꝙ vera iuſtitia eſt miſereri de-
linquẽtibus: quem tex. ad hoc
allegat d. Franciſ. de Aret. in
conſilio ſuo cxlv. incip. ſicut
Ioannes. in vltima colum. et fa
cit text. in capitu. ſingulis in
lxxxvj. diſtinctio. vbi dicit
tex. quod plenitudo virtutum
eſt miſericordia. Item facit
ad prædicta. Nam boni recto-
res ex ſua infirmitate aliorum
infirmitates penſantes magis
per humilitatis & manſuetudi
nis leuamentum ſtudent peccã-
tes ab erroris laqueo eruere,
quam per auſteritatem in fo-
ueam perditionis mutãtes pro-
pellere. ita dicit text. in c. re-
cedite. xlv. diſtinctio. & facit
c. conſiderandum. 50. diſtin. Et
facit text. in c. plerunque. in §.
his ita reſpondetur. ij. qõ. vij.
vbi dicit tex. qui putant miſe-
ricoriam negandam eſſe pec-
cantibus, & de iuſtitia ſua præ
ſumunt, a domino percuſsi in-
tereunt: quia iudicium ſine mi-
ſericordia erit illis, qui nolunt
12 † facere miſericordiam delin
quentibus. quibus dicitur per
Salomonem. noli eſſe nimis iu
ſtus. Et facit tex. in c. deniq;.
iiij. diſtin. vbi dicit tex. ꝙ qui
nimium emungit, elicit ſangui
nem. quod etiam dixit gloſſ.
in c. ſerpens de pœniten. diſtin.
j. & ibi dicit text. quod quis
13 non debet eſſe nimis iuſtus. † et
idem dicit text. in c. niſi cum
pridem. ante medium. de re-
nun. & ibi glo. dicit quod ni-
mis iuſtus quandoque in ſua iu-
ſtitia perit. allega. c. de his. ij.
q. vij. & d. c. ſerpens. ad quæ
etiam vide Pet. Ancha. in con-
ſilio ſuo ccxliiij. incip. chri-
ſtianiſsime &c. circa medium.
Et pro ſupradictis facit. cap. li-
benter ignoſco. de pœniten. di-
ſtin. j. & c. diſciplina. xlv. di-
ſtin. in pluribus verſi. illius. c.
& facit c. & qui emendat ea-
dem diſtin. vbi dicit tex. quod
eleemoſynam facit qui miſeri-
14 cordiam † præſtat & facit gl.
in c.

lo c.fina.in verbo.in humanio rem. extra de tranſactio. Ex quibus omnibus ſatis puto conſtare, quod non ſemper iudex debet reum morti tradere, ſed mitius ſecum agere, licet de iure eſſet puniendus pœna mortis,& ſequendo actiones Chriſti,nõ debet velle mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, & viuat. Fateor tamen ꝙ iſta non debent habere locum in reo comittente enorme delictum:nec in famoſo delinquente: ſed in alijs inhæreo prædictæ opinioni, quod iudex miſereatur eius per iura ſuperius allegata: & recordetur ſæpe iudex quod ipſe fuit, & eſt homo humanus: & non ſanctus: & habeat ante oculos iuſtitiam mixtam cum charitate, & miſericordia, & reminiſcatur ſe moriturum: & conetur inquantum poteſt animam ſibi a Deo commodatam nitidam & innocentem eidem omnipotenti Deo reddere cum minori ſumma peccatorum, quam poſſit:& ſit ei poſsibile, & cogitet ſe moriturum, ſi vult recte viuere: iuxta illud, Memorare nouiſsima tua, & in æternum nõ peccabis. Et per hæc ſit expeditum præſens opus huius practicæ criminalis, in qua ſi aliquid boni dixi, gloria,laus, & honor ſit omni potenti & clementiſsimo Deo, necnon beatiſsimæ Mariæ ſem per virgini eius matri glorioſæ, qui linguam calamumque meum gubernarunt, & rexerũt.Si aũt aliquid male dictum eſt ignorantiæ, meæ imputandum venit: omnia tamen bono animo,et corde protuli, credẽs bene, & recte loqui.

FINIS.

Marianus Durantius ad Lectores.

Hyppolitus iuris lumen noua gloria mundi
Illuſtrat, patriam ſolus ubique ſuam.
Parcite iam veterum doctos laudare libellos:
Præſidet hic cunctis miſſus ab arce poli.
Omnia declarat ſoboles Marſilia phœbus:
Laudatur viuus ſecula nulla timens.
Impoſuit finem nugis archana Sibyllæ.
Temporibus noſtris quæ latuere dedit.
Vertat in hunc oculos quiſquis virtutis amator
Sæpius huic grates, vtraque iura ferant.

Virbij Alexandri Damaſi.Pi.ciuis Ap. Epigrammaton.

Barbara iam ſileant, veterum vel iura quiritum:
Vendicet & leges: iam ſibi nullus apex.
Hyppolitus nugas aufert: lucemque peroſam
Lux noua: cui debent vtraque iura diu.
Hunc genio obſeruat: proles Marſilia tantum:
Et patriæ lumen: Felſina docta colit.
Marte ſuo vigeat: quanquam pia gloria: diſcat
Perpetuum titulo: lector habere decus.
Surgit Aueroldo toties de nomine ſumptum
Hoc decus: vt conſtat gloria Cenomanum.
Codex ò felix: felix Marſilius author,
Diuinus ſemper principis auſpitijs.
Emptor emes igitur tutus ſic fortè libellum
Conſpicuum: impreſſor quem ſimul arte colit.

IOANNIS AVRELII BENSAI Rauennatis legum profeſſoris Tetraſticon ad Lectorem.

Quæ quondam obtinuit tenebroſo enigmate iuris
Felſinei Hippolytus, fama, decuſque ſoli:
Hinc magis vt proſit reddenti iura cateruæ:
Quæ quondam obtinuit: nūc docet Hippolytus.

Eiuſdem Epigramma.

Ceruleo caput extulerat fera maxima ponto:
Hippolytumque ſuis dilacerauit equis.
Indoluit Dyctinna piè miſerata pudicum.
Atque iterum vitæ reddidit Hippolytum:
Nam qualis, quantuſque foret dea caſta futurus
